


DIGESTORVM
SEV PANDECTARVM

PARS SECVNDA,

A LIBRO V. VSQVE AD
LIBRVM XII.



ANTVERPIAE.

clb. Io. LXVII.

PARS SECUNDA DE IUDICIIS.

LIBER V.

- I. De iudiciis, & ubi quis agere vel conveniri debeat.
- II. De inofficioso testamento.
- III. De petitione hereditatis.
- IIII. Si pars hereditatis petatur.
- V. De possessoria hereditatis petitione.
- VI. De fideicommissaria hereditatis petitione.

LIBER VI.

- I. De rei vindicatione.
- II. De Publiciana in rem actione
- III. Si ager vestigialis, id est emphyteuticarius petatur.

LIBER VII.

- I. De usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.
- II. De usufructu adcrecendo.
- III. Quando dies usufructus legati cedat.
- IIII. Quibus modis usufructus vel usus amittatur.
- V. De usufructu earum rerum quæ usu consumuntur, vel minuantur.
- VI. Si usufructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.
- VII. De operis servorum.
- VIII. De usu & habitatione.
- IX. Usufructuarius quemadmodum caueat.

LIBER VIII.

- I. De servitutibus.
- II. De servitutibus prædiorum urbanorum.
- III. De servitutibus prædiorum rusticorum.
- IIII. Communia prædiorum, tam urbanorum, quam rusticorum.
- V. Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.
- VI. Quemadmodum servitutes amittantur.

LIBER IX.

- I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
- II. Ad legem Aquiliam
- III. De his, qui effuderint, vel deiecerint.
- IIII. De noxalibus actionibus.

LIBER X.

- I. Finium regundorum.
- II. Familiæ erciscundæ.
- III. Communi diuidundo.
- IIII. Ad exhibendum.

LIBER XI.

- I. De interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus.
- II. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.
- III. De seruo corrupto.
- IIII. De fugitiuis.
- V. De aleatoribus.
- VI. Si mentor falsum modum dixerit.
- VII. De religiosis, & sumptibus funerû, & ut funus ducere liceat.
- VIII. De mortuo inferendo, & sepulchro inædificando.

DIGE.



08.6.11. 3976/2

DIGESTORVM
SEVPANDECTARVM
PARS SECVNDA.

LIBER QVINTVS.

DE IVDICIIS ET VBI QVIS-
QVE^a AGERE VEL CONVE-
NIRI DEBEAT.

a quis

Iurisdicctio inter consentientes.

VLPIANVS libro secundo ad Edictum



ISE VBI CIANT aliqui iurisdictioni, & consentiant, inter consentientes cuiusvis iudicis qui tribunali præest vel aliam iurisdictionem habet, est iurisdictionis.

Consentire quid.

II. IDEM libro tertio ad Edictum

CONSENSISSE^b autem videntur qui sciant se non esse subiectos iurisdictioni eius, & in eum consentiant. Ceterum si putent eius iurisdictionem esse, non erit eius iurisdictionis: error enim litigatorum, vt Iulianus quoque libro primo digestorum scribit, non habet consensum. aut^c si putauerunt alium esse prætorem pro^d alio, æquè error non dedit iurisdictionem: aut^e si cum restitisset quiuis ex litigatoribus viribus præturæ^f compulsus est, nulla iurisdictionis est. Cōuenire autem vtrum inter priuatos sufficit, an verò etiam ipsius prætoris cōsensus necessarius est? Lex Iulia iudiciorum ait, QVO MINVS INTER PRIVATOS CONVENIAT. sufficit ergo priuatorum consensus. Proinde si priuati cōsentiant, prætor autem ignoret consentire, & † putat suam iurisdictionem, an legi satisfactum sit videndum est. & puto posse defendi eius esse iurisdictionem.

b Hac sumptus
ex tractatu de iuris-
dictione. Duar.

c vt si

d præ alio

e ac si

f præturæ

Prorogatio temporis.

2 Si & iudex ad tempus datus & omnes litigatores consentiant, nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora intra quæ iustus est litem dirimere prorogari.

Qui habeant ius reuocandi domum.

3 Legatis in eo quod ante legationem contraxerunt, item his qui testimonij causa euocati sunt, vel si quid^g iudicandi causa arcesit^h sunt, vel in prouinciam destinati, reuocandi domum suam ius datur. Eo^h quoque qui ipse^h prouocauit,

g si qui

h Ei quoque

2 a ij

non

inter

non imponitur necessitas intra^a tempora prouocationis exercendæ, Romæ, vel alio loco vbi prouocatio exercetur, aliis pulsantibus respondere: nam Celsus huic etiam domus^b reuocationem dandam ait: quoniam ob aliam causam venerit. hæc Celsi sententia, c & rationalis est. Nam & Diuus Pius Plotio Celsiano rescripsit, eum qui tutelæ^d reddendæ causa Romæ erat à^d se euocatus, alterius tutelæ causa cuius causa non erat euocatus, nõ debere cõpelli iudiciũ suscipere. Idem Claudio Flauiano rescripsit, minorem viginti quinque annis qui deside R At in integrum restitui aduersus Asinianum^e qui alterius negotij causa venerat, non esse Romæ audiendum. Omnes autem isti domum reuocant, si non

b domum. al. Celsus licetiam demum reuocationis ei dandam ait. hæc lectio vitiosa est.
c hæc sententia vera & rationalis est.
hæc Celsi sententia rationalis est.
d ad se
e Asianum

fibi

ibi contraxerunt vbi conueniuntur. Ceterum si contraxerunt ibi, reuocandi ius non habent: exceptis legatis, qui licet ibi contraxerunt, dummodo ante legationem cõtraxerunt, non compelluntur se Romæ defendere quamdiu legationis causa hic^f demorantur. quod & Iulianus scribit, & Diuus Pius rescripsit. Planè si perfecta legatione subsistant, conueniendos eos Diuus Pius rescripsit. Itè si extra prouinciam suã contraxerunt, licet non in Italia, quæstionis est an Romæ conueniri possint. & Marcellus, in eo solo, priuilegio eos vti domũ reuocandi, quod in ciuitate sua vel certè intra prouinciam^g contraxerunt. quod est verum. Sed^h & si agant, compelluntur se aduersus omnes defendere. Non tamen si iniuriam suam persequantur vel furtum vel damnum quod nunc passi sunt. alioquin vtⁱ & Iulianus eleganter ait, aut impune contumeliis & damnis adficiuntur, aut erit in potestate cuiusque pulsando eos subicere ipsos iurisdictioni dum se vindicant. Sed

g prouinciam suam

h vt demum

si dubitetur vtrum in ea quis causa sit vt domũ^h reuocare possit necne, ipse prætor debet causa cognita statuere. Quod si constiterit in ea eum esse causa vt domum reuocet, debet cauere in iudicio sisti, statuente prætore in quem diem promittat. Sed vtrum nuda cautione an satisfato, Marcellus dubitat. mihi videtur sola promissione. quod & Mela scribit. alioquinⁱ compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos qui satis pro eo dent. In omnibus^k autè in quibus protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet. *Quis possit multam dicere.*

i alioquin magis compelletur additum est magis ab iis, qui ignorant hoc modo saepe loqui iuriconsultos. August. 2. emend. c. 8. hoc autè significat compelletur potius iudicium accipere, aut leuius erit iudicium accipere, quàm inuenire, qui pro eo satisfient.
k In omnibus autè causis
l publicum
m Ex iis. de iurisd. dist. Duar.

His datur multæ dicendæ ius, quibus publicè^l iudiciũ est, & non aliis: nisi hoc specialiter eis permissum est.

III. IDEM libro quarto ad Edictum

Non videtur frustrandæ actionis causa latitare qui præsens suscipere iudicium non compellitur.

L IIII. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale **L** Is^m nulla nobis esse potest cum eo quem in potestate habemus,

bemus, nisi ex castrensi peculio.

V. VLP IANVS libro quinto ad Edictum

SI^a quis ex aliena iurisdictione ad prætorem vocetur, debet venire, vt & Pomponius & Vindius scripserunt. ^b prætoris est enim æstimare^c an sua sit iurisdictione. vocati autem, non contemnere auctoritatem prætoris. nam & legati ceterique qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa vt in ius vocati veniant, priuilegia sua allegaturi. ^d

^a Ex tit. de in iure
rec. Duar.
^b responderunt
^c exiimare

CAECUS^e iudicandi^f officio fungitur.

VI. IDEM libro sexto ad Edictum

Præuentio.

VII. IDEM libro septimo ad Edictum

SI quis^g posteaquam in ius vocatus est, miles vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi forum non habebit, quasi præuentus.

^d Qua vbi allegauerint extra territorium, ita dicenti impudè non paretur. lib. vlt. supr. de iurisd.
^e Sumptum ex l. a. de postu. Duar.
^f iudicantis
^g Ex tit. si ex noua. caus. agat. Duar.

VIII. GAIVS libro secundo ad Edictum Prouinciale

SI quis in legatione constituerit quod ante legationem debuerit, non cogit^h eum ibi iudicium pati vbi constituerit.

h non cogitur

INSULÆ Italiae pars Italiae sunt: & cuiusque prouinciæ. ⁱ

VIII. VLP IANVS libro nono ad Edictum

X. IDEM libro decimo ad Edictum

DESTITISSE^k *is* videtur non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totum. desistere enim est de negotio abstinere quod calumniandi animo instituerat. Planè si quis cognita rei veritate suum negotium deseruerit nolens in lite improba perseverare, quam calumniæ causa non instituerat, is destitisse non videtur.

ⁱ Sic Aristoteles in libro de mundo.

^k Ex tit. de calumnia. to. Coniungo l. destitisse. de minorib. Duar.
^l à negotio in totum abstinere

Casus in quo soluitur iudicium.

XI. IDEM libro duodecimo ad Edictum

SI^m à me fuerit adrogatus qui mecum erat litem contestatus, vel cum quo ego solui iudicium, Marcellus libro tertio Digestorum scribit: quoniam nec ab initio inter nos potuit consistere.

^m Ex tit. de cap. milit. Duar.

De iudiciis datis.

XII. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum

CVm prætor vnum ex pluribus iudicare vetat, ceteris id committere videtur. Iudicèⁿ dare possunt quibus hoc lege vel constitutione vel senatusconsulto conceditur. Lege, sicut proconsuli. is quoque cui mandata est iurisdictione, iudicem dare potest: vt sunt legati proconsulū. item hi quibus id^o more^o concessum est propter vim imperij: sicut præfectus vrbi, ceterique Romæ magistratus. Nō autem omnes iudices dari possunt ab his qui iudicis dandi ius habent: quidam enim lege impediuntur ne iudices sint, quidam natura, quidam moribus. Natura, vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & im-

ⁿ Iudicem autem

pubes: quia iudicio carent. Lege^b impeditur, [¶] qui senatu motus est. Moribus, femina^a & serui: non quia non habent iudicium, sed quia receptum est vt ciuilibus officiis non fungantur. Qui possunt esse iudices, nihil interest in potestate an sui iuris sint.

^a Arist. 1. Polit. ca. 2.
Inde factum est, vt
veniret Iustinianus
mulieres cuiusq. n.
negotij arbitras con-
stituit. l. vlt. C. de arb.
I. Innocentius tamen
actius cetera scripsit,
cap. dilecti. de arb.
^b Ex tit. fami. etisc.
Duar.

XIII. GAIUS libro septimo ad edictum Prouinciale
IN^b tribus[¶] istis[¶] iudiciis, familiae erciscundae, communi diu-
idundo, & finium regundorum, quaeritur quis actor intel-
legatur: quia par causa omnium videtur. sed magis placuit
eum videri actorem qui ad iudicium prouocasset.

XIIII. VLPPIANVS libro secundo Disputationum
Sed cum ambo ad iudicium prouocant, sorte res discer-
ni solet.

Actio aduersus iudicem male indicantem.

XV. IDEM libro vicensimo primo ad edictum

^c Id est, perinde fa-
uere litigatori ac si
res sua iudicaretur:
ita vt ius sibi dicere
videatur non litiga-
tori.

Filiusfamilias iudex si litem^c suam faciat, in tantam quan-
tatem tenetur, quae tunc in peculio fuit cum sententiam
dicebat. Iudex tunc litem suam facere intellegitur, cum do-
lo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo malo au-
tem videtur hoc facere, si euident arguatur eius vel gratia vel
inimicitia vel etiam sordes: vt veram aestimationem litis praes-
tare cogatur.

XVI. IDEM libro quinto ad Edictum

^d Iulianus etiam

Iulianus^d autem in heredem iudicis qui litem suam fecit,
Iputat actionem competere. quae sententia vera non est, &
a multis notata est.

Causa iusta mutandi iudicis.

XVII. IDEM libro vicensimo secundo ad Edictum

Iulianus ait, si alter ex litigatoribus iudicem solum heredem
vel ex parte fecerit, alius iudex necessario sumendus est: quia
iniqum est aliquem suae rei iudicem fieri.

XVIII. IDEM libro vicensimo tertio ad Edictum

^e Coniuge l. penult.
de yacat. mu. Dna.

Silongius^e spatium intercessurum erit quo minus iudex
satus operam possit dare, mutari eum iubet praetor. hoc
[¶] est[¶] si forte occupatio aliqua iudicem non patiatur operam
iudicio dare, incidente infirmitate vel necessaria protectione
vel rei suae familiaris periculo.

An filiusfamilias possit agere.

f aliqua causa

Si filiusfamilias ex aliqua noxa^f ex qua patri actio com-
petit velit experiri, ita demum permittimus ei[¶] agere, (si) non
fit qui patris nomine agat. Nam & Iuliano placet si filiusfa-
miliaris ligationis vel studiorum gratia aberit,^g & vel furtum
vel damnum iniuria passus sit: posse eum vtili iudicio agere:
ne dum pater exspectatur, impunita sint maleficia quia pater
venturus non est, vel dum venit, se subtrahit is qui noxam com-
misit.

g abierit

misit. Vnde ego semper probaui vt si res^a non ex maleficio veniat sed ex contractu, debeat^b filius^c agere vtili iudicio, forte depositum repetens vel mandati agens vel pecuniam quam credidit petens: si forte pater in prouincia sit, ipse autem forte Romæ vel studiorum causa vel alia iusta ex causa agat.^d ne^e si ei non dederimus actionem, futurum sit vt impune fraudem patiat, & egestate Romæ laboreti viaticulo suo non recepto quod ad sumptum pater ei destinauerat. Et finge senatorem esse filium familias qui patrem habet in prouincia, nonne augetur utilitas per dignitatem?

a vt si res moneat, nec ex
b debeat
c filius possit agere

d degat
e nam

Hæres sequitur forum defuncti.

XVIII. IDEM libro sexagesimo ad Edictum

Hæres^f absens ibi defendendus est vbi defunctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur nulloque suo proprio priuilegio excusatur.

f Ex his quib. ex caus. in poss. eat. Dicit.

Vbi quis contraxit, ibi conuenitur.

- 1 Si quis tutelam vel curam vel negotia vel argentariam vel quid aliud vnde obligatio oritur, certo loci administrauit: & si ibi domicilium non habuit, ibi se debet defendere. & si non defendat neque ibi domicilium habeat, bona possideri patietur. Proinde & si merces vendidit certo loci^h vel disposuit vel comparauit: videtur, nisi alio lociⁱ vt defenderet conuenit, ibidem se defendere. Num^k quid dicimus, eum^l qui à mercatore quid comparauit aduena^m vel ei vendidit quem scit inde confestim profecturum, non oportet ibi bona possideri, sed domicilium sequi eius? at si quis ab eo^o qui tabernam vel officinam certo loci conductam habuit, in ea causa est vt illic conueniatur? quod magis habet rationem. Nam vbi sic venit vt confestim discedat, quasi^p à viatore emptis, q^uel eo qui transuehebatur,^u vel eo qui ΠΑΡΑΠΛΗΙ, emit: durissimum est quotquot locis quis nauigans^r vel iter facies delatus est, tot locis se defendi.^s At si quo constitit, non dico iure domicilij, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium,^t officinam conduxit, ibique distraxit, egit: v^{el} defendere se eo loci debet.
- 3 Apud Labeonem queritur, si homo^x prouincialis seruum institorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat, y quod cum eo seruo contractum est, ita habendum atque si cum domino contractum sit. quare ibi se debet defendere.

g certo loco

h loco
i loco
k Nam
l cum quis
m scilicet aduena

n possidere,
o ab eo comparauit

p & quasi
q emit,

r nauigat
s defendere

t armarium, seu officinam conducens,
v vel egit:
x quid si homo
y habeat, & ait

Domicilium.

- 4 Illud sciendum est, eum qui ita fuit obligatus vt in Italia solueret, z si in prouincia habuit domicilium, vtrubique posse conueniri & hic & ibi. & ita & Iuliano & multis aliis videtur.

z solueretur.

Verbum contrahere, accipitur late.

XX. PAVLVS libro quinquagesimo octauo ad Edictum

*a Ex titul. de reb.
auth. iud. possid.
Duar.
b alius
c Haloander nega-
tionem hanc temere
sustulit. Augst. 2.
omend. cap. 17.*

OMnem^a obligationem pro contractu habendam existi-
mandum est: vt vbi cunque aliquis^b obligetur, & cōtra-
hi videatur: quamuis^c non^{lc} ex crediti causa debeat.

Confesso tempus ad soluendum datur sicut iudicato.

XXI. VLP IANVS libro septuagesimo ad Edictum

SI debitori meo velim actionem edere, probandum erit si
sfateatur se debere, paratumque dicat soluere, audiendum
eum: dandumque diem cum competenti cautela ad soluendā
pecuniam. neque enim magnum damnum est in mora mo-
dici temporis. Modicum autem tempus hic intellegendum est
quod post condemnationem reis indultum est.

XXII. PAVLVS libro tertio ad Plautium

Qui non cogitur in aliquo loco iudicium pati, si ipse ibi
agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem iudi-
cem mitti.

XXIII. IDEM libro septimo ad Plautium

Non potest videri in iudicium venisse id quod post iudi-
cium acceptum accedisset. ideoque alia interpellatione
opus est.

Qui possunt Romæ conueniri.

XXIII. IDEM libro septimodecimo ad Plautium

*d Imponunt qui in
Flor. legi Delegati,
adnotant.*

Non alias in eos quos princeps euocauit, Romæ compe-
tit actio, quam si hoc tempore contraxerint. Legati^d ex
delictis in legatione commissis coguntur iudicium Romæ
pati: siue ipsi admiserūt siue serui eorum. Sed si postulatur in
rem actio aduersus legatum, nunquid danda sit? quoniam ex
præsenti possessione hæc actio est. Casius respondit sic ser-
uandum, vt si subducatur ministerium ei, non sit concedenda
actio: si verò ex multis seruis de vno agatur, non sit inhi-
benda. Iulianus sine distinctione denegandam actionem: meri-
tò. idè enim non datur actio ne ab officio suscepto legatio-
nis auocetur.

XXV. IULIANVS libro primo Digestorum

SI legationis tempore quis seruum vel aliam rem emerit aut
Sex alia causa possidere cœperit, non iniquè cogetur eius
nomine iudicium accipere: aliter enim potestas dabitur lega-
tis sub hac specie res alienas domum auferendi.^e

*e offerendi. melior
est Floren. lectio.*

XXVI. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium

DE eo autè qui adiit hereditatē, Casius scribit quāuis Ro-
mæ adierit hereditatē, non cōpetere in eum actionem, ne
impediatur legatio. & hoc verum est. Sed nec legatariis datur
actio: sed^f nisi satisfdet, ^g mittitur in possessionē rerū heredi-
tariarum. quod & in hereditariis creditoribus dicendum est.

*f licet
g satisfdetur*

XXVII. IULIANVS libro primo Digestorum

Quid enim prohibet legatum publico munere fungi, & actorem custodiæ causa in possessione rerum hereditariarum esse?

XXVIII. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium

Sed^a & si restituatur ei hereditas ex Trebelliano, actio in eum non dabitur, siue sponte siue coactus heres eam adierit: commodius enim est reddi quidem ei hereditatem, perinde autem habendum ac si ipse adisset hereditatem. Contra si legatus tempore legationis adierit & restituerit, datur in fideicommissarium actio: nec exceptio Trebelliani obstat ex persona legati: quia hoc legati personale beneficium est. Ex quibus autem causis non cogitur legatus iudicium accipere, nec iurare cogendus est se dare non oportere: quia hoc iniurandum in locum litis contestatæ succedit. Aedium nomine legatus damni infecti promittere debet aut vicinum admittere in possessionem. Sed & si dies actionis exitura erit, causa cognita aduersus eum iudicium prætor dare debet, vt lis contestetur ita^b vt in prouincia transferatur.

^a Coniunge l. 3. §. si pars hered. Duar.

^b & ita in prouincia.

Vnus ex heredibus totam rem in iudicium non deducit: unde nascitur hæc questio, de qua cap. 3. Si pars hereditatis.

4 Si paterfamilias mortuus esset relicto vno filio & vxore prægnate, non rectè filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere potest quâuis postea vnus filius natus sit, quia poterant plures nasci: cum per rerum naturam certum fuerit vnum nasci. Sed Sabinus, Calsius, partem quartam peti debuisse, quia incertum esset an tres nascerentur: nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa essent cum futura utique fierent: sed nostram inscientiam^c aspici debere.

^c inscientiam

Q XXVIII. IDEM libro octauo ad Plautium

Vi appellat^d prior, agit.

XXX. MARCELLVS libro primo Digestorum

Vbi acceptum^e est semel iudicium, ibi & finem accipere debet.

^d qui prior appellat. Rectior est Floren. qua ita distinguitur, qui appellat prior, agit. ^e acceptum

XXXI. CELSVS libro vicensimo septimo Digestorum

Si petitor plures heredes reliquerit, vnusque eorum iudicio segerit, nõ erit verum totam rem quæ in priore iudicio fuerit deductam esse: nec enim quisquam alienam actionem in iudicium inuito coherede perducere potest.

Tacta repetitio temporis.

XXXII. VLPPIANVS libro primo de Officio Consulif

Si iudex cui certa tempora præstita erant decesserit, & alius in locum eius datus fuerit, tanta^g ex integro tēpora in persona eius præstituta intellegemus, quamuis magistratus nominatum hoc in sequentis datione non expresserit: ita tamen

^f proconsulis

^g tantundem ex integro temporis

vt legitimum tempus non excedat.

XXXIII. MODESTINVS libro tertio Regularum

Non videtur in iudicem cōsensisse qui edi sibi genus apud eundem^a iudicem desiderat actionis.

Heres defenditur vbi defunctus.

XXXIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Cassio

Sis qui Romæ iudicium acceperat decessit, heres eius quāuis domicilium trans mare habet, Romæ tamē defendi debet: quia succedit in eius locum à quo heres relictus est.

Quod nondum debetur non venit in iudicium.

XXXV. IDEM libro decimo Epistularum

Non quemadmodum fideiussoris obligatio in pēdenti potest esse, & vel in futurum concipi, ita iudicium in pēdenti potest esse vel de his rebus quæ postea in obligationem aduenturæ sunt. Nam neminem puto dubitaturum quin fideiussor ante obligationem rei accipi possit: iudicium verò antequam aliquid debeatur, non posse^b.

Quibus ex causis differtur cognitio.

XXXVI. CALLISTRATVS libro primo Cognitionum

Interdum ex iustis causis & ex certis personis sustinendæ sunt cognitiones: veluti si instrumenta litis apud eos esse dicantur qui reipublicæ causa aberunt. idq; Diui fratres in hæc verba rescripserunt. Humanum est propter fortuitos casus dilationem accipi: veluti quòd pater litigator filium vel filiam vel vxor virum vel filius parentem amittit: & in similibus causis cognitionem ad aliquem modum sustineri.

Vbi quis gessit negotium, ibi debet se defendere.

Senator si negotijs alienis se optulerit in prouincia, nō debet iudicium recusare negotiorum gestorum: sed actionē eum excipere^c oportere Iulianus respondit, cum sua sponte sibi hanc obligationem contraxerit.

XXXVII. IDEM libro quinto Cognitionum

Side vi & possessione quærat, prius cognoscendum de vi quàm de proprietate rei Diuus Hadrianus Τ Ω Κ Ο Ι Ν Ω Τ Ω Ν Θ Ε Σ Σ Α Α Ω Ν^f græce^g rescripsit.

Vbi legatum solui debeat.

XXXVIII. LICINNIVS RVFINVS lib. quarto Regularū

Quod legatur, si quidem per personalem^s actionem exigetur, ibi dari debet vbi est: nisi si dolo malo heredis subductum fuerit: tunc enim ibi dari debet vbi petitur. Præterea quod pondere aut numero aut mensura continetur, ibi dari debet vbi petitur: nisi si adiectum fuerit, CENTVM M O D I O S E X I L L O H O F E O, aut VINI AMPHORAS^h E X I L L O D O L I O.ⁱ Si autem per in rem actionem legatū petetur, etiam ibi peti debet vbi res est. Et si mobilis sit res, ad

exhiben-

causa

lib posse

causa

causa

excipere

Εκτοανδερ τῶν συ
γοχριστων. verum
cōfirmatur lectio Flo-
rentina ex simili pro-
fere loco l. qui cætu.
aut leg. Jul. de vi publ.
vbi tamen hoc referri-
pationi tribuitur Di-
uo Pio Adriani suc-
cessori. forte quia
idem, quod Adrianus
Pius rescripsit, qui
Adriano plurimum de-
bitus. Idem autem ab
vtriusque interitum re-
scripsum esse apparet
ex l. Papinianus. in
f. infra de inoff. Nā
aut à Pio positus, quā
ab Adriano hoc re-
scripsum esse puse-
mus, nihil video.
g personali actione
h amphoras cētum
i dolo dari volo

exhibendum agi cum herede poterit vt exhibeat rem : sic enim vindicari à legatario poterit.

De iudice furioso.

XXXVIII. P A P I N I A N V S libro tertio Quæstionum

Cum furiosus iudex addicitur, a non ideo minus iudicium erit quòd hodie non potest iudicare: vt scilicet suæ mentis effectus quod sententiæ b dixerit ratum sit. neque enim in ad- dicendo c præsentia vel scientia iudicis necessaria est.

a additur, adiicitur

b sententia
c adiciendo

Fideiussor idoneus.

Qui legationis causa Romam venit, ex qualibet causa fi- deiubere potest: cum d priuilegio suo, cum sit in Italia contra- ctum, vti non potest.

d quanquam priui-
legio suo, cum in
alia sit contractum,
vti non possit.

XL. I D E M libro quarto Quæstionum

Non quidquid iudicis potestati permittitur, id subicitur iuris necessitati. Iudex si quid aduersus legis præceptum in iudicando dolo malo prætermiserit, legem offendit.

Cautio ante diem solutionis.

XLI. I D E M libro vndecimo Quæstionum

In omnibus bonæ fidei iudiciis, cum nondum dies præstan- dae pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautio- nem, ex iusta causa condemnatio fit.

XLII. I D E M libro vicensimo quarto Quæstionum

Si vxor à legato Romæ diuerterit, dotis nomine defenden- dum Romæ virum, responsum e est.

e iure responsum

Actio arbitraria.

XLIII. I D E M libro vicensimo septimo Quæstionum

Em f qui insulam Capuæ h fieri h certo tempore stipulatus est, eo finito quocunque loco agere posse in id quod inter- est constat.

f Sumptum ex l. si
testamento. de fidei-
iusso. D. ar.

De lite contra plures inchoata.

XLIIII. I D E M libro secundo Responsorum

Non idcirco iudicis officium impeditur, quòd quidam ex tutoribus post litem aduersus omnes inchoatam reipub- licæ causa abesse cœperunt: cum præsentium & eorum qui non defenduntur administratio discerni & æstimari possit.

Seruus in iudicio.

Cum postea seruus apparuit cuius nomine per procura- torem fuerat actum, absolui debitorem oportet. quæ res do- mino quandoque propriam litem inferenti non obstat.

XLV. I D E M libro tertio Responsorum

Argentarium vbi contractum est conueniri oportet: nec in hoc dilationem nisi ex iusta causa dari, vt s ex prouincia codices adferantur. Idem in actione tutelæ placuit. Nomine puellæ h tutoribus in prouincia cõdemnatis, curatores h puel- læ h iudicatum Romæ facere coguntur, vbi mutuan pecuniam mater

g vt scilicet ex

h pupillæ

mater accepit cui filia heres extitit.

De iudice furioso.

XLVI. PAVLVS libro secundo Quæstionum

Iudex datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit quia rectè ab initio iudex addictus^a est. sed^b iudicandi necessitatem morbus fonticus remittit: ergo mutari debet.

De iudice dando.

XLVII. CALLISTRATVS libro primo Quæstionum

Obseruandum est ne is iudex detur quem altera pars nominatim petat: id enim iniqui exempli esse Diuus Hadrianus rescripsit: nisi hoc specialiter à principe ad verecundiam petiti iudicis respiciente permittetur.

Lis nulla cum magistratu.

XLVIII. PAVLVS libro secundo Responsorum

PARS litterarum Diui Hadriani: ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΕΝ Ω ΑΡΧΟΥΣΙΝ ΕΝΙΑΥΤΩ ΜΗΤΕ ΕΙΣΙΓΓΗΝΑΙ ΔΙΚΗΝ ΙΔΙΑΝ ΜΗΤΕ ΔΙΩΚΟΝΤΩΝ ΜΗΤΕ ΦΕΥΓΟΝΤΩΝ: ΜΗΤΕ ΠΕΡΙ ΩΝ ΕΠΙΤΡΟΠΟΙ Η ΚΟΥΡΑΤΟΡΕΣ ΕΙΕΝ ΚΡΙΝΕΤΩΣΑΝ. ΕΠΕΙΔΑΝ ΔΕ ΕΞΗΚΗ Η ΑΡΧΗ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΦΕΥΓΟΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΦΕΥΓΟΥΣΙ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΤΑΣ ΔΙΚΑΣ.

Venditor sequitur forum emptoris.

XLVIII. IDEM libro tertio Responsorum

Venditor^d ab emptore denunciatus vt eum euictionis nomine defenderet, dicit se priuilegium habere sui iudicis. queritur an possit litem ab eo iudice apud quem res inter petito rem & emptorem cœpta est, ad suum iudicem reuocare. Paulus respondit, venditorem emptoris iudicem sequi solere. Iudices à præside dati solent etiã in tempus successorum eius^e durare & cogi pronunciare, easque sententias seruari. in eundem sensum etiam Scæuola respondit.

Vbi fideicommissum peti debeat.

L. VLP IANVS libro sexto Fideicommissorum

SI fideicommissum ab aliquo petatur, isque dicat alibi esse maiorem partem hereditatis, non erit ad præstationem compellendus. & ita multis constitutionibus cauetur, vt ibi petatur fideicommissum vbi maior pars hereditatis est: nisi^f probetur, eo loco voluisse testatorem fideicommissum præstari vbi petitur. Tractatum est de ære alieno: si in ea provincia vbi fideicommissum petitur plus esset æris alieni, an quasi maior pars alibi esset, præscriptio locum haberet. Sed^g hic placuit nihil facere æris alieni nomen: cum non loci sit æs alienum sed vniuersarum facultatum. æs enim alienum patri-

^a ad litem, ad ius.
^b sed quia

^c Praetores Halaender vestis. Alc. magistratus Athenienses fuisse existimat lib. disputatione. q. c. 6. Augustinus ad Modest. de magistratibus omnibus provincialibus accipit, cui potius assentitur.

^d Idem Const. 1. C. vbi in rem ass.

^e sic

patrimonium totum imminuere constitit non certi loci facultates. Quid tamen si fortè certis oneribus destinatum sit id patrimonium? vtpote alimentis præstandis quæ Romæ præstari paterfamilias iusserat, vel tributis vel quibusdã aliis inexcusabilibus oneribus, an possit præscriptio locum habere? ^{a &} ² res hic^a putem iustius dici locum habere. Sed & rescriptum est vt illic fideicommissum petatur vbi domiciliū heres habet. Quociens autem cœpit quis fideicommissum soluere, nõ potest hac præscriptione vti:

L. I. MARCIANVS libro octauo Institutionum

Quamuis ad eum hereditas fuerit deuoluta qui domiciliū in prouincia habet. Sed & Diti Seuerus & Antoninus rescripserunt, si consenserit fideicommissarius alio loco dare, necesse habere secundũ consensum dare^b vbi cõsenserit. ^{b dari}

L. II. VLP IANVS libro sexto Fideicommissorum

Sed^c & si suscepit actionem fideicommissi, & aliis defensionibus vsus hanc omisit: postea quamuis ante sententiã, <sup>c Contingit l. fami-
na de Senator. qua
hac exemplo de fidei-
commissis relicto cla-
rissimis illis stratur.</sup> ¹ reueri ad hanc defensionem nõ potest. Si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit, quamuis maior pars hereditatis in prouincia sit, tamen Romæ debere fideicommissum solui dicendum est: cum apparet id testatorem sensisse ex genere comparationis. Sed & si proponas quibusdã clarissimis viris argenti vel auri pondo relicta, & sit sufficiens ad huiusmodi fideicommissã Romæ patrimonium: licet maior pars totius patrimonij in prouincia sit, dici oportet Romæ esse præstandum: nec enim verisimile est testatorem, qui honorem habitum voluit his quibus reliquit, tam modica fideicommissã in prouincia præstari voluisse. Si ea res quæ per fideicommissum relicta est, eo loci sit: dicendum est non debere præscribi ei qui petit, quasi maior pars hereditatis alibi sit. Sed si non fideicommissum petatur^d eo loci, sed fideicommisso satis: videndum est an hæc præscriptio locum habeat. & non puto habere. quinimmo & si nihil sit eo loci, attamen iubendum satisfacere. quid enim veretur, cum si satis non dederit mittatur aduersarius in possessionem fideicommissi seruandi causa? <sup>d eo loco petatur,
sed de fideicom-
misso satis.</sup>

De iudicio inter dominum, & seruum.

L. III. HERMOGENIANVS libro primo

Iuris Epitomarum

Vix^e certis ex causis aduersus dominos seruis cõsistere permissum est: id est si qui suppressas tabulas testamenti dicant, in quibus libertatem sibi relictam adseuerant. Item artioris^f annonæ populi Romani, census etiam & falsæ monetæ criminis reos dominos detegere seruis permissum est. Præterea fideicommissam^g libertatem ab his petent. Sed^h & <sup>g si fideicommissa-
riam</sup> ^h si qui

^e Haloander in certis causis. l. l. l. Florentina melior, & habet nescio quid modestie & elegantie, negareque videtur, alia verò concedere. August. 2. emend. c. 9. f. artioris

si qui suis nummis redemptos se & non manumissos contra placiti fidem adseuerent. Liber etiam esse iustus si rationes reddiderit, arbitrum contra dominum rationibus excutiendis recte peret. Sed & si quis fide alicuius elegerit ut nummis eius redimatur atque his solutis manumittatur, nec ille oblatam pecuniam suscipere velle dicat, contractus fidem detegendi seruo potestas tributa est.

a de rationibus

De praeiudicio.

LIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

PER minorem causam maiori cognitioni praeiudicium fieri non oportet: maior enim quaestio minorem causam ad se trahit.

De edictis quibus vocantur absentes.

LV. IDEM libro singulari de Officio adfessorum

EDICTUM quod ab antecessore datum est, in numero trium edictorum connumerari debet. Plane licet ab antecessore numerus finitus sit, solet successor unum edictum dare.

b tamen

Ratihabitione confirmatur gestum a falso procuratore.

LVI. VLPPIANVS libro trigentesimo ad Sabinum

LICET verum procuratorem in iudicio rem deducere verissimum est, tamen & si quis cum procurator non esset litem sit contestatus, deinde ratum dominus habuerit, videtur retro res in iudicium recte deducta.

c Coniunge l. verò de solutio. Duar.

Actio contra filium familias.

LVII. IDEM libro quadragesimo primo ad Sabinum

TAM ex contractibus quam ex delictis in filium familias competit actio: sed mortuo filio post litis contestationem, transfertur iudicium in patrem duntaxat de peculio & quod in rem eius versum est. Certè si quasi procurator alicuius filius familias iudicium acceperit, mortuo eo in eum quem defenderit, transactio, vel iudicati datur.

d Coniunge l. 35. de iur. iudic. Duar.

Quibus modis iudicium soluitur.

LVIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum

IUDICIUM soluitur vetante eo qui iudicare iusserat: vel etiam eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet: vel etiam si ipse iudex eiusdem imperij esse coeperit cuius erat qui iudicare iussit.

e iudicij translatio datur. legendum p. so translatio vel iudicati datur.

LVIII. VLPPIANVS libro quinquagesimo primo ad Sabinum

SIF locus in iubendo iudicare non est comprehensus, videtur eo loco iudicare iussisse quo solet iudicari sine incommodo litigantium.

f Coniunge l. cum, qui de iurisdictione. l. iudex. de re iudi. l. nemo. 38. de regul. iur. Duar.

LX. PAVLVS libro quartodecimo ad Sabinum

MORTUO iudice, quod eum iudicare oportuerat idem eum qui subditus est sequi oportet.

Petitio

Petitio generaliter concepta ad omnia pertinet, quæ nominatim excepta non sunt.

LXI. VLP IANVS libro vicensimo sexto ad Edictum

Solemus quidem dicere id venire in iudiciū, de quo actum est inter litigantes. sed Celsus ait periculose^a esse^b ex persona rei hoc metiri: qui semper ne condemnetur hoc dicit non conuenisse. Quid ergo? melius est dicere id venire in iudiciū non de quo^b actum est vt veniret, sed id non venire de quo nominatim actum est ne veniret. Latrūculator de re pecuniaria iudicare non potest.

a et periculosum esse

b de quo vel actum non est

LXII. IDEM libro trigenfimo nono ad Edictum

Inter^c litigantes non aliter lis expediri potest quàm si alter petitor alter possessor sit: esse enim debet qui onera petitionis sustineat, & qui commodo possessoris fungatur.

c Ex tractatu de bon. poss. Dnat.

LXIII. IDEM libro quadragesimo nono ad Edictum

Recte^d defendi hoc est, iudicium accipere vel per se vel per alium, sed cum satisfactione. nec ille videtur defendi qui quod iudicatum est non soluit.

d Ex tit. de success. ed. Dnat.

LXIII. IDEM libro primo Disputationum

Non ab iudice doli æstimatio ex eo quod interest fit, sed ex eo quod in litem iuratur. denique & prædoni depositi & commodati ob eam causam competere actionem non dubitatur. Si quis alio iudicio acturus iudicatum solui satis acceperit, deinde^l in^l alio iudicio agat, non committetur stipulatio quia de alia re cautum videtur.

Vbi de dote agatur.

LXV. IDEM libro trigenfimo quarto ad Edictum

Exigere^e dotem mulier debet illic vbi maritus domicilium habuit, non vbi instrumentum dotale conscriptum est: nec enim id genus contractus est, vt^f & eum locum spectari oporteat in quo instrumentum dotis factum est quàm eum in cuius domicilium & ipsa mulier per condicionem matrimonij erat reditura.

e Ex tit. de iur. dot. Dnat.

f vt potius eum

Interpretatio ambiguitatis.

LXVI. IDEM libro secundo Disputationum

Si quis intentione ambigua vel oratione vsus sit, id quod vtilius ei est accipiendum est.

LXVII. IDEM libro sexto Disputationum

Quis se dicit suis nummis redemptum, si hoc probauerit, exinde liber erit ex^h quo redemptus est: quia constitutioⁱ non liberum pronuntiar præcipit, sed restitui ei libertatem iubet. Proinde compellendus erit manumittere eum qui se suis nummis redemit. Sed^l &^l si latitet, exempla senatusconsultorum ad fideicommissam^k libertatem pertinentium^l debere^l induci oportet.

g Coniunge L. 4. de manumissio. Dnat.

h ex quo sententia i constitutio diuorum fratrum

k fideicommissariam

De edictis propositis quibus vocantur absentes.

LXVIII. IDEM libro octauo Disputationum

^a Peremptorium dicitur, quod perimas disceptationem, nec ultra patitur aduersarium tergiversari. Dna. 2. disp. c. 7.
^b Coniunge l. 59. de vt ind. Dnar.

AD peremptorium^a edictum hoc ordine venit, vt primò quis petat post absentiam aduersarij edictum primum, mox alterum.

LXVIII. IDEM libro quarto de Omnibus tribunalibus

Per^b interuallum non minus decem dierum:

LXX. IDEM libro octauo Disputationum

ET tertium. quibus propositis, tunc peremptoriū impetret. Quod inde hoc nomē sumpsit quòd peremeret disceptationem, hoc est ultra non pateretur aduersarium tergiversari.

LXXI. IDEM libro quarto de Omnibus tribunalibus

^c edictum edit

IN peremptorio autem comminatur is qui edictum dedit, etiam absente diuersa parte cogniturū se & pronuntiaturū.

LXXII. IDEM libro octauo Disputationum

Nonnumquam autem hoc edictum post tot numero edicta quæ præcesserint, datur: nonnumquam post vnum vel alterum: nonnumquam statim: quod appellatur **VNUM PRO OMNIBVS**. Hoc autem æstimare oportet eum qui ius dixit, et pro conditione causæ vel personæ vel temporis ita^d ordinem edictorum vel compendium moderare.^e

^d & ita

^e moderari:

LXXIII. IDEM libro quarto de Omnibus tribunalibus

^f In foro, ac tribunalibus per præconem euocari, vt præsens sit necesse appareat. Fab. lib. 6. c. 5. In publicis certò iudiciis vox illa præconia præter patros ipsos qui egerit, citat. Acon. 3. ad. in Ver. apud veteres, et iudices et rei, et accusatores citabantur à præcone prætorio et l. Diuus supr. de rest. in inte. Itaque falluntur, qui hinc colligunt post edictum peremptorium impetratum de iure absentem in ius vocandum esse. Itaque quarto opus esse edictis, quod repugnat capituli 70. supr. eod. Dnar. 1. disp. c. 7. g neque de causa h de ea quoque pronuntiare

ET post edictum peremptoriū impetratum, cum dies eius superuenerit, tunc absens citari^f debet: & siue responderit siue non responderit, agatur causa & pronuntiabitur: nõ utique secundum præsentem, sed interdum vel absens si bonam causam habuit vincet. Quòd si is qui edictum peremptorium impetrauit absit die cognitionis, is verò aduersus quem impetratum est adsit, tum circumducendum erit edictum peremptorium: neque^g causa cognoscetur nec secundum præsentem pronuntiat^hur. Circumducto edicto videamus an amplius reus conueniri possit, an verò salua quidem lis est, verum instantia tantum edicti perit. & magis est vt instantia tantum perierit: ex integro autem litigari possit.

Contumax non appellat.

Sciendum^h est ex peremptorio absentem condemnatum si appellet non esse audiendum: si modò per contumaciam defuit. si minus, audietur.

LXXIII. IULIANVS libro quinto Digestorum

DE qua re cognouerit iudex, pronuntiare^h quoque cogendus erit. Iudex qui usque ad certam summam iudicare iustus est, etiam de re maiori iudicare potest si inter litigatores conueniat.

Iudicium quo defensus est mortuus debitor.

Cum absentem defendere vellem, iudicium mortuo iam

eo accipi, & condemnatus solui. quæsitum est an heres liberaretur. item quæ actio mihi aduersus eum competeret. Respondi iudicium quod iam mortuo debitore per defensorem eius accipitur, nullum esse: & ideo heredem non liberari. Defensorem autem si ex causa iudicati soluerit, repetere quidem non posse, negotiorum tamen gestorum ei actionem competere aduersus heredem: qui^a sanè^b exceptione doli mali tueri se possit si ab actore conueniatur. ^a quia

An executor debeat de sententia cognoscere.

LXXV. IDEM libro trigensimo sexto Digestorum
SI prætor iusserit eum à quo debitum petebatur adesse & ordine edictorum peracto pronuntiauerit absentem debere, non utique iudex qui de iudicato cognoscit, debet de prætoris sententia cognoscere: alioquin lusura erunt huiusmodi edicta & decreta prætorum. Marcellus notat: si per dolum sciens falsò aliquid allegabit, & hoc modo cōsecutum eum sententia prætoris liquidò fuerit adprobatum: existimo debere iudicem querellam rei admittere. Paulus notat: si autem^b morbo impeditus aut reipublicæ causa auocatus adesse non potuit reus, puto vel actionem iudicati eo casu in eum † denegandum vel exsequi prætorem ita iudicatum non debere. ^b si aut [†] denegandam

Mutatione iudicis non mutatur iudicium.

LXXVI. ALFENVS libro sexto Digestorum
PROponebatur ex his iudicibus qui in eandem rem dati essent, nonnullos causa audita excusatos esse, inque eorum locum alios esse sumptos: & quærebatur singulorū iudicium mutatio eandem^c rem an aliud iudicium fecisset. Respondi non modò si vnus aut alter sed & si omnes iudices mutati essent, tamè & rem eandem & iudicium idem quod antea fuisset permanere. neque in hoc solum euenire vt partibus commutatis eadem res esse existimaretur, sed & in multis ceteris rebus. Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent quorum in locum alij subiecti essent: & populum eundem hoc tempore putari qui abhinc centum annis fuissent, d fuisset cum ex illis nemo nunc viueret. Itemque nauem, si adeo sæpe refecta esset vt nulla tabula eadem permaneret quæ non noua fuisset, nihilo minus eadem nauem esse existimari. Quòd si quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri: fore vt lex^d eius ratione nos ipsi non Idem essemus qui ab hinc anno fuisset: propterea^e quòd, vt philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis constiteremus, hæc cottidie ex nostro corpore decederent, aliæque extrinsecus in earum locum accederent. Quapropter cuius rei species eadem constiteret, rem quoque eandem esse existimari.

Pars ij.

De



^c In huc locum Arist. li. 3. Polit. 2. Cic. lib. 2. Acad. quest. Plus. de sera numinis vindicta, & in Theop. & Alc. lib. 6. pareri: ^e 17.

^d Imponunt qui natus in Flor. lege præterea

De iudice dato.

LXXVII. AFRICANVS libro tertio Quaestionum

^a *Contiliani hanc l. cum l. qui iurisdictio- ni. supr. de iuris. ex sens. Dna. l. di. diffini. c. 5.*

IN priuatis^a negotiis pater filium vel filius patrem iudicem habere potest :

LXXVIII. PAVLVS libro sextodecimo ad Plautium

^b *Contigel. apud fi- lio. de manum. vind.*

QVippe^b iudicare munus publicum est.

Sumptus litis.

LXXVIII. VLP IANVS libro quinto de Officio Pro-
consulis

EVM quem temere aduersarium^h suum^h in iudicium vocasse constitit, viatica litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit.

Differentia quaestionum iuris & facti.

Iudicibus de iure dubitantibus praesides respondere solent : de^c facto consulentibus non debent praesides consilium impertire, verum iubere eos prout religio suggerit sententiam proferre. haec enim res nonnumquam infamat & materiam gratiae vel ambitionis tribuit.

c sed de

Error in nomine.

LXXX. POMPONIVS libro secundo ad Sabinum

d vel praenomine
e aditus

SI in iudicis nomine, praenomine^d erratum est, Seruius re-
spondit si ex conuentione litigatorum is iudex addictus^e
esset, eum esse iudicem de quo litigatores sensissent.

Iudex quis.

LXXXI. VLP IANVS libro quinto Opinionum

QVI neque iurisdictioni praest, neque a principe potesta-
te aliqua praeditus^h est, neque ab eo qui ius dadorum
iudicum habet datus est, nec ex compromisso sumptus vel ex
aliqua lege confirmatus est, iudex esse non potuit.

LXXXII. IDEM libro primo de Officio Consulis

Nonnumquam solent magistratus populi Romani via-
torem nominatim vice arbitri dare. quod raro & non ni-
si re vrgente faciendum est.

DE INOFFICIOSO TESTA-
MENTO TIT. III.

f In hunc tractatum
vide insignia exempla
apud Valer. Maxi. li.
7. c. 7. de testamentis
qua reposita sunt.

Cui competit querela.

VLP IANVS libro quartodecimo ad Edictum

g proximi

SCIENDVM est frequentes esse inofficiosi querellas: om-
nibus enim tam parentibus quam liberis de inofficioso
licet disputare. Cognati enim proprij^g qui sunt ultra fra-
trem, melius facerent si se sumptibus inanibus non vexarent,
cum optinere spem non haberent.^h

h non valerent. ve-
dicitur est Florent.

Causa

Causa huius querela.

II. MARCIANVS libro quarto Institutionum

HOc colore inofficioso testamento agitur, quasi non sanæ mentis fuerunt^a vt testamentum ordinarent. & hoc dicitur non quasi verè furiosus vel demens testatus sit, sed rectè quidem fecit testamentum sed non ex officio pietatis: nam si verè furiosus esset vel demens, nullum est testamentum.

a fuerit qui testamentum ordinavit

III. MARCELLVS libro tertio Digestorum

Inofficiosum testamentum dicere hoc est, allegare quare exheredari vel præteriri non debuerit. quod plerumque accidit cum falsò parentes instimulati liberos suos^b vel exheredant vel prætereunt.

b suos testamento vel

IIII. GAIVS^c libro singulari ad legem Gliciam^d

Non est enim consentiendum^e parentibus^f qui^g iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt. ^f quod plerumque faciunt, malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis instigationibusve corrupti.

c Gallus, vel Maximus

d In Epitome lib. 29. Titi Liuij mentio est Claudij Glicia dictatoris, à quo hæc lex fortè Glicia dicta est: vt Horatius ab Horatio in epitome lib. 2. eiusdem Liuij.

e Præclare in hanc sententiam Pla. dial. 11. de legi.

f inducere. Ergo probatio incumbetis exhereditato. l. liberi. C. de inof. test. quod est correctum Nou. 115. vt cum de appellatione.

V. MARCELLVS libro tertio Digestorum

Nam & his qui non ex masculis descendunt, facultas est agendi: cum & de mätis testamento agant, & optinere adfiduè soleant. Huius autem verbi DE INOFFICIOSO vis illa vt dixi est, docere immerentem^g se & ideo & indignè præteritum vel etiam exheredatione summotum. resque illo colore defenditur apud iudicem, vt videatur ille quasi non sanæ mentis fuisse cum testamentum iniquè ordinaret.

An posthumo competat querela.

VI. VLPPIANVS libro quartodecimo ad Edictum

Postumus inofficiosum testamentum potest dicere eorum quibus suus heres vel legitimus potuisset fieri, si in vtero^h fuerit mortis eorum tempore. Sed & cognatorum: quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere. Quid ergo? eis imputatur cur intestati non decesserant? sed hoc nemo apud iudicem potest impetrare: non enim interdicitur testamenti factioⁱ. Hoc plane ei^k imputare potest, cur eum heredem non scripserit: ^l potuit enim scriptus heres in possessionem mitti ex clausula DE VENTRE IN POSSESSIONEM MITTENDO. item natus SECVNDVM TABVLAS haberet.^m Simili modo & eum qui post testamentum matris factum ex seculo vêtre extractus est, posse queri dico.

h Halsanum. se addidit negatiuam non fuerit. Augustia. 4. cmen. cap. 17.

i factio.
k eis imputari
l scripserint:

m haberet bonorum possessionem

Res inter alios indicata.

Si quis ex his personis quæ ad successionem ab intestato non admittuntur, de inofficioso egerit, nemoⁿ enim eum repellit, & casu optinuerit, non ei profit^o victoria, sed his qui

n si nemo
o proficit

a habebant
b fecit

habent^a ab intestato successionem. nam intestatum patrem familias facit.^b

An querela transeat ad heredem.

Si quis instituta accusatione inofficiosi decesserit, an ad heredem suum querellam transferat? Papinianus respondit, quod & quibusdam rescriptis significatur, si post adgnitam bonorum possessionem decesserit, esse successionem accusationis. Et^c si non sit petita bonorum possessio, iam tamē cōpta controuersia vel pręparata, vel si cum venit ad mouendam inofficiosi querellam decessit, puto ad heredem transire.

c Sed & si

VII. PAVLVS libro singulari de Septemuiralibus^d iudiciis.

d Centumualibus
e & possit

Quemadmodum pręparasse litem quis videatur ut^e possit transmittere actionem, videamus. & ponamus in potestate fuisse eum, ut neque bonorum possessio ei necessaria & aditio hereditatis superuacua sit: is si comminatus tantum accusationem fuerit, vel vsque ad denūtiationem vel libelli dationem pręcesserit, f^f ad heredem suum accusationem transmittet. idque Diuus Pius de libelli datione & denūtiatione rescripsit. Quid ergo si in potestate non fuerit an ad heredem^g actionem transmittat? & recte videtur litem pręparasse si ea fecerit quorum supra mentionem habuimus.

f processerat

g heredem suum

Singulare ius.

VIII. VLP IANVS libro quartodecimo ad Edictum

h. quætionem. melior est Flor. lectio.

Papinianus libro quinto quætionum^h recte scribit inofficiosi querellam patrem filij sui nomine instituere nō posse inuito eo: ipsius enim iniuria est. Sequenti loco scribit, si filiusⁱ post adgnitam litem ordinandē^k gratia bonorum possessionem decesserit, finitam esse inofficiosi querellam: quę non patri, sed nomine dabatur filij. Si quis post rem inofficiosi^l ordinatam, litem dereliquerit, postea non audietur.

i si filius familias
k Quemadmodum ad ordinandum iudicium petitionis hereditaria aditio, & bonorum possessio ad bonorum possessorum actione precedere debet, ita & ad querellam inofficiosi ordinandam inuenta est hæc bonorum possessio, quę ob id gratia ordinanda litem impetra ut dicitur, gratia interpres ad l. posthumus. § ult. & l. sequi. sup. eod. Vigl. ad tit. de inoffic. Instit. I tempus m & placet cessare

Contra testamentum veterani.

Si Imperator sit heres institutus, posse inofficiosum dici testamentum sapissime rescriptum est. Papinianus libro secundo responforum ait contra veterani patris familias testamentum esse inofficiosi querellā, & si ea sola bona habuit quę in castris quæsierat. Si quis in militia fecerit testamentum, & intra annum post militiam decesserit, dubito an quia ad hoc vsque temporis^l iure militari testamentum eius valet, querella inofficiosi cesset: & potest dici querellam inofficiosi cessare.^m

m & placet cessare

De tabulis pupillaribus.

Sed nec impuberis filij mater inofficiosum testamentum dicit: quia pater ei hoc fecit. & ita Papinianus respondit. nec patris frater: quia filij testamentum est, ergo nec frater impuberis,

puberis, si patris non dixit. Sed si in patris obtentum est, nec hoc valebit nisi [¶] si pro parte patris rescissum est: tunc enim pupillare valet.

Quarta pars donata excludit querelam.

- 6 Si quis mortis causa filio donauerit quartam partem eius quod ad eum esset peruenturum si intestatus paterfamilias
 7 decessisset, puto securè^a eum testari. Si quis impuberi filio
 8 substituit secundas tabulas^b faciendo, non ob hoc admittimus ipsum impuberè ad inofficiosi querellam. Quoniam autem quarta debite portionis sufficit ad excludendam querellam, videndum erit an exheredatus partem faciat qui non queritur. vtputa sumus duo filij exheredati. & utique faciet vt Papinianus respondit. & si dicam inofficiosum, nō totam hereditatem debeo sed dimidiam petere. Proinde si^c sint ex duobus filiis nepotes, ex vno plures^d tres puta, ex vno vnus: vnicum^e fescuncia, vnum^f ex illis semuncia^g querella excludit. Quarta autem accipietur scilicet deducto ære alieno, & funeris impensa. Sed an & libertates quartam minuāt videndum^h est: & nunquid minuant. [¶] nam si cum quis ex assè heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum quia habet Falcidiam, Falcidia autem libertates non minuit, potest dici deductis libertatibus quartam ineundam. Cum igitur placet quartam minui per libertates, eueniet vt qui seruos tantum habet in patrimonio suo, dando eis libertatem inofficiosi querellam excludat: nisi fortè hic filius si non fuit in potestate, ^h à patre heres institutus meritò omittit hereditatem, & ad substitutum transmittès, querellam inofficiosi instituet: vel ab intestato citra edicti pœnā habeatⁱ hereditatē.

Ei qui agnouit iudicium defuncti non competit querela.

- 10 Si conditioni parere testator heredem iussit in persona filij vel alterius qui eandem querellā mouere potest, &^k sciens
 is^l accepit, videndum ne ab inofficiosi querella excludatur: adgnouit enim iudicium. idem est & si legatarius ei vel statuliber dedit. Et potest dici excludi eum: maximè si heredem ei iussèrat dare. ceterum si legatariū, numquid semel natam inofficiosi querellam nō peremat legatarij oblatio? Cur ergo in herede absolutè diximus? quoniam ante aditam hereditatem nec nascitur querella. Ego euentum puto sequendum in hac re: vt si fortè antequam iudiciū moueatur, oblatio ei fiat eius quod relictum est, quasi ex voluntate testatoris oblato^m eo satis ei factum videatur. Vnde si quis fuit institutus fortè ex semisse cum *ei* sextans ex substantia testatoris deberetur, &ⁿ rogatus esset post certum temporis^o restituere hereditatem, meritò dicendum est nullum iudicium mouere, cum debitam portionem & eius fructus habere possit: fructus

a Necessè est preterea, vt tanquam ingrati filij pater exheredes & ingrati- tudinis causam exprimat probeque. Non. 115.

b tabulas ei

c & si sint
 d ex vno tres puta
 plur' sive
 e vnus
 f vnus
 g semuncia

h potestate patris

i habebit

k cum sciens

l id

m oblatione satis

n quod rogatus
 o tempus

enim solere in Falcidiam imputari non est incognitum. Ergo & si ab initio ex semisse heres institutus rogetur post decennium restituere hereditatem, nihil habet quod queratur; quoniam facile potest debitam portionem eius que^a fructus medio tempore cogere.^b Si quis^c & irritum dicat testamentum vel ruptum, & inofficiosum, condicio ei deferri debet vtrum prius mouere volet. Si filius exheredatus in possessione sit hereditatis, scriptus quidem heres petet hereditatem, filius vero in modum contradictionis querellam inducat:^d quemadmodum ageret si non possideret, sed peteret.

Pœna eius qui non obtinuit in querela.

Meminisse autem oportebit eum qui testamentum inofficiosum improbe dixit & non optinuit, id quod in testamento accepit perdere: & id fisco vindicari quasi indigno ablatum. Sed ei demum aufertur quod testamento datum est, qui vsque ad sententiam iudicum^e lite improba perseuerauerit. Ceterum si ante sententiam desitit vel decessit, non ei aufertur quod datum est. proinde & si absente eo secundum presentem pronuncietur, potest dici conseruandum ei quod accepit. Eo autem solo carere quis debet, cuius emolumentum ad eum pertinet. Ceterum si id rogatus fuit restituere, non debet iniuria fieri. Vnde non male Papinianus libro secundo responsoꝝ refert, si heres fuit institutus & rogatus restituere hereditatem, deinde in querella inofficiosi non optinuit, id quod iure Falcidiae potuit habere solum perdere.

De quarta debita arrogato.

Si quis impubes arrogatus sit ex his personis quæ & citra adoptionem & emancipationem queri de inofficioso possunt, hunc puto remouendum à querella, cum habeat quartam ex constitutione Diui Pij. Quod si egit nec optinuit, an quartam perdat? & puto aut non admittendum ad inofficiosum, aut si admittatur, etsi non optinuerit, quartam ei quasi æs alienum concedendam.

Sententia inter alios dicta alius nocet contra regulam.

Si ex causa de inofficiosi^h cognouerit iudex & pronunciauerit contra testamentum, nec fuerit prouocatum, ipso iure rescissum est: & sius heres erit secundum quem iudicatum est, & bonorum possessor si hoc esse contendit. & libertates ipso iure non valent nec legata debentur: sed soluta repetuntur aut ab eo qui soluit, aut ab eo qui optinuit. & hæc utili actione repetitur. Ferè autem si ante controuersiam motam, soluta sunt, qui optinuit repetit. & ita Diuus Hadrianus & Diuus Pius rescripserunt. Planè si post quinquenium inofficiosum dici coeptum est ex magna & iusta causa, libertates

a vel ex fructibus eius
b colligere glossama
c vel inofficiosum

d inducet:

e si non

f in iudicium

g nunc male

h de inofficioso, for
aè, si de inofficiosi
causa. sic tamè infra
legitur l. 15. §. 2. vt in
hoc genere loquendi
intelligendum videat
ur querela, aut ali
quid simile.
i Hoc emendatur. nou.
115. vt cum de appel
lat. §. si hæc ita. In
qua sancitur, vt testa
mentum inofficiosum
fac irritum, quantum
ad institutionem here
dis, cetera autem fir
ma permanant.

tes

tes non esse reuocandas quæ competierunt vel præstitæ sunt sed viginti aureos à singulis præstandos victori.

VIII. MODESTINVS libro singulari de Inofficioso testamento

SI autem intra quinquennium egerit, libertates nõ competunt. Sed Paulus ait præstaturum^a fideicommissas libertates, scilicet^b viginti aureis & in hoc casu à singulis præstandis.

a præstaturum vidorem
b iolum

Fauor testamenti.

X. MARCELLVS libro tertio Digestorum

SI pars iudicantium^d de inofficioso testamento contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit, quod interdum fieri solet, humanius erit sequi eius partis sententiam quæ secundum testamentum spectauit: e nisi ^fsi^g aperte iudices iniquè secundum scriptum heredem pronuntiaisse apparebit. Illud notissimum est, eum qui legatum perceperit, non rectè de inofficioso testamento dicturum: nisi id totum alij administravit.

c Coniunge l. 37. de re iud.
d Vide in hunc locum Problema. Aristot. Sectione. 37.
e pronuntiauit

XI. MODESTINVS libro tertio Responsorum

ETIAM si querella inofficiosi testamenti optinuerit, non ideo tamen donationes quas viuus ei perfecisse proponitur, infirmari, neque in dotem datorum partem vindicari posse respondi.^g

f etiam si in querella.

Querela denegatur ei qui quo quo modo agnouit iudicium defuncti.

XII. IDEM libro singulari de Præscriptionibus

NIHIL interest sibi relictum legatum filius exheredatus adgnouerit, an filio seruòve relictum consecutus sit: vtrubique enim præscriptione submouebitur. Quinetiam si idem institutum seruum prius quàm adire hereditatè iuberet manumiserit vt ille suo arbitrio adeat hereditatem, idque fraudulentò consilio fecerit, summouebitur ab actione. h Si à statulibero exheredatus pecuniam petere cœperit, videriⁱ adgnouisse parentis iudiciũ. Si cum filius adẽptum^k legatum instituerit^l petere, summotus^m repetat inofficiosi querellam præscriptione remouendus nõ est: quamuis enim agendo testamentum comprobauerit, n tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur, vt meritò repellendus nõ sit. Filius testatoris qui cum Titio eiusdem pecuniæ reus fuerat, liberatione Titio legata, per acceptilationem Titij liberatus, ab actione inofficiosi non summouebitur.

g Hoc ita intelligendum est, vt si contra eum, cui res à viuo illius patre, qui postea in querela obtinuit, in dotem data sunt, agatur, quasi omnia perditura sit, que ab illo accepit, Modestini respo se inueni possit. Augu. li. q. emend. c. 17. Haloander corruptis locum, legens non obtinuit.

h ab hac actione i videri potest k ademptum sibi l instituit m summotus est repetita inofficiosi querela n approbauerit,

Rescisso testamento, non debentur fideicommissa nec ab intestato quidem.

XIII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum

ITIA^o filiam heredem instituit: filio legatum dedit: eodem testamento *ita* pcauit: EA OMNIA QVAE SVpra DARI FIERI IVSSI, EA DARI FIERI VOLO

o Coniunge l. 28. §. vlt. de leg. 2. Duar. P & ita

AB OMNI HEREDE BONORVMVE POSSESSES-
SORE QUI MIHI ERIT ETIAM IVRE INSTESTA-
TO.^a ITEM QVAE DARI^b IVSSERO, EA VTI DEN-
TUR FIANTE^c QVE^d FIDEI EIVS COMMITTO.

Quaeritur est, si soror centumuirali^e iudicio optinuerit, an fideicommissa ex capite suprascripto debeantur. [Respondi] si hoc queratur, an iure eorum quos quis sibi ab intestato heredes bonorumve possessores successuros^d credat, fideicommittere^e possit, respondi posse, Paulus notat: probat^f autem nec fideicommissa ab intestato data deberi, quasi à demente.

Cui competat querela.

XIIII. P A P I N I A N V S libro quinto Quaestionum

Pater filium emancipauit & nepotem ex eo retinuit. emā-
cipatus suscepto postea filio duobus^g exheredatis patre
praeterito, vita decessit. in quaestione de inofficiosi^h testamē-
ti praecedente causa filiorum, patris intentio adhuc pendet.
quod si contra filios iudicetur, pater ad querellam vocatur, &
suam intentionem implere potest.

XV. I D E M libro quartodecimo Quaestionum

Nam & si parentibus nō debetur filiorum hereditas pro-
pter votum parentum & naturalem erga filios caritatē,
turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus
quàm liberis piē relinqui debet. Heredi eius qui post litemⁱ
de inofficioso praeparatā mutata voluntate decessit non da-
tur de inofficioso querella: non enim sufficit litem instituere
si non in ea perseueret.ⁱ

Casus in quo testamentum pro parte rescinditur.

Filius qui^l de inofficiosi aetione aduersus duos heredes ex-
pertus diuersas sententias iudicum tulit, & vnum vicit, ab al-
tero superatus est: & debitores conuenire, & ipse à creditoribus
conueniri pro parte potest, & corpora^k vindicare, & he-
reditatem diuidere. verum enim est familiae eriscundae iudi-
cium competere, quia credimus eum legitimum heredē pro
parte esse factum: & ideo pars hereditatis in testamento re-
manfit. nec absurdum videtur pro parte intestatum videri.

XVI. I D E M libro secundo Responsorum

Filio qui de inofficioso matris testamento contra fratrem
institutum de^l parte ante egit & optinuit, filia quae non
egit aut non optinuit, in hereditate legitima^m fratri non cō-
currit. Contra tabulas filij possessionemⁿ iure manumif-
sionis pater accepit^l & bonorum possessionem adeptus est:^l
postea filia defuncti, quam ipse exheredauerat, quaestionem
inofficiosi testamenti rectē pertulit: possessio^o quam pater
accepit, ad irritum reccidit: nam priore iudicio de iure patris
non de iure testamenti quaesitum est. & ideo vniuersam here-
ditatem

a intestati, intesti-
nati, Robertus See-
pian. sed mendum
esse puto.

b dari fieri

c Apud centumviros
de hoc iudicio solitum
fuisse agi apparet ex
l. qui repudiatio. inf.
ex l. vi. C. de lib. pra-
ser. ex Cicrone, l. de
Oratore. cum ait in
centumuiralibus iudiciis testamentorum
ruptorum aut ratorū
iura versari. Ex Va-
ler. lib. 7. c. 7. & 8. ex
Plin. lib. 5. epist. 6.
vnde Duar. explicans
hunc titul. anno 1553.
mensis emē dabat in-
scriptionem l. 7. 28. &
31. huius tit. legebat-
que non Septemui-
ralibus, sed centum-
uiralibus. eodē quo-
que modo indicē in-
riusconsultorum emen-
dandum puto.

d futuros
e fideicommissi
fac probat
g ambobus
h de inofficioso te-
stamento
i perseueres, perse-
ueretur

k sed & corpora

l pro parte
m hereditatem le-
gitimam
n possessionem bo-
norum

o & possessio

ditatem filiarum cum fructibus restitui necesse est.

Non prodest victoria ei, qui repudiavit.

XVII. PAVLVS libro secundo Quæstionum

Qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his qui eandem querellam mouere volunt. Vnde si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exhereditatis ageret, quia rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur, & ideo vniuersam hereditatem non rectè vindicasset: hic si optinuerit, vteretur^a rei iudicatæ auctoritate: quasi centumviri ^{a vteret} hunc solum filium in rebus humanis esse nunc^b cum facerent ^{b tunc} intestatum crediderint.

Sententia hic ius facit.

Cum contra testamentum vt inofficiosum iudicatur, testamenti^c factionem habuisse defunctus non creditur. non ^{c quia testamenti} idem probandum est si herede non respondente, secundum præsentem iudicatum sit: hoc enim casu non creditur ius ex sententia iudicis fieri. & ideo libertates competunt & legata petuntur.

XVIII. IDEM libro singulari de Inofficioso testamento

De qua re etiam constitutio extat Diuorum fratrum quæ huiusmodi distinctionem admittit.

XVIII. IDEM libro secundo Quæstionum

Mater decedens extraneum ex docrate heredem instituit, filiam vnã ex quadrante, alteram præteriit. hæc de inofficioso egit & optinuit. quæro scriptæ filiarum quomodo succurrendum sit. Respondi, filia præterita id vindicare debet quod intestata matre habitura esset. Itaque^d dici potest eam quæ omiſsa est, etiam si totam hereditatem^e ab intestato^f petat & optineat, solam habituram^e vniuersam successionem, quæ admodum^f si altera omiſisset legitimam hereditatem, sed non est admittendum vt aduersus sororem audiatur agendo de inofficioso. Præterea dicendum est non esse similem omittenti eam quæ ex testamento adiit: & ideo ab extraneo semissem vindicandum, & defendendum totum semissem esse auferendum,^h quasi semis totus ad hanc pertineat. secundum quod non in totum testamentum infirmatur, sed pro parte intestata efficitur: licet quasi furiosæ iudicium vltimum eius damnetur. Ceterum si quis putauerit filia optinente totum testamentum infirmari, dicendum est etiam institutam ab intestato posse adire hereditatem: nec enim quæ ex testamento adiit quod putat valere, repudiare legitimam hereditatem videtur, quamⁱ quidèⁱ nescit sibi deferni: cum & hi qui sciunt ius suum, eligentes id quod putant sibi competere, non amittant. quod euenit in patrono qui iudicium defuncti falsa opi-

d & quamquam
e solam ab intestato habituram
f Quasi filia instituta
adeundo ex testamento, repudiatis ab intestato: & sic, sola relinquatur præterita, que egit, que ab intestato venire possit.
g Ostendit iniquum esse eam, que de inofficioso obuiant plus petere, quam esset habitura ab intestato, non enim alia ratione testamentum impugnat, quam quod non sibi dicta est sua pars legittima. satis ergo ei debet esse, si eam accipiat: ea autem est semina hereditatio: alterum autem semissem habere debet filia instituta, que & ipsa pro suo iure debet intestato patri in semissem succedere. quem semissem videtur ex causa intestati non repudiasse, quem non habet repudiandi animum, qui adit ex testamento.
h afferendum

nione motus amplexus est : is enim non videtur bonorum possessionem contra tabulas repudiaſſe. Ex quibus apparet non rectè totam hereditatem præteritam vindicare : cum reſciſſo teſtamento etiam inſtitutæ ſaluum ius ſit ad eundem hereditatis.

Ex hereditate non datur Carboniana bonorum poſſeſſio.

XX. SCAEVOLA libro ſecundo Quaſtionum

Qui de inofficioſo vult dicere licet^a negetur filius, Carbonianam bonorum poſſeſſionem non debet accipere : totiens enim ea indulgenda eſt quotiens ſi verè filius eſſet, heres eſſet aut bonorum poſſeſſor : vt interim & poſſideat & alatur &^b actionibus præiudicium non patiat. qui verò de inofficioſo dicit, nec actiones mouere debet nec aliam vllam quàm hereditatis petitionem exercere, nec^c alii ne vnumquam melioris ſit conditionis^d quàm ſi confitetur aduerſarius.

Qui fraude hæredis ſcripti deſtituiſſe non videtur.

XXI. PAVLVS libro tertio Reſponſorum

EVM qui inofficioſi teſtamèti querellam inſtituit, & fraude hæredis ſcripti, quaſi tertiam partem hereditatis tacitè rogatus eſſet ei reſtituere, reliquit eam actionem, non videri deſeruiſſe querellam : & ideo non prohiberi eum repetere inchoatam actionem. ||

Qui ſciens indebitum ſoluit, non repetit.

Item quaſitum eſt an heres audiendus eſt ante de inofficioſi querellam actam, deſiderans reſtitui ſibi ea quæ ſoluit. reſpondit, ei qui ſciens indebitum fidei commiſſum ſoluit, nullam repetitionem ex ea cauſa competere. Idem reſpondit, euicta hereditate per inofficioſi querellam ab eo qui heres inſtitutus eſſet, perinde omnia obſeruari oportere ac ſi hereditas adita non fuiſſet : & ideo & petitionem integram debiti heredi inſtituto aduerſus eum qui ſuperavit competere, & compensationem debiti.

Factum patris non tollit querellam filio competentem.

XXII. TRYPHONINVS libro ſeptimodecimo

Diſputationum

Filius non impeditur quo minus inofficioſum teſtamètum matris accuſaret ſi pater eius legatum ex teſtamento matris accipiet, vel adiiſſet hereditatem, quamquam in eius eſſet potestate : nec prohiberi patrem dixi^e iure filij accuſare. nam indignatio filij eſt.

Locus de pœna eius qui ſucceſſit in querela.

Et^f quaerebatur ſi non optinuiſſet in accuſando, an quod patri datum eſt publicaretur, quoniam alij commodum victoriæ parat : & in hac cauſa nihil ex officio patris ſed totum de me-

a ſi &

b & in actionibus

c nec alias vnumquam melior eſt Flor. vt ſuperioris indicant, d conditionis, cum ſi^o negatur quàm

edidit

ſitem quaerebatur

de me-

de meritis filij agitur. & inclinādum est, non perdere patrem sibi datum si secundum testamentum pronuntiatum fuisset. Multo magis si mihi legatum testator dedit, cuius de inofficio testamēto filius agens decessit me herede relicto, ego q; hereditariam causam peregi & victus sum, id quod mihi eo^a testamento relictum est non perdam: vtique si iam defunctus agere coeperat. Item si adrogauit eum qui instituerat litem de inofficio testamento eius qui mihi legatum dedit, litemq; peregero nomine filij nec optinuerō, perdere me legatum nō oportet: quia^b nō sum indignus, vt auferatur mihi a fisco id quod derelictum est: cū non proprio nomine sed iure cuiusdam successione egi.

a ex eo

b quoniam indignum est

Si testamentum rumpitur per contra tabulas siue per querelam nepos in potestate retentus filio emancipato coniungitur.

XXIII. PAVLVS libro singulari de Inofficioso testamento

SI ponas^c filium emancipatum prateritum, & ex eo nepotem in potestate retentum heredem institutum esse, filius potest contra filium suum testatoris nepotē petere bonorum possessionem: queri autem de inofficio testamēto non poterit. Quod si exheredatus sit filius emancipatus, poterit queri, & ita iūgetur filio suo, & simul cum eo hereditatem optinebit. Si hereditatem ab heredibus institutis exheredati emerunt vel res singulas, scientes eos heredes esse: // aut conduxerunt pradia, aliudve quid simile fecerunt: vel soluerunt heredi quod testatori debebant: iudicium defuncti agnoscere videntur, & a querella excluduntur.

c proponas

Ius accrescendi.

2 Si^d duo sint filij exheredati & ambo de inofficio testamento egerunt, & vnus postea constituit non agere, pars eius alteri adcrecit. Idemq; erit & si tempore exclusus sit.

d Si cum duo

Ex postfacto potest quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus.

XXIII. VLP IANVS libro quadragensimo octauo ad Sabinum

CIRCA inofficiosi querellam euenire plerumque adsolet vt in vna atque eadem causa diuersae sententiae proferantur. quid^e enim si fratre agēte heredes scripti diuersi iuris fuerint? quod si fuerit, pro parte testatus pro parte intestatus decessisse videbitur.

e Vnus forte erat legitimus, aliter vero infamia nota aspersus l. fratres. C. de inoffic. testam. vnde pro parte huius testandus testamentum.

Datum inter viuos vt computetur in quartam querellam excludit.

XXV. IDEM libro secundo Disputationum

SI non mortis causa fuerit donatum sed inter viuos, hac tamen contemplatione vt in quartā habeatur, potest dici inofficiosi querellam cessare si quartā in donatione haber: aut si mi-

si minus habeat, quod deest viri boni arbitrato repleatur: aut certe conferri oportere id quod donatum est.

Etiam eo cuius non interest agente testamentum rumpitur.

Si quis cum non possit de inofficioso queri, ad querellam admissus pro parte rescindere testamētum temptet, & vnum sibi heredem eligat, contra quem inofficiosi querellam instituat, dicendum est quia testamentum pro parte valet, & præcedētes eum personæ exclusæ sunt, cum effectu eum querellam instituisse.

Casus in quo sententia contra testamentum non nocet libertati.

XXVI. IDEM libro octauo Disputationum

SI sub hac cōdicionē fuerit heres institutus, SI STICHVM MANVM MISERIT: & manumisisset, & posteaquam manumisit inofficiosum vel iniustum testamentum pronuntietur, æquum est huic quoque succurri vt serui pretium à manumisso accipiat: ne frustra seruum perdat.

Transactio de querela.

XXVII. IDEM libro sexto Opinionum

SI instituta de inofficioso testamēto accusatione, de lite pacto transactum est nec fides ab herede transactioni præstatatur, inofficiosi causam integram esse placuit. Ei qui se filium eius esse adfirmat qui testamēto^a id denega Bit, tamen eum exhereda Bit, de inofficioso testamento causa superest.

Pendente appellatione victori decernuntur alimenta ex causa.

De inofficioso testamento militis dicere nec miles potest. 2

De inofficioso testamento nepos contra patruum suū vel alium scriptum heredem pro portione egerat & optinuerat, sed^c scriptus heres appellauerat: placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatium quæ per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur decerni: eaque aduersarium ei subministrare necesse habere vsque ad finem litis.

Præteritio matris.

De testamento matris, quæ existimans periisse filium aliū heredem instituit, de inofficioso queri potest. 4

XXVIII. PAVLVVS libro singulari de Septemviralibus iudiciis

CVm mater militem filium falsò audisset decessisse, & testamento heredes alios instituisset, Diuus Hadrianus decreuit hereditatem ad filium pertinere, ita vt libertates & legata præstentur. hic^d illud adnotatum^e quod de libertatibus & legatis adicitur: nam cum inofficiosum testamentum arguitur, nihil ex eo testamento valet.

XXVIII. VLP IANVS libro quinto Opinionum
SI suspecta collusio sit legatariis inter scriptos heredes & cum

a in testamento
b negavit

c sed quia scriptus

d hinc
e Non reprehensum:
ne pugnet cum l. 3. §.
vli. sup. eo. sed obser-
uatum: quo modo vsur-
pasur. l. debitor. in fi.
de le. 2. inf.

eum qui de inofficioso testamento agit, adesse etiam legatarios & voluntatem defuncti tueri constitutum est. eisdemq;^a a eis que permissum est etiam appellare, si contra testamentum pronuntiatum fuerit.

Spurius.

1 De officioso testamento matris spurij quoque filij dicere possunt.

Transactio.

2 Quamvis instituta inofficiosi testamenti accusatione res transactione decisa sit, tamen testamētum in suo iure manet: & ideo datae in eo libertates atque legata vsque quo Falcidia permittit suam habent potestatem.

Adoptio.

3 Quoniam femina nullum adoptare filiū sine iussu^b principis potest, nec de inofficioso testamēto eius quam quis sibi matrem adoptiuam falso^b esse existimabat, agere potest. b i. permissu, ut Instis. de nupt. in princ.

Vbi agi oporteat.

4 In ea prouincia de inofficioso testamento agi oportet in qua scripti heredes domicilium habent.

XXX. MARCIANVS libro quarto Institutionum

1 Aduersus testamentum filij in adoptionem dati pater naturalis rectè de inofficioso testamēto agere potest. Tutoribus pupilli nomine sine periculo eius quod^c testamento datum est agere^b posse^b de inofficioso vel falso testamento Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. c quod eis d permisorum

XXXI. PAVLVVS libro singulari de Septemviralibus iudiciis

1 Si is qui admittitur ad accusationem, nolit aut non possit accusare, an sequens admittatur videndum est. & placuit posse, vt fiat successioni locus. Quantum ad inofficiosi liberorum vel parentiū querellam pertinet, nihil interest quis sit heres scriptus, ex liberis an extraneis vel^c municipibus. c an

De eo qui iudicium defuncti agnouit.

2 Si heres extiterim ei qui eo testamento institutus est quod de inofficioso arguere volo, nō mihi nocebit: maximè si eam portionem non possideam, vel iure suo possideam. Diuersum dicemus si legauerit mihi eam rem quam quis ex eo testamento acceperat: nam si eam adgnoscam, repellar ab accusatione. Quid ergo si aliàs volūtatem testatoris probauerim? puta in testamento adscripserim, post mortem patris cōsentire me? repellendus sum ab accusatione.

Species in quibus agnoscitur iudicium defuncti.

XXXII. IDEM libro singulari de Inofficioso testamento

1 Si exheredatus petenti legatarum ex testamento aduocationem præbuit, procuratiōemve susceperit, remouetur ab accusatione: adgnouisse enim videtur qui qualequale^f iudicium f qui tale cium

cium defuncti comprobauit. Si legatario heres extiterit exheredatus petieritque legatum, videbimus an sit summouendus ab hac accusatioe. certum est enim iudicium defuncti: & rursus nihil ei ex testamēto relictum verum est. tutius tamen fecerit si se abstinerit à petitione legati.

DE HEREDITATIS PETITIONE TIT. III.

GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

HEREDITAS ad nos pertinet aut vetere iure aut nouo. Vetere, è leg: duodecim tabularum, vel ex testamento quod iure factum est.

■ nostro nomine
heredes
b alium

SII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum Iure suo nomine^a siue per se^b siue per alios^b effecti sumus.

III. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

Veluti si ea n̄ personam quæ in nostra potestate sit, institutam iusserimus adire hereditatem. Sed & si Titio qui Seio heres extitit nos heredes facti sumus, sicuti Titij hereditatem nostram esse intendere possumus, ita & Seij. Vel ab intestato, fortè quod sui heredes defuncto sumus, vel adgnati, vel quod manumisimus defunctum, quodve parēs noster manumisit. Nouo iure sunt heredes omnes qui lex senatusconsultis aut ex constitutionibus ad hereditatem vocantur.

IIII. PAVLVS libro primo ad Edictum

Si hereditatem petam ab eo qui vnam rem possidebat de qua sola cōtrouersia erat, etiam id quod postea coepit possidere, restituet.

Res hereditaria, de quibus est controuersia, an interim possint alienari.

V. VLP IANVS libro quattodecimo ad Edictum

Diuus Pius rescripsit prohibendum possessorem hereditatis de qua cōtrouersia erit, antequam lis inchoaretur aliquid ex ea distrahere: nisi maluerit pro omni quātitate hereditatis vel rerū eius restitutione^c satisfacere. Causa autē cognita & si non talis data sit satisfactio sed solita^d cautio, etiam post litem coeptā deminutionē se cōcessurū prator edixit: ne in totum deminutio impedita in aliquo etiā utilitates alias impediat. vtputa si ad funus sit aliquid necessarium: nam funeris gratia deminutionē permittit. item si futurum est vt nisi pecunia^e intra diem soluatur, pignus distrahatur. sed & propter familiæ ciVaria, necessaria erit deminutio. sed & res tempore perituras permittere debet prator distrahere.

Satisfacere debet etiam is qui falsum dicit testamentum.

Diuus Hadrianus Trebio^f Sergioano rescripsit vt Aelius Asiaticus

■ confirmatione
d sola

■ creditorū

f Trebatio Scruuiano

Afiaticus daret satis de hereditate quæ ab eo petitur: & sic falsum dicat. hoc ideo quia sustinetur hereditatis petitionis iudicium donec falsi causa agatur. Eorum^b iudiciorum quæ de hereditatis petitione sunt, ea auctoritas est, ut nihil in preiudicium eius ||iudicij|| fieri debeat.

VI. IDEM libro septuagesimo quinto ad Edictum

SI testamentum falsum esse dicatur, & ex eo legatum petatur, vel præstandum est oblata cautione vel quærendum an debeatur. Et si testamentum falsum esse dicatur, ei tamen qui falsi^d accusat, si suscepta cognitio est, non est dandum.

Differri debet cognitio de libertate donec pronunciatum fuerit de testamento ex quo libertas petitur, sed secundum distinctionem hic traditam.

VII. IDEM libro quartodecimo ad Edictum

SI quis libertatem ex testamento sibi competisse dicat, non debet iudex de libertate sententiam dicere, ne præiudicium de testamento cognituro^c faciat. ^f & ita senatus celsuit. Sed & Diuus Traianus rescripsit differendum de libertate^g iudicium donec de inofficioso iudicium aut inducatur aut finem accipiat. Ita demum autem sustinentur liberalia iudicia, si iam de inofficioso iudicium cōtestatum est. ceterum si non contestetur, non expectantur^h ||liberalia iudicia. || & ita Diuus Pius rescripsit. ||Nam|| cum quidam Licinnianus de statu suo quæstionem patiebatur, & neⁱ maturius pronūtiaretur de conditione sua volebat ad liberale iudicium ire,^k dicens suscepturum se de inofficioso testamento iudicium & petiturum hereditatem, quia libertatem & hereditatem ex testamento sibi defendebat, Diuus Pius ait, si quidem possessor esset hereditatis Licinnianus, facilius audiendum: quoniam esset hereditatis nomine iudicium suscepturus, & erat^l in arbitrio eius qui se dominum esse dicit, agere de inofficioso testamento iudicium. nunc^m verò sub obtentu iudicij de inofficioso testamento ab ipso Licinniano non suscepti per

quinquennium, nonⁿ debere morā fieri seruituti. Planè summam æstimandum^o iudici concessit, an^p ||fortè|| bona fide impleretur iudicium de testamento: & si id deprehenderit, præstituendum^s modicum tempus: intra quod si non fuerit contestatum, iubeat iudicem libertatis partibus suis fungi.

2 Quotiens autē quis patitur cōtrouersiam libertatis & hereditatis, sed se non ex testamento liberum dicit sed aliàs ||vel|| à viuo testatore manumissum, non debere impediri liberalem causam licet iudicium de testamēto^t moueri speretur, Diuus Pius rescripsit. adiecit planè in rescripto, dummodo prædicatur iudici liberalis causæ ne vllum adminiculum libertatis^v ex testamento admittat.

a & fi

b Plura iudicia sunt petitionis hereditatis ex causam diuersitate, Viglinus ad titum de inoff. testam. Instit. Sunt qui legant, quorum.

c Ex tractatu de excep. Duar.

d qui falsum

e cognitio^a fiat.

g libertatis

h expectant

i ne quod durius. hinc diffinitioni magis congruit lectio Florentina. k venire

l estique

m non verò

n Demptra est hinc negatio ex tractata in principium citationis supra. o existimandum p imponant que in Florentina nasans legi ni fortè. vel, si fortè q de inofficioso testamento r si id ipse s præstituendum est de inofficioso testamento v libertati

VIII. PAVLVS libro sextodecimo ad Edictum

LEgitimam hereditatem vindicare non prohibetur is qui cum ignorabat vires testamenti, iudicium defuncti secutus est.

Contra quem detur hæc actio.

VIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

REgulariter definiendum est eum demum teneri petitione hereditatis, qui vel ius pro herede vel pro possessore possidet vel rem hereditariam,

X. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

Licet minimam. Itaque qui ex assè vel ex parte heres est, intendit quidem hereditatem suam esse totam vel pro parte, sed hoc solum ei officio iudicis restituitur quod aduersarius possidet: aut totum si ex assè sit heres, aut pro parte ex qua heres est.

XI. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

PRO herede possidet qui putat se heredem esse. Sed an^a & is qui scit se heredem non esse, pro herede possideat quæritur. & Arrianus libro secundo de interdicitis putat teneri. quo iure nos uti Proculus scribit. Sed enim & bonorum possessor pro herede videtur possidere. [¶]Pro possessore^a verò possidet prædo. [¶]

^a Modò contendat se heredem esse & causam aliquam sua possessionis afferat: alioqui, si nulli aliã ratione proferat, quia possidet, prædo est, & pro possessore, non pro herede possidet. l. 25. §. quod autè, infra eo. & hic.

^b Ex interdicto quo bon.

^c vllam aliam, d nam &

XII. IDEM libro sexagesimo septimo ad Edictum

QUI interrogatus^b cur possideat, responsurus sit quia possideo: nec contendet se heredem vel per mendacium:

XIII. IDEM libro quintodecimo ad Edictum

NEC vllam^c causam possessionis possit dicere. & ideo fur & raptor petitione hereditatis tenentur. Omnibus etiã ¹ titulis hic PRO POSSESSORE heret: & quasi iniunctus est. denique & PRO EMPTORE titulo heret: nam^d si à furioso emero sciēs, pro possessore possideo. Item in titulo PRO DONATO quæritur an quis pro possessore possideat: ut puta vxor vel maritus. & placet nobis Iulianis sententia, pro possessore possidere eum: & ideo petitione hereditatis tenebitur. Item PRO DOTE titulus recipit pro possessore possessionem: ut puta si à minore duodecim annis nupta mihi quasi dotem sciens accepi. Et si legatum mihi solutum est ex falsa causa scienti, utique pro possessore possidebo. Is autem qui ² restituit hereditatem, teneri hereditatis petitione non potest nisi dolo fecit: id est si scit^e & restituit. nam & dolus præteritus venit in hereditatis petitione, quasi dolo deserit possidere. Neratius libro sexto membranarum scribit ab^f herede ³ peti hereditatem posse, etiã si ignoret pro herede vel pro possessore defunctū possedisse. Idem esse libro septimo ait etiã si putauit heres eas res ex^h hac^h hereditate esse quæ sibi delata est.

^e si sciens restituit

^f vel ab herede eius peti

Species

Species in quibus tenetur is qui titulum habet.

- 4 Quid^a si quis hereditatem emerit, an utilis in eum petitio hereditatis deberet dari ne singulis^b iudicijs vexaretur? venditorem enim^c teneri certum est. Sed finge non extare venditorem, vel modico vendidisse & bonæ fidei possessorem fuisse: an porrigi manus ad emptorē debeant? Et putat Gaius Cassius dandam vtilem actionem. Idem erit dicendum & si paruo^d pretio^e iussus vendere heres Titio hereditatem vendidit: nam putat dicendum Papinianus aduersus fideicommissarium dari actionē. ab herede enim peti nō expedit per exiguum pretium habente. Sed & si retenta certa quantitate restituere rogatus sit, idem erit dicendum. Planē si accepta certa quantitate restituere rogatus est, non putat Papinianus ab herede petendam hereditatem: quoniam pro herede quod condicionis implendæ gratia accepit non possidetur^f. Sed Sabinus in statulibero contra. & id verius^g est: quia pecunia hereditaria est. Idem & in eo qui solos fructus ex hereditate retinet dicendum erit: tenetur enim & is hereditatis petitione.
- 6 Si quis^h sciens alienam emit hereditatem, quasi pro possessore possidet: & sic peti ab eo hereditatem quidam putant. quamⁱ sententiam non puto veram: nemo enim prædo est qui pretium numeravit: sed vt emptor vniuersitatis utili tenetur. Item si quis à fisco hereditatem quasi vacantem emerit, æquissimum erit vtilem^j actionem^k aduersus eum dari. Apud Marcellum libro quarto digestorum relatum est, si mulier hereditatem in dote m dedit, maritum pro dote quidem possidere hereditatem, sed petitione hereditatis utili teneri. sed & ipsam mulierem directa teneri Marcellus scribit: maximè si iam factum diuortium est. Heredem autem etiam earum rerum nomine quas defunctus pro emptore possedit, hereditatis petitione teneri constat, quasi pro herede possideat. quamuis^l etiam^m earum rerum nomine quas pro herede vel pro possessore defunctus possedit, utique teneatur. Si quis absentis nomine possideat hereditatem, cum sit incertum an ille ratum habeat, puto absentis nomine petendam hereditatem, ipsius verò nequaquam: quia non videtur pro herede vel pro possessore possidere qui contemplatione alterius possidet. nisi fortè quis dixit, cum ratum non habet, iam procuratorem quasi prædonem esse: tunc enim suo nomine teneri potest.

Qui se offert petitioni, vt possessor tenetur.

- 11 Non solum autem ab eo peti hereditas potest qui corpus hereditarium possidet, sed & si nihil. & videndum si non possidensⁿ optulerit tamen se petitioni, an teneatur. Et Cel-

a Quod si
b Id est, singularium
rerum iudicatione
quam heres (ia quæ
omnium rerum domi-
nium à defuncto tra-
sit. l. cum heredes. de
adqui. poss.) intende-
re potest. l. in rem. in-
fr. de rei vind.

c non possidet.
d & verius

e Sed si quis

f Ca. 168. de reg.
iur.

g Quo casu fiscus nō
teneatur nec conueniri
potest, puta si procur-
ator fisci hac lege
vendiderit, ne fiscus
trahatur. Ita nihil in-
pugnabit. l. 2. c. 3. C.
de quadien. præ-
scripti.

h non possideat.

a lib. 1.

ius libro quarto^a digestorum scribit ex dolo eum teneri: dolo enim facere eum qui se offert petitioni. quam sententiam generaliter Marcellus apud Iulianum probat: omnem qui se offert^b petitioni quasi possidentem teneri.

b Id est, qui se oppo-
nit alienari.

De eo qui dolo desijt possidere.

c num forte eua-
nescat.

d dolo desijt pos-
sidere.

Item si quis dolo fecerit quo minus possideat, hereditatis petitione tenebitur. Sed si alius nactus possessionem quam ego dolo malo amiseram, paratus sit iudicium pati, Marcellus libro quarto digestorum tractat [ne] forte^c evanescat aduersus eum qui desijt, litis aestimatio. & magis evanescere ait nisi petentis interest. Certè, inquit, si rem paratus sit restituere, indubitatum erit evanescere. sed si is qui dolo desijt^d, ante conveniatur, eum qui possidet non liberabit.

De debitore hereditario.

Item à debitore hereditario quasi à iuris possessore: nam & à iuris possessoribus posse hereditatem peti constat.

XIII. PAULVS libro vicensimo ad Edictum

e x

Sed^e vtrum ex delicto an ex contractu debitor sit, nihil refert. Debitor autem hereditarius intellegitur is quoque qui seruo hereditario promisit, vel qui ante aditam hereditatem damnum dedit,

f de hereditate

V XV. GAIVS libro sexto ad Edictum provinciale
VEL aliquam rem hereditariam^f subripuerit.

XVI. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum

QVod si in diem sit debitor vel sub condicione à quo petita est hereditas, non debere eum damnari. rei planè iudicate tempus spectandum esse secundum Octavien sententiam, & ut apud Pomponium scriptum est, an dies venerit. quod & in stipulatione condicionali erit dicendum. Si autem non venerit, cauere officio iudicis debeat de restituendo hoc debito cum dies venerit vel condicio extiterit. Sed & is qui pretia rerum hereditariarum possidet, item qui à debitore hereditario exegit, petitione hereditatis tenetur. Vnde Iulianus libro sexto digestorum ait ab^g eo qui petit hereditatem & litis aestimationem consecutus est, hereditatem peti posse. Non solum autem à debitore defuncti sed etiam à debitore hereditario peti hereditas potest. Denique ab eo qui negotia hereditaria gessit, & Celso & Iuliano videtur peti hereditatem posse. sed si heredis negotium gessit, nequaquam. ab heredis enim debitore peti hereditas non potest.

g & ab eo

h Interdictum vnde vi cedit, quia hereditatem cum alienis restituit: panam vero ratione interdicti vnde vi exallam non restituit: quia extrinsecus profectum. l. ai vbi infra, & l. item. vniuers. §. vna solum. infra, eo.

i qui vi

Iulianus scribit si is qui pro herede possidebat, vi fuerit deiectus: peti ab eo hereditatem posse, quasi à iuris possessore: quia habet interdictum V N D E V I, quo victus cedere^h debet. Sed & eum quiⁱ deiecit, petitione hereditatis teneri: quia res hereditarias pro possessore possidet. Idem Iulianus

ait siue

ait siue quis possidens siue non, rem vendiderit, petitione hereditatis eum teneri, siue iam pretium recepit siue petere possit, vt & hic actionibus cedat. Idem scribit patronum hereditatem petere non posse ab eo cui libertus^a in fraudem alienauit: quia Caluitiana actione ei tenetur. patroni enim iste debitor est non hereditarius. Ergo nec ab eo cui mortis causa donatum est peti hereditas potest. Idem^b Iulianus scribit si quis ex causa fideicommissi restituerit hereditatem, vel singulas res præstiterit, peti ab eo hereditatem posse: quia habet conditionem earum^c quæ sunt ex ea causa solute, &^d velut iuris possessor est. Sed & si pretia rerum quas distraxit, ex causa fideicommissi soluit, peti hereditatem ab eo posse: quia repetere potest. Sed his casibus actiones suas dimittat eum præstaturum, cum & res extant, & potest petitor etiam per in rem actionem eas vindicare.

Retentio rerum hereditariarum.

XVII. GAIUS libro sexto ad Edictum provinciale

Quod si possessor hereditatis ob id quod ex testamento heredem se esse putaret, legatorum nomine de suo soluit, si quis^e ab intestato^f eam hereditatem euincat, licet damnnum videtur esse possessoris^g quod sibi non prospexerit stipulatione EVICTA HEREDITATE LEGATA REDDI, attamen quia fieri potest vt eo tempore soluerit legata quo adhuc nulla controuersia mota^h sit, & ob id nullam interposuerit cautionem, placet in eo casu euius hereditate danda non esse repetitionem. Sed cumⁱ cessante cautione repetitio datur, periculum est ne propter inopiam eius cui solutum est legatum, nihil repeti possit. & ideo secundum senatusconsulti sententiam iuuuendum ei est vt ipse quidem ex retentione rerum hereditariarum sibi satisfaciat, cedat autem actionibus petitori vt suo^k periculo eas exerceat.

Pecunia perditæ periculum.

XVIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum

Item videndum si possessor hereditatis venditione per argentarium facta pecuniam apud eum perdiderit, an petitione hereditatis teneatur, quia^l nihil habet nec consequi potest. sed Labeo putat eum teneri, quia suo periculo male argentario credidit. sed Octauenus ait nihil eum præter actiones præstaturum. ob has igitur actiones petitione hereditatis teneri. Mihi autem in eo qui mala fide possedit, Labeonis sententia placet: in altero verò qui bona fide possessor est, Octaueni sententia sequenda esse videtur.

Sufficit post litem motam possedisse.

Si quis cum peteretur ab eo hereditas, neque rei neque iuris

iuris velut possessor erat, verum postea aliquid adeptus est, an petitione hereditatis videatur teneri? & Celsus libro quarto digestorum rectè scribit hunc condemnandum, licet initio nihil possedit.

Quid veniat in hanc actionem.

Nunc videamus quæ veniant in hereditatis petitione. Et placuit vniuersas res hereditarias in hoc iudicium^a venire: siue iura siue corpora sint.

§ XVIII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

ET non tantum hereditaria corpora, sed & quæ non sunt hereditaria, quorum tamen periculum ad heredem pertinet: vt res pignori datae defuncto vel commodatae depositaue. Et quidem rei pignori datae etiam specialis petitio est, vt^b & hereditatis petitione contineatur: sicut illa quarum nomine publiciana competit. Sed licet earum nomine quæ commodatae vel deposita sunt, nulla sit facilè actio, quia tamen periculum earum ad nos pertinet, æquum est eas restitui.

Quod si PRO EMPTORE vsucapio ab herede impleta sit, non veniet in hereditatis petitione: quia heres id est petitor eam vindicare potest: nec vlla exceptio datur possessori.

Veniunt & hæ res in hereditatis petitionem, in quibus possessor retentionem habuit non etiam petitionem: veluti si iurauerat defunctus petitoris rem non esse, & decesserit: debent hæ quoque restitui. Immo & si possessor sua culpa eas amiserit, tenebitur hoc nomine. Idemque erit & in prædione, licet hic propter^d culpam non teneatur: quia nec hic debet has res retinere. Seruitutes in restitutionem^e hereditatis non venire ego didici: cum nihil eo nomine possit restitui, sicut est in corporibus & fructibus. sed si non patiatur ire & agere, propria actione conuenietur.

XX. VIPIANVS libro quintodecimo ad Edictum

Item veniunt in hereditatem etiam ea quæ hereditatis causa comparata sunt: vt puta mancipia^f pecoræque^g & si qua alia^h quæⁱ necessaria hereditati sunt comparata. & si quidem pecunia hereditaria sint comparata, sine dubio venient: si verò non pecunia hereditaria, videndum erit. & puto etiam hæc venire si magna utilitas hereditatis versetur: pretium scilicet restituro herede. Sed non omnia quæ ex hereditaria pecunia comparata sunt, in hereditatis petitionem veniunt. Denique scribit Iulianus libro sexto digestorum, si possessor ex pecunia hereditaria hominem emerit, & ab eo petatur hereditas, ita venire in hereditatis petitionem, si hereditatis interfuit eum emi. at si sui causa emit, pretium venire. Simili modo & si fundum hereditarium[†] distraxit, si quidem sine causa, & ipsum fundum & fructus in hereditatis pe-

^a in hoc iudicio

^b vt vt, vt, vt

^c idemque

^d pro culpa
^e in petitionem

^f est, an veniant

^g petitione

[†] distraxerit,

tis pe-

is petitionem venire. quod si æris^a exsoluendi gratia hereditarij id fecit, non amplius venire quàm pretium^b.

^a æris alieni
^b pretium iustum

Hereditas augetur.

- 3 Item non solum ea quæ mortis tempore fuerunt, sed^c si qua postea augmenta hereditati accesserunt, venire in hereditatis petitionem: nam hereditas & augmentum recipit & deminutionem. Sed ea quæ post aditam hereditatem accedunt, si quidem ex ipsa hereditate, puto hereditati accedere: si extrinsecus, non: quia personæ possessoris accedunt. Fructus autem omnes augent hereditatem, siue ante aditam siue post aditam hereditatem accesserint. Sed & partus ancillarum sine dubio augent hereditatem.

^c sed & si

Naturam suam non retinent usquequaque actiones, quæ deoluuntur in hanc actionem.

- 4 Cum prædiximus omnes hereditarias actiones in hereditatis petitionem venire, quaeritur utrum cum sua natura veniant an contra. ut puta ^{est} quædam actio^{quæ} in furtione crescit: utrum cum suo incremento an verò in simplicium venit? ut legis Aquiliæ. Et Iulianus libro sexto digestorum scribit, simplicium soluturum.

Quandiu competit noxæ dedendi facultas.

- 5 Idem rectè ait, si noxali iudicio condemnatus sit possessor defuncto, non posse eum dedentem noxæ officio iudicis liberari: quia tandiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu iudicati conueniatur^d: post susceptum iudicium non potest noxæ dedendo se liberare: suscepit autem per petitionem hereditatis. Præter hæc^e multa repperimus tractata & de petitione hereditatis, de distractis rebus hereditarijs, de dolo præterito, & de fructibus. ^{de} quibus cum forma senatusconsulto sit data, optimum est ipsius senatusconsulti interpretationem facere verbis eius relatis.

^d Accusatur legis nõ conueniatur. quæ de re Aug. 1. emend. c. 3.
^e Præter hæc autem

Senatusconsultum & eius interpretatio.

PRIDIE IDVS MARTIAS QVINTVS^f IVLIVS
BALBVS ET PVBLIVS IVVENTIVS CELSVS TI
TIVS^g AVFIDIVS OENV^h SEVERIANVS CONSV
LES VERBA FECERVNT. DE HIS QUAE IMPE
RATORⁱ CAESAR TRAIANI PARTHIQI FILIVS
DIVI NERVAE NEPOS HADRIANVS AVGVSTVS
IMPERATOR^j MAXIMVS QVE PRINCEPS PROPO
SVIT QVINTO NONAS^k MARTIAS QUAE PROXI
MAE FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS [ESSET]
QVID FIERI PLACEAT: DE^l QVA RE ITA CEN
SVERVNT. CVM ANTEQVAM PARTE^m CADVCAE
EX BONIS RYSTICI FISCO PETERENTVR, HI

^f Qui Calendis Ianuarijs consulatum inierat bimestrem, & quorum nominae annus inscribentur. Sequentes duo minores consules ex. eos & Calend. Martijs consulatum inibant. Ate. 5. p. ver. cap. 10.
^g Titus
^h Oncrius, Arrius
ⁱ Nonis
^k de que ca. re

QUI SE HEREDES ESSE EXISTIMANT, HEREDITATEM †
 † distraxerunt
 † distraxerint, PLACERE REDACTAE EX PRETIO RERVM VENDITARVM PECVNIAE VSVRAS NON ESSE EXIGENDAS. IDEMQUE IN^a SIMILIBVS CAVSIS SERVANDVM^b.
 a & in similibus b esse
 b esse
 c pretiaque
 c pretiaque
 ITEM PLACERE A QVIBVS HEREDITAS PETITA FVVISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM ESSET, PRETIA^c QVAE AD EOS RERVM EX HEREDITATE VENDITARVM PERVENISSENT, ET SI EAE ANTE PETITAM HEREDITATEM DEPERISSENT DEMINVTAEVE FVVISSENT, RESTITVERE DEBERE. ITEM EOS QVI BONA INVASISSENT CVM SCIRENT AD SE NON PERTINERE, ETIAM SI ANTE LITEM CONTESTATAM PECCERINT QVO MINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS QVASI POSSIDERENT. EOS AVTEM QVI IVSTAS CAVSAS HABVVISSENT QVARE BONA AD SE PERTINERE EXISTIMASSENT, VSQVE EO DVMTAXAT, QVO LOCVPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT. PETITAM AVTEM FISCO HEREDITATEM EX EQTEMPORE EXISTIMANDVM ESSE, QVO PRIMVM SCIERIT^d QVISQVE EAM A SE PETI; ID EST CVM PRIMVM AVT DENVNTIATVM ESSET EI AVT LITTERIS VEL EDICTO^e EVOCATVS ESSET, CENSVERVNT. Aptanda est igitur nobis singulis verbis senatusconsulti congruens interpretatio.

Extensio verborum propter similitudinem.

Ait senatus, CVM ANTEQVAM PARTES CADVCAE FISCO PETERENTVR. hoc euenerat⁷ ut partes caducæ fisco peterentur. sed et si ex assè fiat, senatusconsultum locum habebit. idem & si vacantia bona fisco vindicentur vel si ex alia quacumque causa bona ad eum perueniant. Senatusconsultum hoc locum habebit & si ciuitati peteretur^f. In priuatorum quoque petitionibus senatusconsultum locum habere nemo est qui ambigit: licet in publica causa factum sit. Nō solùm autem in hereditate utimur⁸ senatusconsulto, sed & in peculio castrensi vel alia vniuersitate.

Denuntiatio.

PETITAM autem^h HEREDITATEM, & cetera. id est ex⁹ quoⁱ quis scit à se peti. nam vbi scit, incipit esse malæ fidei possessor. ID EST CVM PRIMVM^k AVT DENVNTIATVM ESSET^l. Quid ergo si scit quidem, nemo autem ei denun-

h autem fisco
 i quo quisque primum sciret eam
 k primum ei
 l esset &c.

ei denunciauit, an incipiat vsuras debere pecuniæ redactæ? & puto ^{debere}: cœpit enim malæ fidei possessor esse. ^{Sed} ponamus denuntiatum esse, non tamen scit^a: quia non ipsi sed ^{a non tamen scire} procuratori eius denuntiatum est. senatus ipsi denuntiarî exigit & ideo non nocebit: nisi fortè is cui denuntiatum est, eum certiorauerit. sed non si certiorare potuit nec fecit. A quo denuntiatum est senatus non exigit. quicumque ergo fuit qui denunciauit, nocebit. Hæc aduersus bonæ fidei possessores: nam ita senatus locutus est, EOS QUI SE HEREDES EXISTIMASSENT. Ceterum si quis sciens ad se hereditatem non pertinere distraxit, sine dubio non pretia rerum sed ipsæ res veniunt in petitionem hereditaris & fructus earum. Sed imperator Seuerus epistula^b ad Celerem ^{b in epistula} idem videtur fecisse & in malæ fidei possessoribus. Atquin senatus de his est locutus qui se heredes existimant. Nisi fortè ad eas res referemus quas distrahi expedierat, quæ onerabant magis hereditatem quàm fructui erant: vt sit in arbitrio petitoris qualem computationem faciat aduersus malæ fidei possessorem: vtrum ipsius rei & fructuum, an prætij & vsurarum post motam controuersiam. Liceat autem senatus de his locutus sit, qui se heredes existimant, tamen & si bonorum possessores^c se existimant ^{c possessores iustos} vel alios successores iustos^d vel sibi restitutam hereditatem, in eadem erunt conditione. Papinianus autem libro tertio quaestionum, si possessor hereditatis pecuniam inuentam in hereditate non attingat, negat eum omnino in vsuras cõueniendum. REDACTAM INQUIT PECUNIAE EX PRETIO RERUM VENDITARVM. redactam sic accipiemus, non solum iam exactam, verùm & si exigi potuit nec exacta est. Quid si post petitam hereditatem res distraxerit? hic ipsæ res venient fructusque earum. Sed si fortè tales fuerunt quæ vel steriles erant vel tempore periturae^d, & hæc distractæ sunt ^{d paraturæ} vero pretio^d, fortassis possit petitor eligere vt sibi pretia & vsuræ præstentur.

Altera pars senatusconsulti.

24 Ait senatus, PLACERE A QUIBUS PETITA HEREDITAS FUISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM ESSET, PRETIA QUAE AD EOS RERVM EX HEREDITATE VENDITARVM PERVENISSENT, ET SI ANTE PETITAM HEREDITATEM DEPERISSENT DEMINVTAEVE ESSENT, RESTITVERE DEBERE. Bonæ fidei possessor si vendiderit res hereditarias, siue exegit pretiũ siue non, quia habet actionem debet pretiũ præstare. Sed vbi habet actionem, sufficiet eũ actiones præstare. Sed si vendidit, & euicta re restituit quod accepit, non

2 c iij videbitur

videbitur ad eum peruenisse. quamquam possit dici nec ab initio pretium venire: quia non fuit res hereditaria quæ distracta est. Sed & si senatus rerum ex hereditate distractarum, non hereditariorum fecit mentionem: restitui tamen non debet, quia nihil apud eum remanet. Nam [¶] & [¶] Iulianus libro sexto digestorum scribit, quod indebitum exegit, restituere eum non debere: nec imputaturum quod non debitum soluit. Sed ^a si res sit redhibita, hic ^b utique [¶] & [¶] hereditaria est & pretium non veniet quod refusum est. Sed & si ob venditionem obstrictus sit emptori possessor hereditatis, dicendum erit prospici ei cautione.

^a Sed & si
^b hoc

15

Infurandum in litem.

Restituere autem pretia debet possessor & si deperditæ sunt res vel deminutæ. Sed utrum ita demum restituat, si bonæ fidei possessor est an & si malæ fidei? Et si quidē res apud emptorem extant, nec deperditæ nec deminutæ sunt, sine dubio ipsas res debet præstare malæ fidei possessor: aut si recipere eas ab emptore nullo modo possit, tantum quantum in litem esset iuratum. At ubi deperditæ sunt & ^c deminutæ, verum pretium debet præstari: quia si petitor rem consecutus esset, distraxisset & verum pretium rei non perderet.

† aut deminutæ

XXI. GAIUS libro sexto ad Edictum prouinciale

DE perditum intellegitur quod in rerum naturam esse desijt. deminutum verò quod vñcupatum esset, & ob id de hereditate exijt.

Hic possessor restituit rem, & quod lucratus est ex eius venditione.

XXII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

SI & rem & pretium habeat bonæ fidei possessor, puta quod eandem † rem emerit, an audiendus sit si velit rem dare non pretium? In prædone dicimus electionem esse debere actoris. an ^d hic magis possessor audiendus sit si velit rem tradere licet deteriore factam, non petitor si pretium desideret, quod inuerecundum sit tale desiderium: an verò quia ex re hereditaria locupletior sit, & id quod amplius habet ex pretio restituere debeat: videndum. Nam [¶] & [¶] in oratione Diui Hadriani ita est. Dispiciate patres conscripti nunquid sit æquius possessorem non facere lucrum, & pretium quod ex aliena re perceperit reddere: quia potest existimari in locum hereditariæ rei venditæ pretium eius ^c successisse, & quodammodo ipsum hereditarium factum. Or̄ ortet igitur possessorem & rem restituere petitori & quod ex venditione eius rei lucratus est.

† redemerit,

^d an autem
e in hereditatis
petitione non res hereditaria vendita petitur: sed hereditas, quæ est vniuersalis, & completitur prædiâ rei venditæ. Idem est in alijs rebus vniuersalibus. In rebus autem singularibus sola res lebetur, quæ eum abest, ans precepta est, iam nihil debetur, it. que pretium non succedit in locum rei. qui vis. S. vlt. de furt. & venditur de hered. vel auct. vend.

Verbum

Verbum peruenisse in senatusconsulto.

XXIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum
Vtrum autem omne pretium restituere debeat bonæ fidei possessor, an verò ita demum si factus sit locupletior, videndum. finge pretium acceptum vel perdidisse vel consumpsisse vel donasse. Et verbum quidem PERVENISSE ambiguum est solúmne hoc contineret quod prima ratione fuerit, an verò & id quod durat. & puto sequentē clausulam senatusconsulti^a, & si hæc sit ambigua, vt ita demum computet si factus sit locupletior.

^a Senatusconsulti sequendam

De pœna.

Proinde si non solú pretium sed etiam pœna tardius pretio soluto peruenierit, poterit dici quia locupletior in totum factus est, debere venire: licet de pretio solummodo senatus sit locutus.

XXIII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

At vbi vi deiectus fuit, non debet restituere pœnam ex eo commissam. quòd^b eam actor habere non potest. Sic nec pœna^c restitui debet, quam aduersarius ei promisit si ad iudicium non venerit.

^b quando eam
^c Sicut nec pœnam restituere

XXV. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

Sed & si lege commissoria vendidit, idem erit dicendum, slucrum quod sensit lege commissoria, præstaturum. Item si rem distraxit & ex pretio aliam rem comparauit, veniet pretium in petitionem hereditatis non res quam in patrimonium suum conuertit. Sed^d si res minoris valet quàm comparata est, hætenus locupletior factus videbitur quatenus res valet: quemadmodum si consumpsisset, in totum locupletior factus non videbitur.

^d Sed & si

De prædone.

1 Quod ait senatus, EOS QUI BONA INVASISSENT QVAE SCIRENT AD SE NON PERTINERE, ETIAM SI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT QVO MINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS QVASI POSSIDERENT, ita intellegendum est vt & dolus præteritus in petitionem hereditatis deduceretur: sed & culpa. & ideo ab eo qui ab alio non exegit vel à semetipso, si tempore esset liberatus, peti hereditatem posse. hoc vtique si exigere potuit. Quod autem ait senatus, EOS QUI BONA. INVASISSENT, loquitur de prædonibus: id est de his qui cum scirent ad se nō pertinere hereditatem, inuaserunt bona: scilicet cum nullā causam haberent possidendi. Sed & fructus non quos perceperunt inquit^e, sed quos percipere debuerunt, eos præstatorios.

^e inquam

3 De eo autem loquitur senatus, qui ab initio mente prædonis

nis res hereditarias adprehendit. Quod si ab initio quidem iultam causam habuit apiscendæ^a possessionis, postea verò conscius ad se nihil hereditatem pertinere, prædonio^b more versari cœpit, nihil^c senatus^d loqui videtur. puto tamen & ad eum^e mentem senatusconsulti pertinere: parui etenim refert ab initio quis dolose in hereditate sit versatus, an postea hoc facere cœpit.

Error iuris excusat à dolo.

Scire^f ad se non pertinere vtrum is tantummodo videtur 4
qui factum scit, an & is qui in iure errauit^g putauit^h enim re-
ctè factum testamētum, cum inutile erat: vel cum ^heumⁱ alius
præcederet adgnatus, sibi potius deferri. Et non puto hunc
etiæ prædonem qui dolo caret, quamⁱ is in iure erret^h.

Post motam litem omnes possessores sunt pares.

SI ANTE LITEM CONTESTATAM inquit PECE 5
RINT. hoc ideo adiectum, quoniam post litem contestatam
omnes incipiunt malæ fidei possessores esse: quini mmo post
controuersiam motam. quamquã enim litis contestatæ mē-
tio fiat in senatusconsulto, tamen & post motam controuer-
siam omnes possessores pares fiunt, & quasi prædones tenē-
tur. & hoc iure hodie vtimur. cœpit enim scire rem ad se nō
pertinentem possidere^k se is qui interpellatur. qui verò præ-
do est & ante litem cōtestatam doli^l nomine tenebitur^m: hic
est enim dolus præteritus.

PERINDE inquit CONDEMNANDOS QVASI 6
POSSIDERENT: meritò. namⁿ is qui dolo fecit quo mi-
nus possideret, vt possessor condemnatur. accipies, siue dolo
desierit possidere, siue dolo possessionem noluerit admittere.
Siue autem ab alio res possideatur siue in totum non extet,
locum habebit hæc clausula. Vnde si sit alius possessor, ab
vtroque hereditas peti possit: & si per multos ambulauerit
possessio omnes tenebuntur. // Sed // vtrum is solus qui possi-
det fructus præstabit, an etiã is qui dolo fecit quo minus pos-
sideret? & dicendum erit post senatuscōsultum^o ambo teneri.

Iusurandum in litem.

Hæc verba senatusconsulti etiam aduersus eum qui non 7
possidet, iusurādum inducunt: tam enim aduersus eum qui
dolo fecit quo minus possideat, quam aduersus possiden-
tem in litem iuratur.

De bonæ fidei possessore, qui factus est locupletior.

Consuluit senatus bonæ fidei possessoribus ne in totum 8
damno adficiantur, sed in id dumtaxat teneantur in quo lo-
cupletiores facti sunt. Quemcūque igitur sumptū fecerint ex
hereditate, si^p quid dilapidauerunt perdiderunt^q dum re sua
se abuti putant, non præstabunt. nec si donauerint, locuple-
tiores

a adipiscendæ
b prædonis
c quamuis nihil
d senatus de eo
e eam mentem

f Scire autem
g putauit forte
h Error iuris in dam-
niari sui amittenda
manu necesse. Itaque non
nocere debet huic
bona fidei possessori,
qui damnatum iustum
dicere studeat, non lu-
crum consequi: nec
enim eo quod bona fe-
dei possessor est, fru-
ctus suos facit. l. 20.
Item non solum. su-
p. l. 10.
i Etiam si ante

k possideri is
l doli mali
m tenetur, conti-
netur.

n Nam & is

o posse senatuscon-
sultum ambos

p siue quid
q siue perdiderunt

tiores facti videbuntur: quāuis ad remunerandū sibi aliquē naturaliter obligauerunt. Planè si ANTIADIPA acceperunt: dicendum est eatenus locupletiores factos quatenus acceperunt: velu^a genus quoDā hoc est permutationis. Si quis

9 re sua lautius^b vsus sit cōtemplatione delatae sibi hereditatis, Marcellus libro quinto^c digestorū putat nihil eū ex hereditate deducturū si eam nō attingit. Simili modo & si mutuā pecuniā accepit quasi diues se deceperit^d. Si tamen pignori res hereditarias dedit, videndum an vel sic attingatur hereditas.

10 quod est difficile, cū ipse sit obligatus. Adeo autē qui locupletior factus nō est nō tenetur, vt si quis putās se ex alie hereditate partē dimidiā hereditatis sine dolo malo consumpsit, Marcellus libro quarto digestorū tractat numⁿ nō teneatur, quasi id quod erogauerit, ex eo fuerit quod ad eū non pertinebat sed ad coheredes: nam^e & si is qui heres nō erat, totum

quidquid apud se fuit consumpsisset. sine dubio non tenetur, quasi locupletior nō factus. Sed in proposita quaestione tribus visionibus^f relatis, vna prima, deinde alia, posse dici totū quod superest restituere eū debere, quasi suā partē consumpsisset: tertia, vtrique quod consumptū est decedere: ait vtrique non nihil restituendū. de^g illo dubitat, vtrū totum an partē restituendam dicat. puto tamē residuum integrū nō esse restituē-

11 dum, sed partē eius dimidiā. Quod autē quis ex hereditate erogauit, vtrū totū decedat an verò pro rata patrimonij eius? vt puta penum hereditariū ebibat: vtrum totum hereditati expersum feratur an aliquid & patrimonio eius? vt in id factus locupletior videatur, quod solebat ipse erogare ante delatam hereditatē? vt^h si quid lautius cōtemplatione hereditatis impedit, in hoc nō videatur factus locupletior: in statutis verò suis sumptibus videatur factus locupletior: vtrique enim & si non tā lautē erogasset, aliquid tamē ad viciū cōtidianū erogasset. Nam & Diuus Marcus in causa Pythodori, qui rogatus erat quod sibi superfuisset ex hereditate reddere, decreuit ea quae alienata erant nō minuendi fideicommissi^k, nec pretium in corpus patrimonij Pythodori rediff.^l, || & || ex proprio Pythodori patrimonio & ex hereditate decedere, nō tantūm ex hereditate^m. Et nunc igitur statuti sumptus vtrum ex hereditate decedent exemplo rescripti Diui Marci, an ex solo patrimonio videndū erit. Et verius est vt ex suoⁿ patrimonio

12 decedant ea quae & si nō heres fuisset erogasset. Item si rem distraxit bonae fidei possessor, nec pretio factus sit locupletior, an singulas res si nondum vsucaptae sint vindicare petitor ab emptore possit? & si vindicet, an exceptione non repellatur, QVOD PRAEIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT INTER ACTOREM ET EVM QUI

VENVM

a & velut
b Legi quoque per
latius, iūque multis
exemplis ex Latio
authoribus desumptis
ostendit Dicitur. d. d. d. d.
c 5.
e lib. 4.
f attingit
d esse coepit

e an sicut is

f Vide supra constitutio-
nem eius initium
est tanta.

g sed de illo

h & quidem vt si
quid
i verò eius

k Verbum gratia, aut
caussa, aut nomine,
hic descriptum graeco
dicendi genere. Aug.
2. emend. c. 1.

l redisset
m ex hereditate
quoque
n ex solo

a venditio
b quonian

VENVM^a DEDIT: quia non videtur venire in petitionem hereditatis pretium earum. quamquam^b victi emptores reuerfuri sunt ad eum qui distraxit? Et puto posse res vindicari, nisi emptores regressum ad bonæ fidei possessorem habet. Quid tamen si is qui vendidit, paratus sit ita defendere hereditatem, vt perinde atque si possideret conueniatur? incipit exceptio locum habere ex persona emptorum. **¶** Certè^d si minori pretio res venerint, & pretium quodcūque^e illud actor sit cōsecutus, multo magis poterit dici exceptione eum summoueri. Nam^d & si id quod à debitoribus exegit possessor, petitori hereditatis soluit, liberari debitorum Iulianus libro quarto digestorum scribit, siue^e bonæ fidei possessor siue prædofuit qui debitum ab his exegerat: **¶** & ipso iure eos liberari. Petitio hereditatis & si in rem actio sit, habet tamē præ- 13
stationes quasdam personales: vtputa eorum quæ à debitoribus sunt exacta: item pretiorum. Hoc senatusconsultum 14
ad petitionem hereditatis factum etiam in familiæ hereditatibus iudicio locum habere placet: ne res absurda sit vt quæ petri possint diuidi non possint. Augent hereditatem gregum 15
& pecorum partus.

e quodcumque illud sit actor

d Sed & si

e sine etiam

Que augcant hereditatem.

XXVI. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

f quoad augmentum

Quod si oues natæ sunt, deinde ex his aliæ, hæ quoque quæ si^f augmentum restitui debent.

XXVII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

g h ea

Ancillarum etiam partus: & partuum partus quamquam fructus esse non existimantur, quia nō temere ancillæ eius rei causa comparantur vt pariant, augent tamē hereditatem. quippe cum ea omnia fiunt hereditaria, dubium nō est quin ea possessor si aut^g possideat, aut post petitam hereditatem dolo malo fecit quo minus possideret, debeat restituere. Sed & pensiones quæ ex locationibus prædiorum vrbanoꝝ perceptæ sunt venient, licet à lupanario perceptæ^h sint: nam **¶** & **¶** in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

h Ne honesta interpretatio non honesti questus lucrum possessori faciat. l. Si possessor, infr. eo. percipienda autē ex inhonesto questu nō venient. l. generaliter. infr. de vsur.

XXVIII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

Post senatusconsultum enim omne lucrum auferendū esse tam bonæ fidei possessori quàm prædoni, dicendum est.

XXVIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

Mercedes planè à colonis acceptæ loco sunt fructuū. operæ quoque seruorum in eadem erunt causa qua sunt pensiones. item vecturæ nauium & iumentorum.

XXX. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

Iulianus scribit, actorem eligere debere vtrum fortem tantum an & vsuras velit cum periculo nominum agnoscere.

Atquin

Atquin secundum hoc non obseruabimus^a quod senatus voluit, bonæ fidei possessorem teneri quatenus locupletior sit. quid enim si pecuniam eligat actor quæ seruari non potest? Dicendum itaque est in bonæ fidei possessore hæc tantummodo eum præstare debere: id est vel sortem & vfuras eius si^b & eas percepit: vel nomina cum eorū cessione in id faciēda, quod ex his adhuc deberetur: periculo scilicet petitoris.

Possessor an imputet, quod soluit creditoribus hereditariis.

XXXI. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

SI quid possessor soluit creditoribus, reputabitur quamquam ipso iure nō liberauerit petitorum hereditatis. nam quod quis^b suo nomine soluit nō debitoris, debitorē nō liberat. Et ideo Iulianus libro sexto digestorum scribit, ita id imputaturum possessorem, si cauerit iē petitorum defensionem iri^c. Sed an & bonæ fidei possessor debeat defendendum^d cauere, videndum erit: quia in eo quod soluit non videtur locupletior factus: nisi fortē habeat conditionē, & hoc nomine videtur locupletior quia potest repetere. finge enim eū dū se heredē putat soluisse suo nomine. Et videtur mihi Iulianus de solo prædone vt caueat sensisse, non etiā de bonæ fidei possessore. conditionē tamē præstare debet. Sed & petitor si à creditoribus cōueniatur, exceptione vti debet. Sed^e si ipsi aliquid prædoni debebatur, hoc deducere non debet: maximè si id fuit debitū quod natura debebatur. Quid tamē si expediebat petitori id debitum esse dissolutū propter poenā vel aliā causam? potest dici ipsum sibi vel soluisse vel debuisse soluere.

1 Insuper autē possessor dubio procul debet deducere quod sibi debetur. Sicut autē sumptū quē fecit deducit, ita si facere debuit nec fecit, culpe huius^f reddat rationem, nisi bonæ fidei possessor est: tunc enim quia quasi suam rem neglexit, nulli querellæ subiectus est ante petitam hereditatem. postea verò & ipse prædo est. Illud planē prædoni imputari non potest, cur passus est debitores liberari & pauperiores fieri^g & non eos conuenit: cum^h actionem non habuerit. Quod autem possessori solutum est, an restituere debeat videamus. & si bonæ fidei possessor fuit siue non, debere restituere placet. & quidem si restituerit, vt Cassius scribit & Iulianus libro sexto, liberari ipso iure debitores.

XXXII. PAVLVVS libro vicensimo ad Edictum

PER seruum adquisitæ res heredi restituendæ sunt. quod procedit in hereditate libertiⁱ & cum de inofficioso agitur, cum interim in bonis esset^k heredis:

XXXIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

Nili ex re heredis scripti stipularus sit. Iulianus scribit, si hominem possessor austraxerit, si quidē non necessarium heredita-

a seruabimus

b quod quisque

c defensionem ire, defensionem

d ad defendendum

e sed & si

f eius

g efficit

h quando aduenit

i iure bonæ

k vt iterum legitur est fecit, que testis magnum opus est in vlt. c. si iudicium p. p. p.

hereditati, petitione hereditatis pretium præstaturum: imputaretur enim *|| ei ||* si non detraxisset. quod si necessarium hereditati, si quidem viuit, ipsum præstandum: si decesserit, fortassis nec pretium, sed non passurum iudicem qui cognoscit, possessorem pretium lucrari scribit. & verius est.

XXXIII. PAVLV S libro vicensimo ad Edictum

Filiifamilias militis puto peti posse hereditatem ex testamento nobis obuenientem. Si seruus vel filiusfamilias res hereditarias teneat, à patre dominove peti hereditas potest, si facultatem restituendarum rerum habet. Certè si pretium rerum hereditariarum venditarum in peculio serui habeat, & Iulianus existimat posse à domino quasi à iuris possessore hereditatem peti.

XXXV. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

Idem Iulianus ait, etiam si nondum pretia rerum cõsecutus sit seruus, posse à domino quasi à iuris possessore hereditatem peti: quia habet actionem qua eam pecuniam cõsecratur. quæ quidem actio etiam ignorantibus acquireretur.

Petitio hereditatis, quæ datur contra patrem, vel dominum non habet naturam actionis de peculio, nisi quatenus datur ad personales præstationes.

XXXVI. PAVLV S libro vicensimo ad Edictum

Si à domino vel à patre qui pretia possidet, hereditas petatur, an filio vel seruo mortuo vel seruo manumisso vel emancipato filio, intra annũ agi debeat? & an debitũ sibi dominus vel pater deducere potest? Iulianus verius esse ait id *|| quod ||* Proculus quoque respondit, perpetuò actionem dandã: nec deduci oportere id quod ipsi debetur: quia nõ de peculio agitur, sed hereditas petatur. hæc rectè, si pretia habeat seruus vel filiusfamilias. quod si propterea hereditas petatur à domino quod seruus debitor fuit, perinde haberi debebit atq; si de peculio ageretur. Idẽ dicendũ Mauricianus ait, etiã si pecuniam ex pretio perceptã seruus vel filius consumpserit: sed aliàs ex peculio eius solui potest. Sed & à filiofamilias peti hereditatem posse non est dubiũ: quia restituendi facultatem habet, sicut ad exhibendum. Multo magis dicimus posse peti hereditatem à filiofamilias, qui cũ paterfamilias esset & possideret hereditatẽ, adrogandum se præstabit. Si possessor hereditariũ seruũ occiderit, id quoq; in hereditatis petitione veniet. Sed Põponius ait actore debere eligere vtrum velit sibi eum condẽnari vt caueat se non acturum lege Aquilia, an malit integram sibi esse actionẽ legis Aquiliae ommissa eius rei æstimatione à iudice. Quæ de reio locum habet si ante aditam hereditatem occisus sit seruus: nam si postea, ipsius actio propria effecta est, nec veniet in hereditatis petitionem.

Re à

a & f

b & id

c Marrianus
d sed si aliàs

e ad adrogandum
f præbit

Re à prædone vendita perempta, est electio actoris, utrum pretium iustum, vel conuentum exigat.

- 3 Si prædo dolo defisset possidere, res autem eo modo interierit quo esset interitura & si eadem causa possessionis mansisset, quantum ad verba senatusconsulti, melior est causa prædonis quam bonæ fidei possessoris: quia prædo si dolo defierit possidere, ita condemnatur atque si possideret, nec adiectum esset *S I RES INTERIERIT*. Sed non est dubium, quin non debeat melioris esse concicionis quam bonæ fidei possessor. Itaque & si plaris venierit res, electio debet esse actoris, vt pretium consequatur: alioquin lucretur aliquid prædo. Quo tempore locupletior esse debeat bonæ fidei possessor dubitatur. sed magis est rei iudicatæ tempus spectandum esse.

An sumptus deducendi sunt.

- 5 Fructus intelliguntur deductis impensis quæ quæredorum cogendorum^a conseruadorum^b que^c eorum gratia fiunt. Quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verumetiam in prædonibus: sicut Sabino quoque placuit.

XXXVII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

Q uod si sumptus quidem fecit, nihil autem fructuum perceperit, æquissimum erit rationem horum quoque in bonæ fidei possessoribus haberi.

XXXVIII. PAVLVS libro vicesimo ad Edictum

Planè in ceteris necessariis & vtilibus impensis posse^b se preparari, vt bonæ fidei quidem possessores has quoque imputent, prædo autem de se queri debeat, qui sciens in rem alienam impendit. Sed benignius^c est in huius^d quoque persona haberi rationem impensarum: non enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere. & id ipsum officio iudicis continebitur. Nam nec exceptio doli mali desideratur. Planè^e potest in eo differentia esse, vt bonæ fidei quidem possessor omnimodo^f impensas deducat^g, licet res non existeret in quam fecit: sicut tutor vel curator consequuntur: prædo autem non aliter quam si res melior sit^h.

^a colligendorum

^b possunt

^c Propter naturam iudicij bonæ fidei: nam in simili iure iudicio aliud obseruatur. l. de man. C. de rei vindic.
^d huiusmodi quidem
^e sic potest
^f omnimodo
^g deducat
^h sit facta.

XXXVIII. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

V tiles autem necessariiæque sunt veluti quæ sunt reficiendorum ædificiorum gratia, aut in nouelictaⁱ, aut cum seruorum gratia litis estimatio soluitur, cum id vtilius sit quam ipsos dedi. Denique alias complures eiusdem generis esse impensas manifestum est. Videamus tamen ne^k & ad picturarum quoque & marmorum & ceterarum voluptuariarum rerum impensas æque proficiat nobis doli exceptio, si^k modò bonæ fidei possessores simus. nam prædoni^l probè dicetur, non debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere:

ⁱ in nouelicta

^k utique, si modò
^l prædonem

facere: vt tamen potestas ei fieret tollendorum eorum quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt.

Sires naturaliter interierit cuius sit periculum.

X L. PAVLV S libro vicefimo ad Edictum :

Illud quoque quod in oratione Diui Hadriani est, vt post acceptum iudicium id aëtori præstetur, quod habiturus esset si eo tempore quo petit. restituta esset hereditas, interdum durum est. quid enim si post litem contestatam mancipia aut iumenta aut pecora deperierint? damnari debet secundum verba orationis, quia potuit petitor restituta hereditate distraxisse ea. Et hoc iustum esse in specialibus petitionibus Proculo placet. Cassius cõtra sensit. In prædonis persona Proculus rectè existimat: in bonæ fidei possessoribus Cassius. Nec enim debet possessor aut mortalitatem præstare, aut propter metum huius periculi temere indefensum ius suum^b relinquere. Prædo fructus suos nõ facit, sed augent hereditatem: ideoque eorum quoque fructus præstabit. In bonæ fidei autem possessore hi fructus veniunt in restitutione quasi augmenta hereditatis, per quos locus letior factus est. Actiones si quas possessor nactus est, euicta hereditate restituere debet: veluti si in interdicto vnde vi, aut quod precario concessit. Contra quoque si possessor cauerit damni infecti, cauendũ est possessori. Ad officium iudicis pertinebunt & noxales actiones, vt si paratus sit possessor noxæ dedere seruum qui damnũ dederit in (re) hereditaria vel furtum fecerit, absoluat: sicut fit in interdicto quod vi aut clã.

Inspicitur, quantum possideatur tempore rei iudicande.

X L I. G A I V S libro sexto ad Edictum prouinciale

SI quo tempore conueniebatur possessor hereditatis, pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem adiumpsit, eas quoque victus restituere debet: siue ante acceptum iudicium siue postea adquisierit possessionem. Et si fidei iutores quos dederat ad litẽ non sufficient, iubere eum debet proconsul vt idoneè caueat. Ex diuerso quoque, si pauciores postea possidebit quàm initio possidebat, si modò id sine dolo eius acciderit absolui debet, quod ad eas res quas desinit possidere. Fructus computandos etiam earum rerum quas desinit pignori accepit, Iulianus ait.

Causa huius actionis.

X L I I. V L P I A N V S libro sexagesimo septimo ad Edictum

SI debitor hereditarius non ideo nolit soluere quod se dicat heredem, sed ideo quod nãget aut dubitet an hereditas pertineat ad eum qui petit hereditatem, non tenetur hereditatis petitione.

a petit

b Bona fidei possessor mortuum non facit, ius suum defendit. l. i. l. i. que nõ tenetur ob inuentionem rei etiam post litem contestatam. l. sciendum. c. l. sed c. si. de usur. i. fr. quod admodum male fidei possessor qui mortuus est. l. item si in fr. de rei vind. infra. c. hoc inter se differunt hi possessores.

c etiam d. Impensum, qui noxam in Floren. legi, debebat:

e quoad

An ei, qui legatum accepit detur hæc actio.

XLIII. PAULVS libro secundo^a ad Plautium

^a lib. 20. ad edictum.

Postquam legatum à te accipi, hereditatem peto. Atilicinus quibusdam placuisse ait, non aliter mihi aduersus te dandam petitionem quam si legatum redderem. Videamus tamen ne non aliter petitor hereditatis legatum restituere debeat, quam vt ei caueatur, si contra eum de hereditate iudicatum fuerit, reddi ei legatum: cum sit iniquum, eo casu possessorem hereditatis legatum quod soluerit retinere: & maxime si non per calumniam sed per errorem hereditatem petierit aduersarius. idque & Lælius^b probat. Imperator autem Antoninus rescripsit, ei qui legatum ex testamento abstulisset, causa cognita hereditatis petitionem negandam esse: scilicet si manifesta calumnia sit.

^b & Aelius

XLIII. IAVOLENVS libro primo ex Plautio

Cum is qui legatum ex testamento percepit, hereditatem petit, si legatum quocumque modo redditum non sit, iudicis officio continetur vt victori deducto eo quod accepit, restituatur hereditas.

Qui se liti obtulit, vt possessor condemnabitur, licet non possideat.

& LV. CELSVS libro quarto Digestorum

Qui se liti optulit cum rem non possideret, condemnatur: nisi si^h euidentissimis probationibus possit ostendere actorem ab initio litis scire eum non possidere. quippe isto modo non est deceptus. & qui se hereditatis petitioni optulit, ex doli clausula tenetur. æstimari^c scilicet oportebit quanti eius interfuit non decipi.

^c æstimarique

XLVI. MODESTINVS libro sexto Differentiarum

Pædonis loco intellegendus est^d is qui tacitam fidem interposuerit vt non capienti restitueret hereditatem.

^d & is

Qui perdit in actione falsi, non prohibetur dicere nullum.

XLVII. IDEM libro octauo Responsorum

Lucius Titius cum in falsi testamēti propinqui accusacione non optinuerit, quero an de non iure factō nec signato testamento querella illi competere possit. Respondit, non ideo repelli ab intentione non iure facti testamenti, quod in falsi accusacione non optinuerit.

Differentia venditionis voluntariæ & necessariæ.

XLVIII. IAVOLENVS libro tertio ex Cassio

In æstimationibus hereditatis^e ita venit pretium venditæ hereditatis, vt id quoque accedat quod plus fuit in hereditate, si ea^f negotiationis causa veniit: sin autem ex fideicommissi causa, nihil amplius, quam bona fide accepit.

^e hereditatis

^f si ex

Casus in quo alia iudicia non differuntur ob petitionem hereditatis.

XLVIII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum

a aut his qui

b citra impedimẽ-
tum

c quod si

SI bonæ fidei possessor^a hereditatis^a velit cum debitoril^{us} hereditariis aut^a qui res hereditarias occupauerint confistere, audietur utique si periculum erit ne inter moras actiones intercidant. Petitor autem hereditatis citra^b metum exceptionis in rem agere poterit. quid enim si possessor hereditatis negligat? quid^c si nihil iuris habere se sciat?

Sumptuum deductio factorum in monumentum.

L. IDEM libro sexto Quæstionum

HEREDITAS etiam sine vilo corpore iuris intellectum habet. Si defuncto monumentum condicionis implendæ gratia bonæ fidei possessor fecerit, potest dici, quia voluntas defuncti^{us} vel^l in hoc seruanda est, utique si probabilem modum faciendi monumenti sumptus vel quantum testator^d iusserit non excedat, eum cui auferitur hereditas, impensas^{us} ratione^l doli exceptione aut retenturum, aut actione negotiorum gestorum repetiturum^c, veluti hereditario negotio gesto: quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum, tamen principali vel pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.

L. I. IDEM libro secundo Responsorum

HERES furiosi substituto^f vel sequentis^g gradus cognato fructus medijs temporis, quibus per curatorem furiosus locupletior factus videtur, præstabit: exceptis videlicet impensis quæ circa eandem substantiam tam necessariè^h quam utiliter factæ sunt. Sed & si quid circa furiosum necessariè fuerit expensum, & hoc excipiatur: nisi alia sufficiens substantia estⁱ furioso ex qua sustèrari potest. Fructuum post hereditatem petitam perceptorum vsuræ non præstantur. Diuersa ratio est eorum qui ante actionem hereditatis illatam percepti hereditatem auxerunt.

L. II. HERMOGENIANVS libro secundo Iuris
Epitomarum

SI possessor ex hereditate inhonestos^k habuerit quæstus, hos etiam restituere cogetur: ne honesta interpretatio non honesto^l quæstui lucrum possessori faciat.

Casus in quo alienantur res hereditariae.

L. III. PAVLVVS libro decimo ad Sabinum

NON solum ad æs alienum hereditarium exsoluendū necessariæ alienatio possessori est, sed & si impensæ necessariæ in rem hereditariam factæ sunt à possessore, vel si mora perituræ deteriorésve futuræ erant.

Cuij

d Si modo facultates
testatoris fuerint sol-
uendo. L. i. in fi. C. 2.
ad legem Falcid.
e petenturum.

f si substituto
g consequentis

h necessariè

i erat

k Qui liberales aut
inhonesti quæstus,
Cic. lib. 1. offe.
l inhonesti quæstus

Cui detur hæc actio.

LIIII. IULIANVS libro sexto Digestorum

EI qui partes^a hereditarias vel totam à fisco mercatus fuerit, non est iniquum dari actionem per quam vniuersa bona persequatur: quomodò eib^b cui ex Trebelliano senatusconsulto hereditas restituta est, petitio hereditatis datur. Heres debitoris id quod defunctus^c pignori dederat, quin hereditatem petendo consequi possit dubium non est. Cum prædia vrbana & rustica negligentia possessorum peiora sint facta, veluti quia^d vineæ, pomaria, horti extra consuetudinem patrisfamilias defuncti culta sunt: litis æstimationem earum rerum quanto peiores sint factæ, possessores pati debent.

a partem hereditariam

b & cui

c defunctis

d quod

Etiã bonæ fidei possessor tenetur restituere totum, quod nomine pæne exegit.

LV. IDEM libro sexagesimo Digestorum

EViãta hereditate, bonæ fidei possessor quod lege Aquilia exegisset, non simplum sed duplum restituet: lucrum enim ex eo quod propter^e hereditatem acceperit facere non debet.

e Quo ligatur propter vim sibi illatam exegerit, lucrum: nec restituet. l. ac vbi supra. rod.

Fructuum restitutio.

LVI. AFRICANVS libro quarto Quæstionum

CUm hereditas petita sit, eos fructus quos possessor percepit^f, omnimodò restituendos^g, & si petitor eos percepturus non fuerat.

f accepit, imponunt, qui notant in Flor. legi præcepit. g restituendos aut

Quod sit officium iudicis cum duo hereditatem petunt ab eodem &c.

LVII. NERATIVS libro septimo Membranarum

CUm idem eandem hereditatem aduersus duos defendit, & secundum alterum ex his iudicatum est, quari solet vtrum perinde ei hereditatem restitui oporteat atque oporteret si aduersus alium defensa non esset: vt scilicet si mox^h & secundum alium fuerit iudicatum, absoluatoris eũ, quod actum est, quia neque possideat neque dolo malo fecerit quominus possideret quod iudicio reuictus^k restituerit. an quia possit & secundum alium iudicati, non aliter restituere debeat quàm si cautum ei fuerit, quod aduersus alium eandem hereditatem defendit. Sed melius est, officio iudicis cautione vel satisfactione victo mederi: cum & res salua sit ei qui in executione tardior venit aduersus priorem victorem.

h simul

i ac

k victus

Pater filio restituit hereditatem, deducto eo quod impendit in eius honorem.

LVIII. SCAEVOLA libro tertio Digestorum

Filius à patre emancipatus secundum conditionem testamenti matris adit hereditatem: quã pater antequã filium emanciparet possedit^l, fructusque ex ea possedit: sed ero-

l percepit

gationem in honorē filij cum esset senator fecit ex eall. quælitum est, cum paratus sit pater restituere hereditatem habitate eorum quæ in eum erogauit, an filius nihilo minus perseuerans petere hereditatem doli mali exceptione sum-moueri possit. Respondi, & si non exciperetur, satis per offi-cium iudicis consuli.

SI PARS HEREDITATIS PETA-
TUR TIT. IIII.

Ulpianus libro quinto ad Edictum

Post actionem quam proposuit prætor ei qui ad se so-lum hereditatem pertinere contendit, consequens fuit & ei proponere qui partem hereditatis petit.

Variæ species quibus ratio petendi ostenditur.

Qui^a hereditatem vel partem hereditatis petit, is^b non ex 1 eo metitur quod possessor occupauit, sed ex suo iure. & ideo siue ex assè heres sit, totam hereditatē vindicauit, licet tu vnā rem possideas: siue ex parte, partem, licet tu totam hereditatem possideas. Quinimmo si duo possideant hereditatem, 2 & duo sint qui ad se partes pertinere dicant, nō singuli à singulis petere contenti esse debent, puta primus à primo (vel) secundus à secundo: sed ambo à primo, & ambo à secundo: neque enim alter primi alter secundi partem possidet, sed ambo vtriusque^c pro herede. Et si possessor & petitor possideant hereditatem, cum vniquisque eorum partem dimidiam hereditatis sibi f^d adierat, inuicem petere debebant, vt partes rerum consequantur: aut si controuersiam sibi non faciunt hereditatis, familiæ heriscūdā experiri eos oportebit. Si ego 3 ex parte me dicam heredem, coheres autem meus possideat hereditatem cum extraneo, cum non plus coheres haberet sua parte, vtrum à solo extraneo an verò &^d à coherede deberem petere hereditatem, quæritur. Et Pegasus fertur existimasse, à solo extraneo me petere debere: eumq; restitutum quidquid possidet. & fortassis hoc officio iudicis debeat fieri. Ceterum ratio facit^e vt à duobus petam hereditatem, hoc est & à coherede meo: & ille quoque dirigat actionē aduersus exterum possessorem. Sed Pegasi sententia vtilior^f est^g.

Qui partem possidet pro indiuiso, à coherede & extraneo possidentibus residuam partem petet, vel inter eum & coheredem compensatio fiet.

Item si cum me ex parte dimidia heredem dicerē, trientem 4 hereditatis possiderem, deince residuum sextantē velim persequi, qualiter agam videamus. Et Labeo scribit, vtrique partem dimidiam me petere debere à singulis. sic fieri vt à singulis sextantem consequar, & habebō bessē. quod verum puto. sed

a is qui totam hereditatem
b eius non

e vtriusque, Proinde & si pro herede possessor
f adferant

de etiam

e si iure eū verosq; experiri debeo: cum vtriusque partem meam possideas, supra, §. quinimmo.
f Verior. Florent. le- gisio melior est. superior enim sententia summo iure nō minus vera est. Sed hac benignior est. & vtilior.
g Vt perplexitas & ambages (hæ enim ageretur eadem de re) vitentur.

to. sed¹ ipse tenebor ad restitutionem sextantis ex triente quæ possidebam. & ideo officio iudicis inuicem compensatio erit admittenda eius quod possideo, si fortè coheredes sint à quibus hereditatem peto.

^a sed & ipse

Incertæ partis petitio.

5 Interdum prætor incertæ partis hereditatis petitionem indulget idoneis causis interuenientibus. utputa est defuncti fratris filius, sunt & vxores defunctorum fratrum prægnantes^b: quam partem fratris filius hereditatis vindicet incertum est: quia quot edantur fratrum defuncti^c filij incertum est. Acquisitum igitur est incertæ partis vindicationem ei concedi. Non audenter itaque^d dicitur, vbi cumque meritò quis incertus est quam partem vindicet, debere^e ei^f incertæ partis vindicationem concedi.

^b prægnantes:

^c defunctorum

^d tamen

Qui speratur admitti ad partem, facit partem.

11. GAIUS libro sexto ad Edictum Prouinciale

SI ex pluribus ad quos eadem hereditas pertinet, quidam adierint quidam adhuc deliberent, eos^e qui adierint, si petant hereditatem, non maiorem partem petere debere quam habituri essent ceteris adeuntibus: nec eis proderit, si ceteri non adierint. Non adeuntibus autem ceteris poterunt tunc partes eorum petere, si modò ad eos pertinerent.

^e placuit eos

Vxore prægnante relicta an filius iam natus interim

petere, & quam partem possit.

III. PAULVS libro septi. n. decimo ad Plautium

Antiqui^f libero ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruarent: sicut apparet in iure hereditatum, in quibus qui post eum gradum sunt adgnationis, quo est id quod in vtero est, non admittuntur dum incertum est an nasci possit. vbi autè eodem gradu sunt ceteri quo & venter, tunc quæ portio in suscipiendò esse debeat, quæ fuerunt: ideo quia^g non poterant scire quot nasci possunt: ideo^h namⁱ multa de huiusmodi re tam variaⁱ & incredibilia creduntur^k, ut fabulis adnumerentur. Nam traditum est, || & || quattuor pariter puellas à matrefamilias natas esse. alioquin tradidere non leues auctores quinquies quaternos enixam. Peloponensi^l, multas^m Aegyptiⁿ vno vtero septenos. Sed & tregeminos senatores cinctos^o vidimus Horatios. Sed & Lelius^p scribit, se vidisse in palatio mulierem liberam quæ ab Alexandria perducta est ut Hadriano ostèderetur cum quinque liberis, ex quibus quattuor eodem tempore enixa, inquit, dicebatur, quintum post diè quadragesimum. Quid^q est^r ergo prudenti^s si mè^t iuris auctores medietatem quandam secuti sunt, ut quod fieri non rarum^u admodum potest intuerentur: id est quia fieri poterat ut tregemini nascerentur, quartam

^f Canticum l. 6 de legib. l. Sed & si vultur, de iudi. Duar.

^g & quia
^h ideo quod
ⁱ in hunc locum Gcl. lib. 10 cap. 2.

^k tradiderunt,
^l Peloponensem, Pe-

^m & multas
ⁿ Aegyptias

^o Vt milites essent
^p expeditores, incindi

^q in prælio ias. unde
^r cincti vocantur.

^s Plin. lib. 7. epist. ad
^t Rufum. Si in castris,

^u sic & in hæræ nostris
^v plures culu pagano &

^w quos cinctos, & armatos
^x iuuenies,

^y p Sed & Aelius
^z q prudentissimi
^{aa} raro

*a. Ale. lectio quã lib.
2. præterm. conuictus
est repudianda.*

partem superstiti filio adsignauerint. ΤΟ³ ΓΑΡ ΑΠΑΞ
Η ΔΙΣ, vt ait Theophrastus, ΠΑΡΑΒΑΙΝΟΥΣΙΝ ΟΙ
ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ. Ideoque & si vnũ paritura sit, non ex par-
te dimidia sed ex quarta interim heres erit.

IIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum
ET si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata ad cresce-
re: si plures quã tres, decrescere de ea parte ex qua he-
res factus est.

V. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium
ILLud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur
autem prægnans esse, interim filium heredem esse ex asse,
quamquam ignoret se ex asse heredem esse. Idem est in ex-
traneo si ex certa portione heres institutus sit, ex reliqua po-
stumi^b. Quod si fortè ita institutio facta est, QVOTCVM-
QVE MIHI NATI ERVNT, ET LVCIVS TITIVS
PRO VIRILIBVS PORTIONIBVS HEREDES MI-
HI SVNTO: habebit hæsitatiõem numquid adire non pos-
sit, atque qui in testamento portionem suam nescit. Sed vti-
lius est posse eum adire qui nescit portionem, si cetera quæ
oportet eum scire non ignoret.

b posthumus

VI. VLP IANVS libro sexto Opinionum
SORori quam coheredem fratribus quattuor in bonis ma-
tris esse placuit, quinta portio pro portionibus quæ ad eos
pertinuit cedit: ita vt singuli in quarta^c quam antehac habe-
re credebantur, non amplius ei quintam^d conferant. Sum-
ptus qui propter onera totius hereditatis iusti fiunt, ei qui
patroni iure portionem euicerit, pro rata computentur.

*c in quartam
d quinta*

Pars hic petitur non certa sed pro indiuiso.

VII. IVL IANVS libro octauo Digestorum
NON possumus consequi per hereditatis petitionem id
quod familiæ heriscundæ iudicio consequimur, vt à cõ-
muniõne discedamus: cum ad officium iudicis nihil amplius
pertineat quã vt partem hereditatis pro indiuiso restitui
mih iubeat.

VIII. IDEM libro quadragesimo octauo *Digestorum*
PERmittendum^e erit possessori hereditatis partẽ quidẽ here-
ditatis defendere, partẽ^f verò cedere. nec enim prohibet^g,
aliquem totã hereditatẽ possidere, & partẽ scire dimidiã ad
se pertinere, de altera parte controuersiam non facere.

*Qui vt procurator alterius administrat, petitione hereditatis non
tenetur: nisi illius heres extiterit in totum vel in partem.*

VIII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni
Digestorum

CVm multi heredes instituti essent, ex his vnus in Asia
erat: eius procurator venditiõem fecit^h, & pecuniam pro
parte

*a Coniunge l. quiddã.
de re. cre. D. 21.
f partem verò
g prohibet ius, dictio
2. ex glossã. Accurssi
in contextu incepti.*

h fecerat

parte eius abstulerat: postea apparuerit^a eum qui in Asia erat^a antea decessisse instituto ex parte dimidia herede procuratore suo & ex parte alio. Quælitum est, quemadmodum pecunia ex hereditate petenda esset. Responsum est, ab eo qui procurator eius fuisset totam hereditatem, quia ex hereditate ea pecunia fuisset quæ ad procuratorem ex venditione peruenisset, petere eos oportere: & nihilo minus partem dimidiam hereditatis à coheredibus^b eius. Ita fore, siue omnis ea pecunia penes eum qui procurator fuisset retideret, vt omnem per iudicem ab eodem recuperarent, siue is partem dimidiam coheredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte & & ex dimidia coheredes eius condemnarent.

Qui negotia hereditatis absentis nomine gerit, ab his ad quos negotium in civitate pertinet poterit conueniri actione negotiorum gestorum, & petitione hereditatis si se heredem contendat.

X. PAPIANVS libro sexto Quæstionum

CVM heredis ex parte instituti filius, qui patrem suum ignorabat viuo testatore decessisset, partem hereditatis nomine patris^{vt} absentis administrauerit, & pecunias distractis rebus acceperit, hereditas ab eo peti non potest: quia neque pro herede neque pro possessore pretia possidet, sed vt filius patris negotium curauit. Negotiorum autem gestorum actio ceteris coheredibus ad quos portio defuncti pertinet dabitur. Illud tenim^{vt} utique non est metuendum, ne etiam patris à quo fortè exheredatus est teneatur heredibus, quasi negotia hereditaria gesserit: cum id quod administrauit, non fuerit paternæ hereditatis. Nam & si negotiorum gestorum actio sit ei cuius nomine perceptum^e est, ei cuius nomine, restitui æquum est. Sed in proposito neque patris negotia fuerunt, qui esse defierat: neque paternæ successionis quæ fuerunt alterius hereditatis. Quod si filius iste patri suo heres extitit, & mouet controuersiam quod pater eius postquam heres extitit mortem obierit, ille tractatus incurrit, an ipse sibi causam possessionis mutare videatur.

Quoniam tamē qui negotia hereditaria gessit & debitor esse cepit, postea faciens controuersiam hereditatis vt iuris possessor conuenitur, idem etiam in hoc filio respondendum erit.

DE POSSESSORIA^d HEREDITATIS
PETITIONE TIT. V.

Bonorum possessor loco heredis est.

VLP IANVS libro quintodecimo ad Edictum

ORDINARIUM fuit, post ciuiles actiones heredibus propositas rationem habere prætorem etiam eorum quos ipse velut heredes facit, hoc est eorum quibus bonorum possessio data est.

c el cuius nomine restitui æquum est, cuius iuo nomine debitum exactum est, hoc tamen quod alieno nomine perceptum est, restitui æquum est.

d Hactenus dictum est, de directa hereditatis petitione: deinceps de simili differetur: cum enim bonorum possessor, & si fiduciarius summo iure non esset heredes: vt tamen ipsa essent, & in locum heredis in omnibus succedat, ut ait. de bon. poss. §. que autem. Inst. de l. i. i. prin. ad S. C. Tre. æquum fuit dari illi iulianam hereditatis petitionem.

II. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

PER quam hereditatis petitionem tantundem consequitur bonorum possessor quātum superioribus ciuilibus actionibus heres consequi potest.

DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIONE TIT. VI.

Fideicommissarius habetur pro herede.

VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

EX ordine occurrit actio quæ proponitur his quibus restituta est hereditas. Nam quisquis †suscepit restitutā hereditatē ex senatuscōsulto ex quo actiones transeunt, fideicommissaria^a hereditatis petitione uti poterit.

QUÆ actio eadem recipit quæ hereditatis petitio ciuilis.

III. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

NEC interest, mihi quis rogatus fuerit restituere, an †heres cui extitisset. †Et si bonorum possessor sim eius cui fideicommissaria hereditas relicta est, vel alius successor per hanc actionem experiri poterim^b. Hanc actionem sciendum est aduersus cum qui restituit hereditatem non competere^c. Hæ autem actiones mihi dantur, quæ heredi & in heredem competunt.

LIBER SEXTVS.

DE REI VINDICA-

TIONE^d.

Quæ res vindicentur.

VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

QUÆ actiones quæ de vniuersitate propositæ sunt, subicitur actio singularum^e rerum petitionis. Quæ specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus quàm his quæ anima carent: & in his quæ solo continentur.

Gregis vindicatio.

Per hanc autem actionem liberæ personæ quæ sunt iuris nostri, ut puta liberi qui sunt in potestate^f, nō petuntur. †Petuntur †igitur aut præiudiciis aut interdictis aut cognitione prætoria. & ita Pomponius libro trigensimo septimo^g. Nisi fortè, inquit, adiecta causa quis vindicet. Si^h quis ita petit filium suū †vel †in potestate, EX IVRE ROMANO, videtur mihi

†susceperit

^a fideicommissoria

† ei cui heres extitit. Sed et si

^b potero
^c Competit autē aduersus fideicommissarium. l. i. in princip. ad S. C. Trebel.

^d Rei vindicationis formulam Cicero explicat in oratione pro Muræna, & Gell. lib. 20. cap. 9.

^e singularium

^f in potestate nostra

^g lib. 36.

^h Vnde si quis

2 mihi & Pomponius consentire, rectè eum egisse: ait enim adiecta causa, ex lege Quiritium, vindicare posse. Per hanc autem actionem non solum singulæ res vindicabuntur, sed posse etiã gregem^a vindicari Pomponius libro lictionum^b vicensimo quinto scribit. idem & de armento & de equitio ceterisque quæ gregatim habentur dicendum est. Sed^c enim gregem sufficit ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint: grex enim non singula corpora^d vindicabuntur.

II. PAVLVVS libro vicensimo primo ad Edictum

Sed si par numerus duorum interfuerit, neuter solidum gregem, sed ne^e partem dimidiam totius eius vindicabit. Sed si maiorem numerum alter habeat, vt detracto alieno nihilo minus gregem vindicaturus sit, in restitutionem^f non veniunt aliena capita.

III. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Marcus libro quarto digestorum scribit: qui gregem habebat capitum trecentorum, amissis centum redemit totidem capita^g aliena ab eo qui dominium eorum habebat. vel aliena ab eo^h qui bona fide ea possidebat. & hæc utique gregis, inquit, vindicatione continbuntur. Sed & si ea sola supersint capita quæ redempta sunt, adhuc eum posse gregem vindicare. Armenta navis singula erunt vindicanda. scapha quoque separatim vindicabitur.

De rebus confusis, & commixtis.

2 Pomponius scribit, si quid quod eiusdem naturæ est, ita confusum est atque commixtum vt deduci^h & separari non possint, non totum sed pro parte esse vindicandum: vt puta meum & tuum argentum in massam redactum est: erit nobis commune: & vnusquisque pro rata ponderis quod in massa habemus vindicabimus: & si incertum sit quantum quisque ponderis in massa habet.

III. PAVLVVS libro vicensimo primo ad Edictum

Quo quidem casu etiam communi diuidendo agi poterit. sed & furti & ad exhibendum tenebitur qui dolo malo confundendum id argentum curauitⁱ: ita vt in ad exhibendum actione pretij ratio haberi debeat, in vindicatione vel communi diuidendo actione hoc amplius ferat cuius argentum pretiosius fuerat.

V. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Idem Pomponius scribit, si siumentum duorum non voluntate eorū confusum sit, competit singulis in rem actio in id^j in quantum parcer^k in illo aceruo suum cuiusque esse. quod si voluntate eorum commixta sunt, tunc communicata videbuntur: & erit communi diuidendo actio. Idem scribit, si ex melle meo, vino^l tuo factum sit mulsum, quosdam

2 d v existimasse

a gregem
b lictionum v
rarium

c Sed &

d capita vel cor
pora

e sed nec

f in restitutionem
tamen

g alia capita

h deduci

i procurauit

k apparet

l & ex vino

existimasse id quoque communicari, sed puto verius, vt & ipse significat, eius potius esse qui fecit: quoniam^a suam^b speciem pristinam non continet^a. Sed si plumbum cum argento mixtum sit, quia deduci^b possit, nec communicabitur nec communi diuidendo agerur, quia separari potest: agatur autem in rem^c actio. Sed si deduci, inquit, non possit, vt^d puta si aes^c & aurum mixtum fuerit, pro parte esse vindicandum. Nec^d quaquam erit dicendum quod in^c multo dictum est: quia vtraque materia etsi confusa, manet tamen.

Idem scribit, si equam meam equus tuus pregnatem fecerit, non esse tuum sed meum quod natum est. De arbore que in alienum agrum translata coaluit & radices immisit, Varus & Nerua vtile in rem actionem dabant^f. nam si nondum coaluit, mea esse non desinet. Cum in rem agatur, si de corpore conueniat, error autem fit in vocabulo, recte actum esse videtur. Si plures sint eiusdem nominis serui, puta plures Erotas, nec appareat de quo actum sit, Pōponius dicit nullam fieri condemnationem.

Quomodo res designanda sit, que vindicatur.

VI. PAVLVS libro sexto ad Edictum

SI in rem aliquis agat, debet designare rem, & vtrum totam an partem, & quotam petat: appellatio enim rei non genus sed speciem significat. Octavianus ita definit, quod infectæ quidem materiae pondus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet. Sed & mensura dicenda erit cum res mensura continebitur. Et si vestimenta nostra esse vel dari oportere nobis petamus^g, vtrum numerum eorum dicere debebimus an & colorem? & magis est vt vtrumque. nam illud inhumanum est, cogi nos dicere trita^h sint an noua. Quamuis & in vasis occurrat difficultas, vtrum lancem dumtaxat dici oporteat: an etiam quadrataⁱ vel rotunda, vel pura an calata sint. que ipsa in petitionibus quoque adicere difficile est: nec ita coartanda res est, licet in petendo homine nomen eius dici debeat: & vtrum puer an adulescens sit. utique si plures sint: sed si nomen eius ignorem, demonstratione eius vtendum erit: veluti QUI EX ILLA HEREDITATE EST. QUI EX ILLA NATVS EST. Item fundum petiturus, nomen eius & quo loci sit dicere debet.

VII. IDEM libro vndecimo ad Edictum

SI is qui optulit se fundi vindicationi damnatus est, nihilo minus a possessore recte petitur, sicut Pedius ait.

Si res pro diuiso possideatur a socio meo, & ab alio alium tantum conueniam pro diuiso, vtrumque pro rata conueniam.

VIII. IDEM libro duodecimo ad Edictum

POMPONIUS libro trigensimo sexto^k probat, si ex aquis partibus fundum mihi tecum commune tu & Lucius Titius possidea-

a retinet.
b diduci

e Hodie inuenta est
ars, qua chrysolica
aqua vi aurum a quocumque
alio metallo
separari potest. Itaque
cum Vlpiani rationi
non sit locus, de hac
specie idem est iudicandum
quod de superiore. Alc. li. 6. ca.
11. p. 111.

d nequaquam
e de multo

f Vtilis in rem actio
datur, si res non da-
tur. l. ad. d. 5. vlt. §. l.
sed si ex meo, de ac-
quir. rer. dom. que
competit ei, in cuius
fundo coaluit. arg. §.
si quis ex aliena: de
rer. diuis. l. vlt.

g dicamus,

h attrita

i quadratam vel
rotundam,

k lib. 37.

possideatis, nō ab vtrisque quadrātes, ^a petere me debere, sed ^a Titio qui non fit dominus, totum semissem. Aliter atque si certis regionibus possideatis eum fundum: nam tunc sine dubio & à te & à Titio partes fundi petere me debere. quoniam enim certa loca possidebūtur, necessariō in his aliquam partem meam esse. & ideo te ^b quoque à Titio quadrātem petere debere. Quæ distinctio neque in re mobili neque in hereditatis ^c petitione locum habet: numquam enim pro diuiso possideri potest.

Hac actione damnatur is qui possidet, id est, detinet.

VIII. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

Officium autem iudicis in hac actione *in hoc* erit, ut iudex inspiciat an reus possideat. nec ad rem pertinebit ex qua causa possideat: vbi enim probaui rem meam esse, necesse habebit possessor restituere qui non obiecit aliquam exceptionem. Quidam tamen, ut Pegasus, eam solam possessionem putauerunt hanc actionem complecti, quæ locum habet *in* interdicto vti possidetis vel vtrubi ^d. Denique *ait* ab eo apud quem deposita est vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum seruandorum causa vel dotis vtriusve ^e nomine in possessione esset, vel cui damni infecti nomine non cauebatur, quia hi omnes non possident, vindicari non posse. Puto autem ab omnibus qui tenent & habent restituendi facultatem, peti ^f posse.

Res petita vbi restitui debeat.

X. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

Si res mobilis petita sit, vbi restitui debeat, *scilicet* si præsens non sit? & *non* malum est (si) bonæ fidei possessor sit is cum quo agitur, aut ibi restitui vbi res sit, aut vbi agitur: sed sumptibus petitoris, qui extra ciuaria in iter ^g vel nauigationem faciendi sunt.

XI. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

Nisi *si* malit petitor suis impensis & periculo ibi vbi iudicatur ^h, rem restitui: tunc enim de restitutione cum satisfactione cauebitur.

XII. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

Si verò malæ fidei sit possessor qui in alio loco eam rem nactus sit, idem statui debet. Si verò ab eo loco vbi lis contestata est, eam subtractam aliò translulerit, illic restituere debet vnde subtraxit, sumptibus suis.

Habetur ratio damni dati in hac actione.

XIII. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

Non solum autem *rem* restitui, verum & si deterior res sit facta, rationē ⁱ iudex habere ^k debet it. finge enim de i eius rationem k habeat

vtique

^a quadrātem

^b Et ideo à te quoque & à Titio quadrātem me

^c Id est iuris ipsius, quod est incorporale, nec possideri potest pro diuiso. Nam si hæreditas pro rebus hæreditariis accipiat, pro diuisis potest possideri. l. r. §. si ego. §. si pars hæred. pet.

^d vtroque. Res est Floren.

^e vel ventris, vel rei seruandæ nomine

^f Additur negatio in aliquibus.

^g itinere vel nauigatione

^h iudicatur

vtique ratio per iudicem habebitur quanto deterior sit factus: quamquam & legis Aquiliæ actione conueniri possessor possit. Vnde quaeritur an non aliàs iudex aestimare damnum debeat quàm si remittatur actio legis Aquiliæ. Et Labeo putat cauere petitorum oportere lege Aquiliæ non actionem. quæ sententia vera est.

a Aquilia & non

XIIII. PAVLVVS libro vicenſimo * primo * ad Edictum

QVod si malit actor potius legis Aquiliæ actione uti; absolvendus est possessor. Itaque electio actori danda est, non ut triplum sed duplum consequatur.

Interdum rei pretium venit in hac actione.

XV. VLPPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Item si verberatum tradidit, Labeo ait etiam iniuriarum competere actionem petitori. Si quis rem ex necessitate distraxit, fortassis huic officio iudicis succurratur, ut pretium dumtaxat debeat restituere. Nam & si fructus perceptos distraxit ne corrumpantur, æquè non amplius quàm pretium præstabit. Item si fortè ager fuit qui petitus est, & militibus assignatus est modico honoris gratia possessori dato, an hoc restituere debeat? & puto præstaturum. Si seruus petitus vel animal aliud demortuum sit sine dolo malo & culpa possessoris, pretium non esse præstandum plerique aiunt. sed est verius, si fortè distracturus erat petitor si accepisset, moram passo debere præstari: nam si ei restituisset, distraxisset & pretium esset lucratus.

b corrumpentur.

c Eodem modo l. cuius est Apulian. Apol. 2. ad Claud. Max. Rumpi inquit, tribulus istos iube Maximo: inuenies filium heredem, mihi verò seruus nescio quid horum gratia legatum: ne si quid ei humanitas accidisset, nomen miris, in uxoris tibi solis non haberem. Diu. 2. diffu. ca. 35. d. plerisque placuit e fatum

XVI. PAVLVVS libro vicenſimo primo ad Edictum

Vtque autem etiam mortuo homine necessaria est sententia propter fructus & partus & stipulationem de euictione: non enim post litem contestatam utique & factum possessor præstare debet.

De culpa.

Culpa non intellegitur si nauem petitam tempore navigationis trans mare misit, licet ea perierit: nisi si minus idoneis hominibus eam commisit.

Possessor tenetur de facto eius cui vendidit, sicut de suo facto.

XVII. VLPPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Iulianus libro sexto digestorum scribit, si hominem qui Mæuij erat emero à Titio. deinde cum eum Mæuius à me peteret, eundem vendidero, eumque emptor occiderit: æquum esse me pretium Mæuij restituere.

Fructuum restitutio, & aliarum accessionum.

Idem Iulianus eodem libro scribit, si moram fecerit in homine reddendo possessor & homo mortuus sit, & fructuum ratio-

f tempore con-
gruo
g De quo vide Vege.
lib. 4. cap. 39.

h Iulianus lib. 7.

i etiam fructuum

rationem vsque ad rei iudicatæ tempus spectandam esse. Idem Iulianus ait, non solum fructus sed etiam omnem causam præstandam: & ideo & partum venire in restitutionem & partuum fructus. Vsque adeo autem & ^a causæ veniunt, vt ^a hæc cause Iulianus libro septimo scribit, si per eum seruum possessor adquisierit actionem legis Aquiliæ, restituere cogendum. Quod si dolo malo ipse possessor deserit possidere, & aliquis hominem iniuria occiderit, aut pretium hominis aut actiones suas præstare cogetur: vtrum eorum voluerit actor. Sed & fructus quos ab alio possessore percepit, restituere eum oportet: lucrum enim ex eo homine qui in lite esse coeperit, facere non debet. Sed fructus eius temporis, quo tempore possessus est ab eo qui euicerit, restituere non debet. Sed quod dicit de actione legis Aquiliæ, procedit si post litæ contestatâ vsucepit possessor: quia plenum ius incipit habere.

De re interim vsucapta.

XVIII. GAIUS libro septimo ad Edictum provinciale
SI post acceptum iudicium possessor vsu hominem cepit^b, debet eum tradere, eoque nomine de dolo cauere: periculum est enim ne eum vel pignerauerit vel manumiserit.

XVIII. VLPPIANUS libro sextodecimo ad Edictum
Ipsi quoque reo cauendum esse Labco dicit HIS REBUS IRECTE PRÆSTARI; si fortè fundi nomine damni infecti cauit.

Causa omnis restituitur.

XX. GAIUS libro septimo ad Edictum provinciale
Præterea restituere debet possessor & quæ post acceptum iudicium per eum non ex re sua adquisiuit. in quo hereditates quoque legataque quæ per eum seruum obuenerunt, continentur. nec enim sufficit corpus ipsum restitui sed opus est vt & causa rei restituatur: id est vt omne habeat petitor quod habiturus foret si eo tempore quo iudicium accipiebatur restitutus illi homo fuisset. Itaque partus^c ancillæ restitui debet, quamuis postea editus sit quàm matrem eius, post acceptum scilicet iudicium, possessor vsuceperit. quo casu etiam de partu, sicut de matre, & traditio & cautio de dolo necessaria est.

De seruo qui in fuga est.

XXI. PAVLUS libro vicensimo primo ad Edictum
SI à bonæ fidei possessore fugerit seruus, requiremus an talis fuerit vt & custodiri debuerit: nam si integræ opinionis videbatur vt non debuerit custodiri, absoluendus est possessor: vt tamen si interea^d eum vsuceperat, actionibus suis cedat petitori, & fructus eius temporis quo possedit præstet. quod si nondum eum vsucepit absoluendum eum sine cautionibus,

^b Quæ tamen vsucapio nihil ei predest: cum cum sed re debeat. l. mox. C. de rei vindic. & l. nec bona. C. de præsc. long. temp.

^c & partus

^d interea

tionibus, vt nihil caueat petitori de perfequenda ea re: quominus^a enim petitor eam rem perfequi potest, quamuis interim dum in fuga sit vlucipiat: nec iniquum id esse Pomponius libro trigenlimo nono^b ad edictū scribit. Si verò^c cultodiendus fuit, etiam ipsius nomine damnari debet: vt tamen si vsu eum non cepit, actor ei actionibus suis cedat. Iulianus autem in his casibus vbi propter fugam serui possessor absoluitur, & si non cogitur cauere de perfequenda re, tamen cauere debere possessorem si rem nactus fuerit vt eam restituat: idque Pomponius libro trigenlimo^d quarto *variarum* lectionum probat. quod verius est.

XXII. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

Quod si dolo possessoris fugerit, damnandum eum quasi consideret.

Hæc actio competit domino: Hinc varia species, in quibus queritur de dominio rei.

XXIII. PAVLVS libro vicenlimo primo ad Edictum

In rem actio competit ei qui aut iure gentium aut iure ciuili dominium adquisit. Loca sacra item religiosa, quasi nostra in rem actione peti non possunt. Si quis rei suæ alienam rem ita adiecerit vt pars eius fieret, veluti si quis statuæ suæ brachium aut pedem alienum adiecerit aut scypho ansam vel fundum vel candelabro sigillum aut mensæ pedem, dominum eius totius rei effici^e, vereque statuam suam disturū & scyphum plerique rectè dicunt. Sed & id quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur, statim meum fit: licet de pictura quidam contra senserint, propter pretium picturæ. sed necesse est ei rei cedi^s quod sine illa esse non potest. In omnibus igitur istis in quibus^h mea res per praualentiam alienam rem trahit meamque efficit, si eam rem vindicem, per exceptionem doli *malii* cogar pretium eius quod accesserit dare. Item quæcumque alijs iuncta siue adiecta accessions loco cedunt, ea quæ adiu coherent, dominus vindicare non potest: sed ad exhibendum agere potest vt separentur & tunc vindicentur: scilicet excepto eo quod Cassius de ferruminatione scribit. Dicit enim, si statuæ suæ ferruminationiⁱ iunctū brachium sit, vnitatem^k maioris partis communi: & quod semel alienum *factum* sit etiam si inde abruptum sit redire ad priorem dominū non posse. Non idem in eo quod ad plumbatum sit: quia ferruminatione per eandem materiam facit confusionem: plumbatura^m non idem efficit. Ideoque in omnibus his casibus, in quibus neque ad exhibendum neque in rem locum habet, in factum actio necessaria est. At in his corporibus quæ ex distantibus corporibus essent, constat singulas partes retinere suam propriam speciem: vt singuli

^a nihilominus.

^b forte legendum comminus

^c lib. 30. Digest.

^d imponunt qui non sentent nonam caput hinc esse in Florent.

d lib. 14. al. 24.

^e cum effici

^f lamdudum emendatam Pauli sententiam de pictura, non alia de causa hinc poni existit, quam quod vix cum alijs locis Pauli, à quibus non potuit facile separari, obiter irrepresentis in contextum.

^g id cedere

^h istis causis ex quibus, istis casibus.

ⁱ ferruminatione

^k iniunctum

^l vnitatem id

^m idem est

ⁿ plumbatura

vero

^o capitibus

ſinguli homines, ſingula oues. ideoque poſſe me gregem vindicare, quamuis aries tuus ſit immixtus. ſed & te arietem vindicare poſſe. Quod non idem in cohærentibus corporibus eueniret: nam ſi ſtatue mee bracchium alienæ ſtatue addideris, non poſſe dici bracchium tuum eſſe: quia tota ſtatua vno ſpiritu continetur.

De tigno iuncto.

§ Tignum alienum ædibus iunctū nec vindicari poteſt propter legem duodecim tabularum, nec eo nomine ad exhibendum agi, niſi aduerſus eum qui ſciens alienum iunxit ædibus: ſed eſt actio antiqua de tigno iuncto, quæ in duplum ex

6 lege duodecim tabularum deſcendit. Item ſi quis ex alienis cements in ſolo ſuo ædificauerit, domum quidem vindicare poterit, cements autem reſoluta prior donatus vindicabit, etiam ſi poſt tempus uſucapionis diſſolutum ſit ædificium poſtquam^a à bonæ fidei emptore poſſeſſum ſit: nec enim ſingula cements uſucapiuntur, ſi domus^b per temporis ſpatium noſtra fiat.

^a quam
^b & ſi domus

Conſultius eſt agere poſſeſſorio quàm petitorio.

XXIII. GAIUS libro ſeptimo ad Ediſtum prouinciale
IS qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet an aliquo interdico poſſit nanciſci poſſeſſionem: quia longè commodius eſt ipſum poſſidere & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere.

De eo qui ſe obtulit liti

XXV. VLP IANVS libro ſeptuagenſimo ad Ediſtum
IS qui ſe optulit rei deſenſioni ſine cauſa, cum non poſſideret nec dolo feciſſet quo minus poſſideret, ſi actor ignoret, non eſt abſoluendus, vt Marcellus ait. quæ ſententia vera eſt. ſed hoc^a poſt litem conteſtatam. ceterum ante iudicium acceptum non decipit actorem qui ſe negat poſſidere, cum verè non poſſideret. nec videtur ſe liti optuliſſe qui diſceſſit.

XXVI. PAVLVS libro ſecundo ad Plautium

NAM ſi actor ſcit, tunc is non ab alio ſed à ſe decipitur: & ideo reus abſoluitur.

XXVII. IDEM libro vicensimo primo ad Ediſtum

SIN autem cum à Titio petere vellem, aliquis dixerit ſe poſſidere, & ideo liti ſe optulit, & hoc ipſum in re agenda teſtatione^c probauero: omnimodo condemnandus eſt.

Quo tempore poſſidere debeat reus vt condemnetur.

Poſſidere autem aliquis debet vtique & litis conteſtate tempore & quo res iudicatur. Quod ſi litis conteſtationis^d tempore poſſedit, cum autem res iudicatur, ſine dolo malo amiſit poſſeſſionē, abſoluendus eſt poſſeſſor. Item ſi litis cōteſtate tempore nō poſſedit, quo autē^e iudicatur poſſidet, probanda

^c atteſtatione. Verū
bum tamē teſtatio in
frequentiore uſu eſt
quàm iuriſconſultor.
quod alibi interpretamur.

^d conteſtate

^e quo autem
tempore

banda

banda est Proculi sententia ut omnimodo cōdemnetur. Ergo & fructuum nomine ex quo cœpit possidere damnabitur.

Casus superueniens excusat possessorem à precedente culpa.

Si homo petitus dolo possessoris deterior factus sit, deinde sine culpa eius ex alia causa mortuus sit, æstimatio non fiet eius quod deteriorem eum fecerat: quia nihil interest petitoris. sed hæc quantum ad in rem actionem. legis autem Aquiliæ actio durat. Sed & is qui ante litem cōtestatam dolo defijt rem possidere, tenetur in rem actione. idque ex senatusconsulto colligi potest, quo cautum est, ut diximus, ut dolus præteritus in hereditatis petitionem veniat. cum enim in hereditatis petitione^a, quæ & ipsa in rem est, dolus præteritus fertur^b, non est absurdum per consequentias & in speciali in rem actione dolum præteritum deduci. Si per filium aut per seruum pater vel dominus possideat, & is sine culpa patris dominive rei iudicandæ^c tempore absit: vel tempus dandum vel cauendum est de possessione restituenda.

An sumptuum ratio habeatur.

In rem^d petitam si possessor ante litem contestatam sumptus fecit, per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, si perseveret actor petere rem suam non redditis sumptibus. Idem est etiam si noxali iudicio seruum defendit, & damnatus præstitit pecuniam: aut in area quæ fuit petitoris, per errorem infulam ædificauit: nisi tamen paratus sit petitor pati tollere eum ædificium. Quod & in area uxori donata per iudicem qui de dote cognoscit faciendum dixerunt. Sed si puerum meum cum possideres erudisses, non idem obseruandum Proculus existimat: quia neque carere seruo meo debeam, nec potest remedium idem adhiberi quod in area diximus.

XXVIII. GAIVS libro septimo ad Edictum provinciale

Forte quod pictorem aut librarium^e docueris, dicitur non aliter officio iudicis æstimationem haberi posse.

XXVIII. POMPONIVS libro vicensimo primo ad Quintum Mucium

Nisi si venalem eum habeas, & plus ex^f pretio^g eius^h consecuturus sis propter artificium:

XXX. GAIVS libro septimo ad Edictum provinciale

Aut^g si ante denuntiatum sit actori ut impensam solueret, & eo dissimulante posita^h sit doli mali exceptio.

XXXI. PAVLVVS libro vicensimo primo ad Edictum

Ceterum cum de fructibus serui petiti quaritur, non tantum pubertas eius spectanda est: quia etiam impuberis aliqua

a petitione quæ & b inferitur,

c vindicandæ

d in re petita

e librarium esse

f plus pretij

g Ita distingue hanc

l. dissimulante posita

fit. ut posita ad

impensam referatur.

deinde lege, excep-

tionem. Repetendum

autem est ex superio-

ribus haberi æstima-

tionem exceptionem de

li mali. quæ scilicet,

competit pro impensa

actore sciente posita.

h opposita

aliquæ operæ esse possunt. Improbè tamen desiderabit petitor fructus æstimari qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificio sumptibus possessoris didicit.

XXXII. MODESTINVS libro octauo Differentiarum

Quod^a si artificem fecerit, post vicensimum quintum annum eius qui artificio consecutus est, impensæ factæ poterunt pensari.

a qui l. fi.

Quorum fructuum restitutio fiat.

XXXIII. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

Fructus non modò percepti sed & qui percipi honestè potuerunt æstimandi sunt. & ideo si dolo aut culpa possessoris res petita perierit, veriores putat Pomponius Trebatij opinionem putantis eousque fructuum rationem habendam; quousque haberetur si non perisset: id est ad rei iudicandæ tempus. quod & Iuliano placet. Hac ratione si nudæ proprietatis dominus petierit, & inter moras vsusfructus amissus sit, ex eo tempore quo ad proprietatem vsusfructus reuersus est, ratio fructuum habetur.

XXXIII. IULIANVS libro septimo Digestorum

Dem est & si per alluisionem pars fundo accesserit.

XXXV. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

1 **E**T ex diuerso, si petitor lite contestata vsusfructum legauerit, ex eo tempore ex quo discessit à proprietate fructuum rationem non habendam quidam rectè putant. Vbi autem alienum fundum petij & iudex sententia declarauit meum esse, debet etiam de fructibus possessorem^b condemnare: eodè enim errore & de fructibus condemnaturum^c, non debere^d enim lucro possessoris^e cedere fructus, cum victus sit. alioquin, vt Mauricianus^f ait, nec rem arbitrabitur iudex mihi restitui. & quare habeat quod non esset habiturus possessor si statim possessionem restituisset? Petitor possessori de euictione cauere non cogitur rei^g nomine, cuius æstimationem accepit: sibi enim possessor imputare debet qui non restituit rem. Eorum quoque quæ sine interitu diuidi non possunt, partem petere posse constat.

b possessor contestari

c condemnatur

d non debet

e possessori

f Martianus

g eius rei

XXXVI. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

Qui petitorio iudicio utitur, ne frustra experiatur requirere debet, an is cum quo instituat actionem possessor sit, vel dolo desijt possidere.

De culpa possessoris.

1 Qui in rem conuenitur, etiam culpæ nomine condemnatur. Culpæ autem reus est possessor qui^h per insidiosa loca seruum misit, si is perijt: & qui seruum à se petiti in harena esse concessit &ⁱ is mortuus sit: sed & qui fugitiuum^k à se petiti non custodit, si is fugit: & qui nauem à se petitam ad-

h & qui per

i si is mortuus

k seruum fugitiuum

Pars ij.

2 e

uerso

uerso tempore nauigatiū misit, si ea naufragio perempta est.

De eo qui ædificat in area aliena.

XXXVII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Edictum
Iulianus libro octauo^a digestorum scribit, Si in aliena Area
 ædificassem, cuius bonæ fidei quidem emptor fui, verum^b
 eo tempore ædificauit quo iam sciebam alienam, videamus
 an nihil mihi exceptio profit: nisi fortè quis dicat prodesse de
 damno sollicito. Puto autem huic exceptiōnem nō prodesse:
 nec enim debuit iam^c alienam certus ædificium ponere. Sed
 hoc ei concedendum est, vt sine dispendio domini area tollat
 ædificium quod posuit.

De sumptibus reddendis.

XXXVIII. CELSVS libro tertio Digestorum

IN fundō alieno quem imprudens emerat, ædificasti aut
 conseruisti^d: d. inde euincitur: bonus iudex variè ex perso-
 nis causisque constituet. finge & dominum eadem facturum
 fuisse: reddat^e impensam, vt fundum recipiat vsque eo dum-
 taxat quo pretiosior factus est. || & si plus pretio^f fundi ac-
 cessit, solum quod impensum est. || finge pauperem, qui si^g
 reddere id cogatur, laribus, sepulchris auitis carendum ha-
 beat^h: sufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ possis:
 dum ita ne deterior sit fundus quàm si initio non foret ædifi-
 catum. Constituimusⁱ verò, vt si paratus est dominus tantum
 dare quantum habiturus est possessor his rebus ablatis^k, fiat
 ei potestas. neque malitijs indulgendum est: si te & orium pu-
 ta quod induxeris, picturasque corradere velis, nihil laturus
 nisi vt officias. Finge eam personam esse domini, quæ rece-
 ptum fundum mox venditura sit, nisi reddit quantum prima
 parte reddi oportere diximus, eo deducto tu condemnan-
 dus^l es.

XXXVIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad
 Edictum

Redemptores qui suis cementis ædificant, statim cementa
 faciunt eorum in quorum solo ædificant.

De pignore vendito.

Iulianus rectè scribit libro duodecimo^m digestorum, mulie-
 rem quæ intercedens fundum pignori dedit, quamuis à cre-
 ditore distractum, posse in rem actione petere:

QXL. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale
 Via nullum pignus creditur vendidisse videtur.

Hic emptor ipso iure dominium amittit.

XLI. VLP IANVS libro septimodecimo ad Edictum

Siquis hac lege emerit vt si alius meliorem condicionem
 attulerit recedatur ab emptione post allatam condicio-
 nem iam non potest in rem actione uti. Sed || & || si cui in diem
 additus

^a lib. 7. Digest.

^b eo autem tem-
 pore

^c in alienam, iam
 in alienam

^d conseruisti:

^e & reddet

^f pretij fundi
^g cui si reddere

^h carendum sit

ⁱ Constituimus

^k ablatis,

^l condemnandus est.

^m lib. 7.

addictus sit fundus, antequam adiectio sit facta uti in rem actione potest: postea non poterit. Si seruus mihi vel filius familias fundum vendidit & tradidit^a habens liberam peculij administrationem, in rem actione uti poterō. Sed et si domi si voluntate domini rem tradat, idem erit dicendum: quemadmodum^b cum procurator voluntate domini vendidit vel tradidit, in rem actionem mihi præstabitur^c.

a Ridiculi ergo sunt qui volunt in Flacii legi, vel tradidit.

b & cum

c præstabitur, præstabit

De herede.

XLII. PAVLVS libro vicenſimo ſexto ad Ediſtum

SI in rem actum sit, quamuis heres possessoris si non (possideat absoluat, tamen si quid ex) persona defuncti commissum sit, omnimodo in damnationem veniet.

De rebus religioſis.

XLIII. IDEM libro vicenſimo ſeptimo ad Ediſtum

Quæ religioſis adherent, religioſa ſunt. & idcirco ne lapides inædificati poſtquam remoti ſunt vindicari poſſunt. in factum autem actione petitori extra ordinem ſubuenitur: ut is qui hoc fecit, reſtituere eos compellatur. Sed si alieni ſine voluntate domini inædificati fuerint, & nondum ſuſcito^e monumento in hoc detracti^f erunt ut alibi reponerentur, poterunt à domino vindicari. Quod si in hoc detracti erunt ut reponerentur, ſimiliter dominum eos repetere poſſe conſtat.

d Sed & si e ſinito, deſtructo, ſerſe factio, vel ſuſcito f diſſecti

XLIIII. GAIVS libro vicenſimo nono ad Ediſtum
prouinciale

Fructus pendentes pars fundi videntur.

XLV. VLPIANVS libro ſexagenſimo octauo ad Ediſtum

SI homo ſit qui poſt conuentionem reſtituitur, ſi quidem à bonæ fidei poſſeſſore, puto cauendum^g eiſe de dolo ſolo deber: ceteros^h etiam de culpa ſua. inter quos erit & bonæ fidei poſſeſſor poſt litem conſtatam.

g cauere enim de h ceteros autē &

Æſtimatio litis.

XLVI. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

Eius rei quæ per in rem actionem petita æſtimata eſt quanti in litem actor iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet: tranſeſſiſſe enim cum eo & decidiſſe videorⁱ eo pretio quod ipſe conſtituit.

i videbitur

XLVII. IDEM libro ſeptimodecimo ad Plautium

Hæc^k ſi res præſens ſit. ſi^l abſens, tunc cum poſſeſſionem eius poſſeſſor nactus ſit ex voluntate actoris. & ideo non eſt alienum non aliter litem æſtimari à iudice quàm ſi cauerit actor quod per ſe non fiat poſſeſſionem eius rei non traditu^m iri.

k Hoc ſi l ſi verò abſens m Eſt cauere nō debet actiones ſuas ſe ei præſtorum. cautiones autem ſuas diuerſe: itaque magis diuerſi eſt hæc. l. in qui inſr. eo. quàm contraria.

a e ij

Sum-

Sumptuum deductio.

XLVIII. PAPINIANVS libro secundo Responsorum
Sumptus in prædium, quod alienum esse apparuit, à bona fide possessore facti neque ab eo qui prædium donauit neque à domino peti possunt: verùm exceptione doli posita^a, per officium iudicis æquitatis ratione seruantur: || scilicet || si fructuum ante^b litem contestatam perceptorum summam excedant: etenim admissa compensatione superfluum sumptum meliore prædio facto dominus restituere cogitur.

a opposita,

b à lite

XLVIII. CELSVS libro octauodecimo Digestorum
Solum partem esse ædium existimo: nec alioquin subiaccere vti mare nauibus. Meum est quod ex re mea superest, cuius vindicandi ius habeo.

Quomodo acquiratur dominium.

L. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij
SI ager ex emptionis causa ad aliquem pertineat, non rectè hac actione agi poterit antequàm traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit. Sed heres de eo quod hereditati obuenerit rectè aget, etiam^c si possessione eius adhuc non habuerit.

c & si possessionem

De hærede possessoris.

LI. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum
SI in rem actum sit, & in heredem possessoris iudicium datum || sit, || culpa quoque & dolus malus heredis in hoc iudicium venit.

LII. IULIANVS libro quinquagesimo quinto Digestorū
Cum autem fundi possessor ante litem contestatam dolo malo fundū possidere desijt, heredes eius in rem quidem actionem suscipere cogendi non sunt: sed in factum actio aduersus eos reddi debet: per quam restituere cogantur quanto^d locupletes^e ex ea re facti fuerunt.

d in quantum
e locupletiores
f si postea, quam

LIII. POMPONIVS libro trigensimo primo ad Sabinū
SI^f fundi possessor eum excoluisset seuissetve, || & postea^g fundus euincatur, consilia tollere non potest.

Sententia non nocet aduocato.

LIIII. VLPIANVS libro sexto Opinionum
Inter officium aduocationis & rei suæ defensionem multum^h est. nec propterea quis, si postea cognouerit rem ad se pertinere, quod alij eam vindicanti tunc ignorans suam esse adsiscebat, dominium suum amisit^h.

De hærede possessoris.

LV. IULIANVS libro quinquagesimo quinto Digestorum
SI possessor fundi ante iudicium acceptum à uobus hereditibus relictis decesserit, & ab altero ex his qui totum fundum possidebat, totus petitus fuerit, quin insolidum condemnari debeat dubitari non oportet.

^g multum interest
^h itaque rem vindicare non prohibetur, nec officium adiudicationis ei nocet, ut ei qui ex hæredibus presenti legatum ex testamento aditit, quod receptum est in gratiam testamentorum, quam facile iruitur, sedulo semper causam est.

Peculium.

LVI. IDEM libro septuagesimo octauo Digestorum

Vindicatio non vt gregis ita & peculij recepta est: sed res singulas is cui legatum peculium est petet.

LVII. ALFENVS libro sexto Digestorum

IS à quo fundus petitus erat, ab alio eiusdem fundi nomine conuentus est. querebatur, si alterutri eorum iussu iudicis fundum restituisset & postea secundum alterum petitorum ^{res} iudicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret. Respondi, vter ^a prior iudex iudicaret, cum oportere ita fundum petitori restitui iubere, vt possessori caueret vel satisficeret, si alter fundum euicisset, eum præstare.

^a vt priori iudex adiudicaret

Si seruus vindicetur & eiusdem nomine agatur ex causa noxali.

LVIII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni Digestorum

A Quo seruus petebatur & eiusdem ^bserui nomine cum eo furti agebatur, querebat, si utroque ^ciudicio condemnatus esset, quid se facere oporteret si prius seruus ab eo euictus esset. Respondit nō ^d oportere iudicē cogere vt eū traderet, nisi ei satisfidatum esset, quod pro eo homine iudicium accepisset, si quid ^e ob eam rem datum esset, id rectē præstari. Sed si prius de furto iudicium factum esset & hominem noxæ dedisset, deinde de ipso homine secundum petitorum iudicium factum esset, non debere ob eam rem iudicem quod hominem non traderet litem aestimare: quoniam nihil eius culpa neque dolo contigisset quo minus hominem traderet.

^b cū eiusdem
^c in utroque

^d Alij proponunt negationē distioni nisi.

^e & si quid

Connexa alienis ædibus.

LVIIII. IVLIANVS libro sexto ex Minicio ^f

Habitator in aliena ædificia fenestras & ostia imposuit: headem post annum dominus ædificiorum dempsit. quero, is qui imposuerat, possit ne ea vindicare. Respondit, posse: nam quæ alienis ædificijs connexa essent, ea quamdiu iuncta ^gmanerent, eorundem ædificiorum esse: simul atque inde dempta essent, continuè in pristinam causam reuerti.

^f Quæ diffinita sit, cū scribitur, ex Minicio & ad Miniciū, Anton. Aug. lib. i. c. 6. quod & supr. est cap. 59.

^g coniuñcta

De infante & furioso.

LX. POMPONIVS libro vicensimo nono ad Sabinum

Quod infans vel furiosus possessor perdidit vel corruptit, impunitum est.

Nauis refectio, & ædificatio.

LXI. IVLIANVS libro sexto ex Minicio

Minicius interrogatus, si quis nauem suam aliena materia refecisset, num nihilo minus eiusdem nauis maneret, respondit manere. sed si in ædificanda ea ^hidem fecisset,

^h eadem

a *manere eius, qui fecit ex aliena materia. Itaq; pertinet ad dominium materia, iuxta sententiam Sabiniarum. S. cum ex aliena. de re. diu. lastit. quod tamen ex emendatione Iulianici profectū est.*
 b *etiam fructus*
 c *prouenit,*

non posse^a. Iulianus notat: nam proprietates totius nauis cærinæ causam sequitur.

Fructus nauis qui natura non peruenit.

LXII. P A P I N I A N V S libro sexto Quæstionum

SI nauis à malæ fidei possessore petatur, &^b fructus æstimandi sunt: vt in taberna & area quæ locari solent. Quod non est ei contrarium quòd de pecunia deposita quam heres non attingit vsuras præstare non cogitur. nam ceteri maximè vectura sicut vsura non natura feruenit^c, sed iure percipitur, tamen ideo vectura desiderari potest, quoniam periculum nauis possessor petitori præstare non debet, cum pecunia periculo dantis fæneretur.

Fructuum æstimatio.

Generaliter autem, cum de fructibus æstimandis quæritur, constat animaduerti debere, non^d an malæ fidei possessor fructurus sit, sed an petitor frui potuerit si ei possidere licuisset. quam sententiam Iulianus quoque probat.

De eo qui litis æstimationem soluit ob culpam suam.

LXIII. I D E M libro duodecimo Quæstionum

SI culpa non fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet æstimationem, audiendus erit à iudice, si desideret vt aduersarius actione^e sua cedat. cum^f tamen prætor auxilium^g quandoque laturus^h sit quolibet alio possidente, nullaⁱ captione adficietur. Ipso quoque qui litis æstimationem perceperit possidente, debet adiuuari. nec facile audiendus erit ille si velit postea pecuniam, quam ex sententia iudicis periculo iudicati recepit, restituere.

LXIII. I D E M libro vicensimo Quæstionum

Cum in rem agitur, eorum quoque^l nomine^m quæ vsui non fructui sunt, restitui fructus certum est.

Possessori debet restitui pretium à domino quod est in eius utilitatem versum cum vsuris, habita tamen fructuum compensatione.

LXV. I D E M libro secundo Responsorum^k

Empstor prædium quod à non domino emit, exceptione doli posita^l, non aliter restituere domino cogetur quam si pecuniam creditori eius solutam qui pignori datum prædium habuit, vsurarumque medijs temporis superfluum receperauerit: scilicet si minus in fructibus ante litem^m perceptis fuit. nam eos vsuris nobis dumtaxat compensari sumptuum in prædium factorum exemplo æquum est.

Species, in qua queritur de dominio propter vindicationem.

Ancillamⁿ quæ non in dotem data sed in peculium^o filie^p concessa est, peculio filie non legato mancipium hereditarium

d *Negationem alij proponunt verbo debere.*

e *actiones suas*
 f *vt tamen*
 g *ex extraordinarijs, id est, actionem in factum, cum hic non sit dominus.*
 h *ei laturus*
 i *vt nulla*

k *definitionura*

l *opposita,*

m *à lite contestata*

n *Ancilla*

rium esse conuenit. Si tamen pater dotis ac peculij contemplatione filiam exheredauit, & ea ratione reddita nihil ei testamento reliquit, aut eo minus legauit: filiam defensio tuebatur voluntatis.

LXVI. PAVLVS libro secundo Quæstionum

Non ideo minus rectè quid nostrum esse vindicabimus^a, quoddam abire à nobis dominium speratur si condicio legati vel libertatis extiterit. a vindicamus

Pecunia inuenta in domo aliena cuius sit.

LXVII. SCAEVOLA libro primo Responsorum

Atutore pupilli domum mercatus ad eius refectionem fabricum induxit: is pecuniam inuenit. quæritur ad quem pertineat. Respondi, si non thesauri^b fuerunt, sed pecunia fortè perditæ vel per errorem ab eo ad quem pertinebat non ablata: nihilo minus eius eam esse cuius fuerat. b thesauri

De eo, qui non restituit arbitrio iudicis.

LXVIII. VLPIANVS libro quinquagesimo primo ad Edictum

Qui restituere iussus iudici non paret contendens non posse restituere, si^c quidem habeat rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur, & fructuum dumtaxat omnisque causæ nomine condemnatio fit. Si verò non potest restituere, si quidem dolo fecit quo minus possit, is quantum aduersarius in litem sine vlla taxatione in infinitum iurauerit damnandus est. Si verò nec potest restituere nec dolo fecit quo minus possit, nō pluris quam quanti^d res est, id est quanti aduersarij interfuit condemnandus est. Hæc^d sententia generalis est: & ad omnia^d siue interdicta siue actiones in rem^e siue in personam sunt, ex quibus arbitrato iudicis quid restituitur, locum habet. e & liquidam

Pæna eius, qui dolo fecit.

LXVIII. PAVLVS libro tertiodécimo ad Sabinum

Is qui dolo fecit quo minus possideret: hoc quoque nomine punitur quoddam actor cauere ei non debet actiones quas eius rei nomine habeat se ei præstaturum.

LXX. POMPONIVS libro vicensimo nono ad Sabinum

Nec quasi Publicianam quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cuiusque sit, per rapinam ab inuito domino rem iusto^f pretio comparare.

LXXI. PAVLVS libro tertio de iure iurato ad Sabinum

Quod si possessor quidem dolo fecit, actor verò iurare non vult, sed quanti res sit aduersarium condemnari maluit, mos ei gerendus est.

d His verbis significat præcedentem sententiã de executione militari manu faciendã, ac de in litem iurando generalè esse et ad omnes actiones pertinere ex quibus arbitrato iudicis quid restituitur.

Cum enim generali verbo usus fuerit, qui restituere, merito adiciat se non rei vindicationem uerbo, sed plerumque alias actiones quibus ad restituendum agitur completi voluisse. Duar. de iur. lit. iur.

e siue in rem f inuito

Species in qua is qui à non domino emit, potior est ipso domino.

LXXII. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum
SI à Titio fundum emeris Sempronij, & tibi traditus sit pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit, & eundem alij vendiderit & tradiderit, æquius est vt tu potior sis. Nam & si ipse venditor eam rem à te peteret, exceptione eum summoueres. Sed & si ipse possideret & tu peteres, aduersus exceptionem dominij replicatione vtereris.

Conuentus rei vindicatione non cogitur respondere, sit dominus in totum vel pro parte necne.

LXXIII. IDEM libro septimodecimo ad Edictum
IN speciali actione non cogitur possessor dicere pro qua parte eius sit: hoc enim petitoris munus est non possessoris. quod & in Publiciana obseruatur. Superficiario^a,

De superficie.

LXXIII. PAVLVS libro vicensimoprimum ad Edictum

ID est qui in alieno solo superficiem ita habet vt certam pensionem præstet,

LXXV. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum
PRætor causa cognita in rem actionem pollicetur.

Vindicatio partis.

LXXVI. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale
QUæ de tota re vindicanda dicta sunt, eadem & de parte intellegenda sunt. officioque iudicis continetur pro modo partis ea quoque restitui iubere, quæ simul cum ipsa parte restitui debent.

Petitio incertæ partis.

Incertæ partis vindicatio datur si iusta causa interueniat. Iusta autem causa esse potest si fortè legi Falcidiæ locus sit in testamento, propter incertam detractionem ex legatis quæ vix apud iudicem examinatur: iustam enim habet ignorantiam legatarius cui homo legatus est, quotam^b partem vindicare debeat: itaque talis^c dabitur actio. eadem & de ceteris rebus intellegemus.

Species, in qua transfertur dominium, & possessio sine traditione.

LXXVII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Edictum

QUædam mulier fundum || ita || non marito donauit per epistolam, & eundem fundum ab eo conduxit. posse^d defendi in rem ei competere, quasi per ipsam adquisierit possessionem veluti per colonam. Proponebatur quod etiam in eo agro qui donabatur fuisset cum epistula emitteretur^a;

^a Alij initium capitis hic constituunt & ex duobus sequentibus verum efficiunt.

^b & ^c hæc sunt quotam tali

^d dixi posse

retur^a: quæ res sufficiebat ad traditam possessionem, licet cōductio non interuenisset.

Fructus percepti qui dicantur.

LXXVIIII. LABEO libro quarto Pithanon à Paulo epitomatorum

SI eius fundi quem alienum possideres fructum non cōgisti, nihil eius fundi fructuum^b nomine te dare oportet. Paulus^c: immò quaritur, huius^d fructus idcirco factus est, quòd is eum suo nomine perceperit. Perceptionē fructus accipere debemus, non^e si perfecti^f collecti, sed etiam cœptis ita percipi vt terra^h continere se fructus desierint, veluti si oliuæ, vuaeⁱ lectæ^k, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum fit, statim enim ipse accepisse fructum existimandus est.

b fructus
c Paulus notat:
d si huus, si eius
e non tantum
f perfectè
g ita percepti
h terram
i vel vuae
k collectæ,

Ad quod tempus præstantur fructus.

LXXVIII. IDEM libro sexto Pithanon à Paulo epitomatorum

SI hominem à me petieris, & is post litem cōtestatam mortuus sit, fructus quoad^l is^m vixerit æstimari oportet. Paulusⁿ: ita id verum esse puto, si non prius is homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ eius inutiles factæ sunt: nam ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus eius temporis nomine æstimari conueniret.

l Paulus notat:
m Paulus ait:

Pæna eius, qui se negat possidere.

LXXX. FURIUS ANTHIANVS libro primo ad Edictum

IN rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere se non possidere, ita^o vt si possit aduersarius cōvincere rem ab aduersario possideri, transferat ad se possessionē per iudicem, licet suam esse non adprobauerit^p.

o ita tamen vt
p probauerit

DE PUBLICIANA IN REM
ACTIONE TIT. II.

Causa actionis Publiciana.

VLPPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

AIT prætor, SI QVIS ID QVOD TRADITVR EX IVSTA CAUSA NON A DOMINO, ET NONDVM VSVCAPTVM PETET, IVDICIVM DABO. Meritò prætor ait NONDVM VSVCAPTVM, nam si vsucaptum est, habet ciuilem actionem, nec desiderat honorariam. Sed cur traditionis dumtaxat & vsucapionis fecit mentionem, cum satis^q multæ sunt iuris partes, quibus dominium quis nancisceretur? vtpote legatum,

q sanè multæ

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

VEL mortis causa donationes factæ: nã^r amissa possessione cōpetit Publiciana, quia ad exēplum legaterū capiuntur.

r nam & hic

III. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

a qui ex iusta

Sunt & alix pleræque. Ait prætor, EX^a IUSTA CAUSA PETET. qui igitur iustam causam traditionis habet, vritur Publiciana. Et non solum emptori bonæ fidei competit Publiciana, sed & alijs: vtputa ei cui dotis nomine tradita res est, ne dum vsucapta: est enim iustissima causa siue ætli nata res in dotem^b data sit, siue non. Item si res ex causa iudicati sit tradita,

b dote data

V IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum
El soluendi causa,

V V. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum
El ex causa nonæ ditionis, siue vera causa sit siue falsa.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

Item si seruum ex causa nonali quia non defendebatur, iussu prætoris duxero & amiserò possessionem, competit mihi Publiciana.

Res iudicata.

VII. VLP IANVS libro sextodecimo ad Edictum

c Sed si res

Sed & si res adjudicata sit, Publiciana actio competit.

d lib. 27.

Si lis fuerit æstimata, similis est venditioni. & ait Iulianus libro vicesimosecundo^d digestorum, si optulit reus æstimationem litis, Publicianam competere.

De furioso.

e Non est initium capiti in Flor. vi qui dam notant.

Marcellus libro septimodecimo digestorum scribit, eum^e qui à furioso ignorans eum furere emit, posse vsucapere. ergo & Publicianam habebit. Sed & si quis ex lucratiuis causis rem accepit, habet Publicianam: quæ etiam aduersus donatorem competit. est enim iustus possessor & peritor qui liberalitatem^f accepit. Si à minore quis emerit ignorans eum minorem esse, habet Publicianam. Sed & si permutatio facta sit, eadem actio competit. Publiciana actio ad instar proprietatis non^g ad^h instar possessionis respicit.

f ex liberalitate

De iureiurando.

Si petenti mihi rem iusiurandum detuleris, egoque iurauero rem meam esse, competit Publiciana mihi, sed aduersus te dumtaxat: ei enim soli nocere debet iusiurandum qui detulit. Sed si possessori delatum erit iusiurandum & iurauerit rem petitoris non esse, aduersus eum solum petentem exceptione vtetur, non vt &^s habeat^h actionem. In Publicianaⁱ actione omnia eadem erunt quæ & in rei vindicatione diximus. Hæc actio & heredi, & in^l honorarijs successoribus competit. Si ego non emero sed seruus meus, habebò Publicianam. Idem est & si procurator meus vel tutor vel curator vel quis alius negotium meum gerens emerit,

g vt etiam habeat

b Quod si rem suam esse iurauerit, allione si factum experietur, si qui detulit iusiurandum, rem possideas l. sed et si possessori, in prin. S. proinde, infra. de Lucrino.

De

De bona fide.

- 6 Prætor ait, **QVI BONA FIDE EMIT.** Nō igitur omnis emptio proderit, sed ea quæ bonam fidem habet. proinde hoc^a sufficit, me bonæ fidei emptorem fuisse, quamuis nō à domino emerim, licet^b ille callido consilio vendiderit: neque enim dolus venditoris mihi nocebit. In hac actione non oberit mihi si successor sum, & dolo feci, cum is in cuius locum successi, bona fide emisset. nec proderit si^c dolo careo, cū emptor cui successi, dolo fecisset. Sed enim si seruus meus emit, dolus eius erit spectandus non meus: vel contra. Publiciana tempus emptionis continet, & ideo neque quod ante emptionem neque quod postea dolo malo factum est, in hac^d actione deduci Pomponio videtur. Bonā autem fidem solius emptoris continet. Vt igitur Publiciana competat, hæc debent concurrere: vt & bona fide quis emerit, & ei res emptæ eo nomine sit tradita. Ceterum ante traditionem, quamuis bonæ fidei quis emptor sit, experiari Publiciana non poterit.
- 9 Iulianus libro septimo digestorum scripsit, traditionem^e rei emptæ oportere bona fide fieri. ideoque si sciens alienam possessionem adprehendit, Publiciana eum experiari nō posse: quia vti capere non poterit. Nec quisquam putet hoc nos existimare, sufficere initio traditionis ignorasse rem alienam, vti^f quis possit Publiciana experiari: sed oportere & tūc^g Lona fide emptorem esse.

VIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Provinciale

DE pretio verò soluto nihil exprimitur. vnde potest coniectura capi, quasi nec sententia prætoris ea sit, vt requiratur an solutum sit pretium.

De traditione.

VIII. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

- 1 **S**ive autem emptori res tradita est siue heredi emptoris, Publiciana competit actio. Si quis rem apud se depositam vel sibi commodatam emerit vel pignori sibi datam, pro tradita erit accipienda, si post emptionem apud eum remansit. Sed & si præcessit traditio emptionem, idem erit dicendū. Item si hereditatem emerit, & traditam mihi rem hereditariā petere velim, Neratius esse scribit Publicianam,

De re à plurius emptæ.

- 2 Si duobus quis separatim vendiderit bona fide emētibus, videamus quis magis Publiciana vti possit: vtrum is cui priori res tradita est, an is^h qui antum emit. Et Iulianus libro septimo digestorum scripsit, vt si quidē ab eodem non domino emerint, prior sit cui priori res tradita est. quod si à diuersis non cōminis, melior causa sit possidentis quàm petentis. quæ sententia vera est. Hæc actio in his quæ vsucapi non possunt,

a hic sufficit
b & illic callido

c & si dolo

d in hanc actionem

e Initium est capitū

f ve quis possit
g Monuit me Deiar.
legāum esse, & hūc,
vt sensus sit, oportere
hunc cui res bona fide
tradita est, bona fide
quoque emisse: qua
emendatio eo mihi ma
gu placet, quod tollit
difficultatē qua ori
tur ex verbo tunc, &
pud Accursio breui
ter complectitur varū
que scriptus quod in eo
disfidat utur qui acce
rit est Publiciana.

h an etiam is

possunt, puta furtiuus vel in seruo fugitiuo, locum non habet. Si seruus hereditarius ante aditam hereditatē aliquam rem emerit, & traditam sibi possessionem amiserit, rectē heres Publiciana utitur, quasi ipse possedisset. Municipēs quoque quorum seruo res tradita est, in eadem erunt condicione:

X. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum
Sive peculiari nomine seruus emerit siue non.

XI. VLPPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Si ego emi & mea voluntate alij res sit tradita, Imperator Seuerus rescriptit, Publicianam illi dandam.

Traditio seruitutum.

Si de usufructu agatur tradito, Publiciana datur. Itemque seruitutibus urbanorum prædiorum per traditionem constitutis vel per patientiam: forte si per domum quis suam passus est aquæductum transduci. item rusticorum: nam & hic traditionem & patientiam tuendam constat.

De re furtiua.

Partus ancillæ furtiuae qui apud bonæ fidei emptorē conceptus est, per hanc actionem petendus est, etiam si ab eo qui emit possessus non est. Sed heres furis hanc actionem non habet: quia vitiorum defuncti successor est. Interdum tamen, licet furtiua mater distracta non sit sed donata ignorantī mihi, & apud me conceperit & pepererit, competit mihi in partu Publiciana ut Iulianus ait: si modò eo tempore quo experiar furtiuam matrem ignorem. Idem Iulianus generaliter dicit, ex qua causa matrem usufrucere possē si furtiua non esset, ex ea causa partum me usufrucere si furtiuam esse matrem ignorabam. Ex omnibus igitur casibus Publicianam habebō. Idem est & si ex partu partus est, & si non natus sed post mortem matris exfecto ventre eius extractus est, ut Pomponius libro quadragesimo scripsit.

De eo quod accedit rei emptæ.

Idem ait, ædibus emptis, si fuerint dirutæ, ea quæ ædificio accesserunt huiusmodi actione petenda. Quod tamen per alluBionem fundo accessit, simile fit ei cui accedit. & ideo si ipse fundus Publiciana peti non potest, non hoc petetur, si autem potest, & ad partem, quæ per alluBionem accessit. & ita Pomponius scribit. Item adicit, & si statuæ emptæ partes recise petantur, similem actionem proficere. Idem scribit, si aream emero & insulam in ea ædificauero, rectē me Publiciana usufrum. Item inquit, si insulam emi & ad aream ea peruenit, æquè potero uti Publiciana.

Iusta causa traditionis.

XII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum
Cum sponsus sponsæ seruum donasset, eumque in dotem accepisset

in partum
 Ergo in donatio
 desideratur bona fidei,
 quo tempore ex-
 peritur. In emptione
 autem, quo tempore res
 emitur ac traditur.
 Ab hoc autem minus
 exigitur, quod ex cau-
 sa uerosi possideat.
 Et quod generaliter
 traditur non solum
 de usufr. ap. infr. tempus
 conceptionis & edi-
 tionis inspicere re-
 stringendum est, cum
 agitur de donatio
 ut & tempus actionis
 proprie spectatur:
 quod si necesse fuit
 illic exprimi ubi de
 usufr. actione tenentur,
 & de actione insitu-
 ta erit disputatio.
 c. causis
 dita Pomponius
 & pars, quæ

accepisset ante vsucapionem, rescriptum est à Diuo Pio, diuortio facto restituendum esse seruum: nam valuisse donationem inter sponsum & sponsam.^a dabitur ergo & possidenti exceptio, & amissa possessione Publiciana: siue extraneus siue donator possideat. Is cui ex Trebelliano hereditas restituta est, etiam si non fuerit nactus possessionem vti potest Publiciana.

a sponsam contra

Veſtigialia pradia.

In veſtigialibus & in aliis prædiis que^b vsucapi non possunt, Publiciana competit, si fortè bona fide mihi tradita sunt. Idè est & si superficiariã insulã à non domino bona fide emero.

b Nisi dominus eam
missa possessionem
adversario, dicitur in-
fecti iure voluerit,
Et per contumaciam
suam passus sit iuberi
à pretore eum posside-
re. l. si finis. §. si de
veſtigialibus. de da.
inse.

Prator non facit contra leges.

- 2 Si res talis sit vt eam lex aut cõstitutio alienari prohibeat, eo casu Publiciana non competit: quia his casibus neminem
3 prator tuetur, ne contra leges faciat. Publiciana actio etiam de infante seruo nondum anniculo vti possumus. Si pro parte quis rem petere^d vult, Publiciana actio vti potest. Sed etiam is qui momento possedit, rectè hac actioe experiretur.

c & si pro
d repetere

Causa Publiciana actionis.

XIII. GAIUS libro septimo ad Edictum Provinciale

- Quæcumque sunt iustæ causæ acquirendarum rerum, si ex his causis nacti res amiserim⁹, dabitur nobis carum rerum
1 persequendarum^e gratia hæc actio. Interdum quibusdam nec ex iustis possessionibus cõpetit Publicianum iudicium. namq; pigneraticiæ & precariæ possessiones iustæ sunt, sed ex his non solet competere tale iudicium: illa scilicet ratione, quia neque creditor neque is qui precario rogauit, eo animo
2 nansciscitur possessionem vt credat se dominum esse. Qui à pupillo emit, probare debet tutore auctore, lege^f non prohibente, se emisse. Sed ||&|| si deceptus falso tutore ||auctore|| emerit, bona fide emisse videtur.

e persequendarum

f & lege non

Frustrà prohibet dominus procuratori, ne rem tradat:

cum res non sit integra.

XIII. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum

Apinianus libro sexto questionum scribit, si quis prohibuit vel denuntiauit ex causa venditionis tradi rem quæ ipsius voluntate à procuratore fuerat distracta, & is nihilo minus tradiderit: emptorem tuebatur prator, siue possideat siue petat^g rem. Sed quod iudicio empti procurator emptori præstiterit, contrario iudicio mandati consequetur. potest enim fieri vt emptori res auferatur ab eo qui venire mandauit, quia per ignorantiam non est vsus exceptione quam debuit opponere: veluti si non^h AVCTOR MEVS IX VOLVNTATE TVA VENDIDIT.

g Preterea tamen si
iure.

h non ex voluntate

a Iudicium capitis est in v. l. c.

b Exceptio est edicti, Publiciana datur proter quã aduersus dominum rei, & huic exceptio meritis copetit cũ est a suo copetrat. l. 1. de superfi. c. b.

c prima de emphyteuti. carius
e De his agris Higinius lib. de limitibus agrorum.

f ciuitatum secundum Iulianum sententiam
g S. ad ed. insit. de locat. & conduct. vnde emphyteute perpetua. xij. vocantur l. 1. C. de locat. prat. ciuit.

h eorum in perpetuam. l. 2. C. de off. com. re. priuata. Possit tamen fundus diuim emphyteusim. ad idem, si non contrahendo hoc exprimitur, no. 7. S. alienationis.

i S. emphyteusim & Nou. no. S. licentiã. h. Quãdiu, in priore membro ponitur: & tandiu, in posteriore. i. priuati, priuatis

k Hoc caput est cõm gendum cum sine priuati, & in ill. gendũ est de iis qui conduxerũt à municipio aliquo et aluitate, qui tamen si non sine emphyteute me habeat omnia iure emphyteutica, hoc tamen habet, ut in v. agere possint, arg. l. 1. de loco publ. f. nou. id quod visitatio publicæ causa comparatum est Quod si quis à priuato quid conduxerit, sed nõ ad modicum tempus, eadẽ actione experietur cũ sit cogitor. l. 2. S. quod ass

prator, de superfi. c. b.

De seruo fugiituo.

XV. POMPONIUS libro tertio ad Sabinum

SI seruus meus cum in fuga sit, rem à non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessione rei tradita per eum nactus non sim.

Exceptio dominij.

XVI. PAPINIANI libro decimo Quæstionum

Paulus¹ notat

EXceptio² iusti dominij Publicianæ obicienda est.

XVII. NERATIVUS libro tertio Membranarum

Publiciana actio nõ ideo comparata est vt res domino auferatur: eiusque rei argumentum est primò^c æquitas, deinde exceptio **SI EA RES POSSESSORIS NON SIT.** sed vt is qui bonã fide emit, possessionemque **|| eius ||** ex causa nactus est, potius rem habeat.

SI AGER VECTIGALIS ID EST^d EMPHYTEUTICARIVS^e PETATUR

TIT. III.

Vtilis in rem actio emphyteute.

PAVLVS libro vicesimo primo ad Edictum

AGRICIUITATIUM^f alij vectigales vocantur, alij non. Vectigales vocantur^g qui in perpetuum locantur: id est hac lege vt tamdiu pro his vectigal pèdatur, quamdiu^h neque ipsis qui conduxerint, neque his qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat. Non vectigales sunt qui ita colendi dantur vt priuatimⁱ agros nostros colendos dare solemus. Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur domini, tamẽ placuit competere eis in rem actionem aduersus quemuis possessorem: sed & aduersus ipsos municipes:

II. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum

ITa tamen si vectigal soluant.

III. PAVLVS libro vicesimo primo ad Edictum

Idem^k est & si ad tempus habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum sit.

LIBER

LIBER SEPTIMVS.

DE VSVFRVCTV ET QVEM-

ADMODVM QVIS VTATVR

FRVATVR.

Vsusfructus quid sit.

PAVLVS libro tertio ad Vitellium



VSUSFRVCTVS est ius alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia.

II. CELSVS libro octauodecimo Digestorū

EST enim vsusfructus ius in corpore, quo sūt lato & ipsum tolli necesse est.

Constitutio vsu fructus.

III. GAIVS libro secundo Rerum cottidianarum vel au eorum

OMnium prædiorum iure legati potest constitui vsusfructus, vt heres iubeatur dare alicui vsumfructum. Dare autem intellegitur, si induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur vtfriui. Et sine testamento autem si quis velit vsumfructum constituere, pactioibus & stipulationibus id efficere potest. Constituitur autem vsusfructus non tantum in fundo & ædibus, verumetiam in seruis & iumentis ceterisque rebus. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates semper abscedente vsufructu, placuit certis modis extingui vsumfructum, & (ad) proprietatem reuerti. Quibus autem modis vsu fructus & constituit & finitur, isdem modis etiam nudus vsus solet & constitui & finiri.

IIII. PAVLVS libro secundo ad Edictum

VSUSFRUCTUS in multis casibus pars dominij est. & exstat quod vel præfens vel ex die dari potest.

Vsusfructus diuisio.

V. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum

VSUSFRUCTUS & ab initio pro parte indiuisa vel diuisa constituitur, & legitimo tempore similiter amitti, eademque ratione per legem Falcidiam minui potest. Reo quoque promittendi defuncto in partes hereditarias vsusfructus obligatio diuiditur. & si ex communi prædio debeatur, vno ex locis defendente, pro parte defendentis fiet restitutio.

Quid iuris habeat fructuaris.

VI. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

VSUSFRUCTUS pluribus modis constituitur: vt ecce, si legatus fuerit. Sed & proprietatis deducto vsufructu legari potest, vt apud heredem maneat vsufructus. Constituitur adhuc vsusfructus & in iudicio familiarum heriscundæ, & communi diuidundo, si iudex alij proprietatem adiudicauerit alij vsum-

a nomine videtur, quod incorporale videtur, vsusfructus relictus in l. 3 de vso fructu. Sed hoc iuris est, vt ex eo pecunia redigatur, in qua consistat vsusfructus.

b constituitur

c Iuxta hoc est qued Cic. ad Cnium l. 7. epi. censet, id eumque esse proprium, quo quisque vivit, & finitur. d & constat. extat i. scriptura repositum.

e ad hoc

vsufructum. Adquiritur autem nobis vsufructus non solum per nosmetipsum, sed etiam per eas quoque personas quas iure nostro subiectas habemus. Nihil autem vetat seruo meo herede instituto, legari proprietatem deducto vsufructu.

VII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Vsufrectu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut rei soli aut rei mobilis vsufructus legatur. Rei soli, ut puta aedium vsufructu legato, quicumque redditus est ad vsufructuarium pertinet: quæque obuentiones sunt ex aedificiis ex areis & ceteris quæcumque aedium sunt. Vnde etiam mitti eum in possessionem vicinarum aedium causa damni infecti placuit: & iure dominij possessorum eas aedes, si perseveretur non caueri: nec quicumquam amittere finito vsufructu. Hac ratione Labeo scribit, nec aedificium licere domino te inuito altius tollere: sicut nec area vsufructu legato potest in area aedificium poni. quam sententiam puto veram.

Onus fructuarij.

Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere quoque eum aedes per arbitrum cogi Celsus scribit. Celsus libro octauodecimo digestorum: hactenus tamen, ut facta tecta habeat. si qua tamen vetustate corruissent, neutrum cogi reficere. sed si heres refecerit, passurum fructuarium uti. Vnde Celsus de modo facta tecta habendi querit, si quæ vetustate corruerunt reficere non cogitur. modica igitur refectio ad eum pertineat, quoniam & alia onera adgnoscat vsufructu legato: ut puta stipendium vel tributum vel salarium vel alimeta ab eas re relicta. & ita Marcellus libro terdecimo scribit. Cassius quoque scribit libro octauo iuris ciuilibus fructuarium per arbitrum cogi reficere, quemadmodum adferere cogitur arbores. & Aristo notat hæc vera esse. Neratius autem libro quarto membranarum ait, non posse fructuarium prohiberi quo minus reficiat: quia nec arare prohiberi potest aut colere. nec solum necessarias refectioes facturum, sed etiam voluptatis causa, ut tectoria & pauimenta & similia facere. neque autem ampliare, nec utile detrudere posse,

VIII. IDEM libro quadragesimo ad Edictum
Vamuis melius repositurus sit. quæ sententia vera est.

Quid ad fructuarium pertineat.

VIII. IDEM libro septimodecimo ad Sabinum

Item si fundi vsufructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est: sic tamen ut boni viri arbitratu fruatur. Nam & Celsus libro octauodecimo digestorum scribit, cogi eum posse recte colere.

a iuri

b rei redditus

c & quæcumque

d i. vt incorrupta ac integri serues ac tueatur, quod vulgè dicunt interueniat. Bud. hic. e neutiquam

† pertinet

f solarium, sicut melius: est autem restigal. quod pro solo penditur. l. 2. infr. ne quid in loco pub.

g 20 eo, lectis Flo. tollit Acc. dubitacionem, hæsitas enim an, ab eo, referatur ad fundum: an ad fructuarium.

h lib. 14.

i subserere

k lib. 3.

linutile

m fructuarium

n lib. 16.

- 1 lere. Et si apes^a in eo fundo sint, earum^b quoque vsusfru-
 2 ctus ad eum pertinet. Sed si lapidicinas habeat, & lapidem
 cedere velit, vel cretifodinas^c habeat vel harenas, omnibus
 his vsurum Sabinus ait, quasi bonum patremfamilias. quam
 sententiam puto veram. Sed^d si hæc metalla post vsufructu
 legatum sint inuenta, cum totius agri relinquatur vsusfru ctus
 3 non partium contineantur legato. Huic vicinus tractatus
 est qui solet in eo quod accessit tractari. & placuit allu Bio-
 nis quoque vsufructum ad fructuariu pertingere. Sed si in-
 sula iuxta fundum in flumine nata sit, eius vsufructum ad
 fructuarium non pertinere Pegasus scribit, licet proprietati
 accedat: esse enim veluti propriu fundu, cuius vsusfructus
 ad te non pertineat. quæ sententia non est sine ratione. Nam
 ubi latitet incrementum, & vsusfructus augetur: ubi autē ap-
 4 paret separatum, fructuario nō accedit. Aucupiorum quo-
 que & venationum reditu Cassius ait libro octauo iuris ci-
 5 uilis ad fructuarium pertinere. ergo & piscationum. Sem-
 inarij^e autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita
 tamen ut & vendere ei & seminare liceat. debet tamen con-
 ferendi agri causa seminariu paratu semper renouare qua-
 si instrumentum agri: ut finito vsufructu domino restitua-
 6 tur. Instru-menti autem fructum habere debet: vendendi
 tamen facultatem^h non habet. Nam & si fundi vsusfructus
 fuerit legatus, & sit ager vnde palo in fundum cuius vsusfru-
 ctus legatus est solebat paterfamilias uti, vel salice vel harun-
 dine, puto fructuarium ha stenus uti posse, ne ex eo vendat:
 nisi fortè salicti eiⁱ vel siluæ palaris vel arundineti vsusfru-
 ctus sit legatus. tunc enim & vendere potest. Nam & Tre-
 batius scribit, siluam cæduam & arundinetum posse fructua-
 riu n cedere sicut paterfamilias cædebat: & vendere; licet pa-
 terfamilias non solebat vèdere, sed ipse uti. ad modum enim
 referendum est non ad qualitatem vtendi.

x. POMPONIUS libro quinto ad Sabinum

EX silua cædua^k pedamenta^l & ramos ex arbore vsufu-
 ctuarium sumpturum. ex non cædua in vineam sumptu-
 rum, dum ne fundum deteriorem faciat.

xI. PAVLVS libro secundo Epitomatorum Alfeni

Digestorum
 SEd^m si grandes arbores essent, non posse eas cedere.

xII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum^o

ARboribus euOlis vel vi ventorum deiectis vsque ad vsu-
 fructum & villæ posse vsufructuarium ferre Labeo ait: nec
 materia eum pro ligno vsurum si habeat vnde vtatur ligno.
 quam sententiam puto veram. alioquin & si totus ager sit
 hunc casum passus, omnes arbores auferret fructuarius. ma-

Pars ij

2 f

teriam

a si lapidea
 b eorum.

c cretifodinas

d Sed si & Florentina
 leatio anterior est: cum
 nulla legatorum ma-
 rio precesserit.

e Seminarijs quo
 modo legisse videntur
 Bud. sed mali.

f Quomodo enim
 instrumentum dicitur
 id sine quo uti ve ali-
 qua commode ad pos-
 sumus: i: a sine semina-
 tio vilis sicut ar-
 boratori aut vitori
 ager esse non potest.
 Bud. hie.

g ut vendendi
 h ius non habent
 i salicti eius

k Cæduta a cæduda.
 i. scandendo ducitur,
 vnde sylua cædua di-
 sta, quid illius arbo-
 res sicutum est scinde-
 re, vel lignorum vel
 materia causa.

l Vitis est fulcimentu,
 Varro lib. 1. c. 8. de re
 rustica.

m sed & si, & si
 n Huc pertinet, qua
 Varro lib. 2. de re
 rust. ca. 4.
 o ad edictum

teriam tamen ipsum succidere, quantum ad villæ refectio-
nem, ^a putat posse: quemadmodum calcē inquit coquere vel
harenam fodere aliudve quid ædificio necessarium sumere. ^b

Nauis v̄sufuctu legato nauigandum ^c mittendam puto, ¹
licet naufragij periculum immincat: nauis etenim ad hoc
paratur vt nauiget. ^d V̄sufuctuarius vel ipse frui ea re, vel ²
alij fruendam concedere vel locare vel vendere potest: nam &
qui locat vtitur, & qui vendit vtitur. || sed & si alij precario
concedat vel donet, puto eum vti: atque ideo retineri v̄sum-
fructum. & hoc Cassius & Pegasus responderunt, & Pom-
ponius libro quinto ex Sabino ^e probat. Non solum autem si
ego locauero, retineo v̄sumfructum, sed & si alius negotium
meum gerens locauerit v̄sumfructum, Iulianus libro trigen-
simo quinto scripsit retinere me v̄sumfructum. Quid tamen
si non locauero, sed absente & ignorante me negotium meū
gerens vtatur quis & fruatur? nihilo minus retineo v̄sumfru-
ctum. quod & Pōponius libro quinto probat per hoc quod
negotiorum gestorum actionem adquisiui.

*Per unum actum singularem retinetur quasi possessio
totius iuris in vniuerso.*

De illo Pomponius dubitat, si fugitiuus ^f in quo me v̄suf- ³
fructus est, stipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionem
accipiat, an per hoc ipsum quasi vtar retineā v̄sumfructum.
magisque admittit retinere. nam sæpe etiam ^h si ^g reseruentibus
seruis non ¹ ytatur, tamen v̄sumfructum retinemus: vt puta
ægotanti seruo vel infanti ^k cuius operæ nullæ sunt vel defe-
ctæ senectutis homin. ¹ nam & si agrum aremus, licet tam ^m
sterilis sit vt nullus fructus nascatur, retinemus ⁿ v̄sumfru-
ctum. Iulianus tamen libro trigesimo quinto digestorum
scribit, etiam si non si ^p tuletur quid seruus fugitiuus, retineri
tamen ^o v̄sumfructum. nam qua ratione inquit retinetur ²
proprietario possessio etiam si in fuga seruus sit, pari ratione
etiam v̄sufuctus retinetur. Idē tractat, quid si quis posses- ⁴
sionem eius nactus sit, an quemadmodum à proprietario
possideri definit, ita etiam v̄sufuctus amittatur. Et primò ^o
quidem ait, posse dici amitti v̄sumfructum: sed licet amitta-
tur, tamen dicendum, quod intra constitutum tempus ex re
fructuarij stipulatus est, fructuario adquiri potest. || Per
quod colligi, posse dici ^p ne quidē si possideatur ab alio amitti
v̄sumfructum, si modò mihi aliquid stipuletur. paruique re-
ferre, ab ^q herede possideatur vel ab alio cui hereditas vendita
sit || vel cui proprietas legata sit, an à prædone: sufficere enim
ad retinendum v̄sumfructum, esse affectum retinere vo-
lentis, & seruum nomine fructuarij aliquid facere. quæ sen-
tentia habet rationem.

^a satis sit, putat
^b sumere potest

^c nauigatum

^d nauigetur.

^e & Sabinus pro-
bant.

^f si supitinus non-
dum ab aliquo pos-
sessus Interpretatio
est contextui inserui,
ne hic locus pugnetes
cum l. i. §. per seruum.
de acquir. possess. ve-
risimilis enim est
compositores Pande-
ctarum huc tantum
eegerere voluisse qua
pertinent ad iustitiam
disputationem de v̄su
fructu. Qua autē ad
possessionem acquirē-
dam vel dominium, sua
loci reseruisse: nā il-
liu quoque verbis alia
addenda fuissent, vt
omnis difficultas sol-
ueretur, vt apparet ex
l. per eū. de acq. poss.
^g mihi v̄sufuctus
^h & presentibus
ⁱ licet non vtatur,
^k infante, cuius
^l homine Hi omnes
obliqui leguntur in
geniuis in alia qui-
busdam codicib.
^m ita sterilis
ⁿ retinemus tamen
^o Et Pomponius
^p dicit, didici
^q an ab herede

Fructus non efficiuntur fructuarij nisi ab eo vel ab alio eius nomine sepatentur à terra, & ideo actiones competentes domino ei non competunt.

- 5 Iulianus libro trigesimo quinto *digestorum* tractat, si fur decerpserit vel defecuerit fructus maturos pendentes, cui conditione teneatur, domino fundi an fructuario. & putat quoniam fructus non fiunt fructuarij nisi ab eo percipiatur, licet^a ab alio terra^b sepatentur, magis proprietario conditionem competere: fructuario autem furti actionem, quoniam interfuit eius fructus non esse ablatos. Marcellus autem mouetur eo quòd si postea fructus istos nactus fuerit fructuarius, fortassis fiant eius. nam si fiunt, qua ratione hoc euenit, nisi ea vt interim fierent proprietarij? mox adprehensi fructuarij efficiuntur: exemplo rei sub conditione legatae, quae interim heredis est: existente autem conditione ad legatarium transit: verum est enim conditionem competere proprietario. Cum autem in pendenti est dominium, vt ipse Iulianus ait in fetu qui summittitur, & in eo quod seruus fructuarius per traditionem accepit nondum quidem pretio soluto, sed tamen ab eo satisfacto, dicendum est conditionem pendere, magisque^b in pendenti esse dominium.^c

a si ab alio terra
+ sepatentur.

b magis quàm melior est Florēt. quoniam se interpretor, quia dominium pendens conditionis quoque, quae ex dominio proficitur, pendens: ac proinde non est affirmandum sic ut dominium. d lib. 35. Digest.

Satisfactio.

XIII. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum

- SI cuius rei vsusfructus legatus erit, dominus potest in ea re satisfactionem desiderare, vt officio iudicis hoc fiat: nam sicuti debet fructuarius vtifruui, ita & proprietatis dominus securus esse debet de proprietate. Hæc autem ad omnem vsufructum pertinere Iulianus libro trigesimo octauo^d *digestorum* probat. *Si vsusfructus legatus sit, non prius dandam actionem vsufructuario quàm satisfecerit, se boni viri arbitrato vsurumfruiturum. sed & si plures sint à quibus vsufructus relictus est, singulis satisfdari oportet.* Cum igitur de vsufructu agitur, non solum quod factum est arbitratur, sed etiam in futurum quemadmodum vtifruui debet. De præteritis autem damnis fructuarius etiam lege Aquilia tenetur, & interdicto quod vi aut clam, vt Iulianus ait. nam fructuarium quoque teneri his actionibus, necnon furti, certum est: sicut quemlibet alium qui in aliena re tale quid commiserit.

Actio legis Aquiliae.

Denique consultus, quo^e bonum fuit actionem polliceri prætorem, cum competat legis^f Aquiliae actio, respondit, quia sunt casus quibus^g cessat Aquiliae actio, ideo^h iudicem dari vt eius arbitrato vtatur.ⁱ nam^k qui agrum non proscindit, qui vites non subserit, item aquarum ductus conrumpi

e quod bonum fuit
f ex lege Aquilia
g in quibus
h & ideo iudicium
i vtatur, fruatur.
k nam quia, qui. vi-
siosa est hac lectio.

patitur, lege Aquilia non tenetur. Eadem & in vsuario dicēda sunt. Sed si inter duos fructuarios sit controuersia, Iulianus libro trigentesimo octauo^a digestorum scribit, æquissimum esse quasi communi diuidendo^b iudicium dari: vel stipulatione inter se eos cauere, qualiter fruantur. Cur enim inquit Iulianus, ad arma & rixam procedere patiatur prætor quos potest iurisdictione sua componere? quam sententiam Celsus quoque libro vicentesimo^c digestorum probat, & ego puto veram. Fructuarius causam proprietatis deteriorē facere non debet: meliorem facere potest. Et^d aut fundi est vsus fructus legatus, ^e & non debet neque arbores frugiferas excidere neque villam diruere nec quicquam facere in perniciem proprietatis: Et si fortē voluptate^f fuit prædium viridaria^g vel gestationes vel deambulationes arboribus infructuosis opacas atque amœnas, habens, non debebit dei Ecere, vt fortē hortos olitorios faciat vel aliud quid quod ad redditum spectat. Inde est quæsitum, an lapidicinas vel cretifodinas vel harenifodinas ipse instituere possit. Et^h egoⁱ puto etiam ipsum instituere posse, si non agri partem necessariam huic rei occupaturus^h est. Proinde venasⁱ quoque lapidicinarum, & huiusmodi metallorum inquirere poterit. ergo & auri & argenti & sulphuris & æris & ferri & ceterorum fodinas vel quas paterfamilias instituit exercere poterit, vel ipse instituire, si nihil agriculturæ nocebit. Et si fortē in hoc quod instituit, plus redditus sit quàm in vineis vel arbustis vel oliuetis quæ fuerunt, forsitan etiam hæc dei Ecere poterit: siquidem ei permittitur meliorare proprietatem. Si tamen quæ instituit vsufructuarius, aut cælum corrumpant agri, aut magnum apparatus sint desideratura opificum fortē vel legulorum,^k quæ^l non potest sustinere proprietarius, non videbitur viri boni arbitratu frui. sed nec ædificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit. Sed si ædium vsufructus legatus sit, Nerua filius & lumina immittere eum posse ait. sed & colores & picturas & marmora poterit & figilla & si quid ad domus ornatum.^m Sed neque diætas transformare vel coniungere aut separare ei permittetur: vel aditus posticæ (vt vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, vel viridaria ad alium modum conuertere: excolere enim quod inuenit potest qualitate ædium non immutata. ⁿ Item^o Nerua eum cui ædium vsufructus legatus sit, altius tollere non posse, quamuis lumina non obscurantur: ^p quia tectum magis turbatur. quod Labeo etiam in præprietatis domino scribit. idem Nerua nec obstruere eum posse. Item si domus vsufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet: nec per cenacu-

a lib. 35. Dige.

b iudicio iudicium

c lib. 28. 30. Digest.

d ita si, & is enim

e legatus est, aut alterius rei, & vsuoluptarium, foris voluptate
g viridaria, viridaria,

h occupet, i si venas lapidicinarum

k figulorum, Cato de re rust. agens de olea legenda legules eos vocat, qui olea legunt. Sic & Varro. li. 5. de ling. Lat. pro quo homines lingue Latine imperiti male substituerunt figulorum. l quem non m ornatu pertinet.

n non mutata, o inde Nerua p obstruantur

cenacula^a diuidere domū. atquin locare potest: sed oportebit quasi domū locare: nec Valineum ibi faciendū est. Quod autem dicit^b meritoria non facturum, *ita*^c accipe, quæ Volgo d' Euerforia vel fullonica appellant. Ego quidem & si Valineum sit in domo vsibus dominicis solitū vacare in intima^c parte domus, ^d vel inter diætas a moenas, non rectè nec ex boni viri arbitratu facturum, si id locare cœperit vt publicè lauet: non magis quàm si domum ad stationem iumentorum locauerit: aut si stabulum quod erat domus iumentis & caruchis vacans, pristino locauerit.

L XIII. PAVLV S libro tertio ad Sabinum
Licet multo minus ex ea refructum^c percipiat.

XV. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

S Ed^f si quid inædificauerit, postea eum neque tollere hoc neque refingere^g posse. refixa planè posse vindicare. ^h Mancipiorum quoque vsusfructusⁱ legato non debet abuti, sed secundum condicionem^k eorum uti. Nam si librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat, histrionem balnatores faciat, vel desymphonia^l atrientem, vel de palæstra stercoreandis^m latrinis præponat, abuti videbitur proprietate. Sufficiens autem alere & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus modicis modum eum tenere debere ne sua feritate vel sauitia ea corrumpat. alioquin etiam lege Aquilia eum conueniri. Et si vestimentorum vsusfructus legatus sit, nonⁿ sicut quantitatis vsusfructus legetur, dicendum est ita uti eum debere, ne abutatur. nec tamen locaturum, quia vir bonus ita non vteretur. Proinde & si scænicæ vestis vsusfructus legetur vel aulæ^o vel alterius apparatus, alibi quàm in scæna non vteretur. Sed an & locare possit, videndum est. & puto locaturum. & licet testator commodare non locare fuerit solitus, tamen ipsum fructuarium locaturum tam scænicam quàm funebrem vestem. Proprietatis dominus non debet impedire fructuarium *ita*^c vtemem, ne deteriorem eius condicionem faciat. De quibusdam planè dubitatur, si eum uti prohibeat, an iure id faciat. vtputa dolEis, ^p si fortè fundi vsusfructus sit legatus. & putant quidam & si defossa sint uti prohibendum. idem & in seriis & *in*^q cuppis & *in*^r cadis & amphoris putant. idem & in specularibus^q si domus vsusfructus legetur. Sed^s ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum fundi vel domus contineri. Sed nec seruitutem imponere fundo potest proprietarius, nec amittere seruitutem. Acquirere planè seruitutem eum posse etiam inuito fructuario, Iulianus scripsit. Quibus consequenter fructuarium qui-

^a Loca aliora domus sunt, ad quæ scælia, aut cochleis ascenditur: quæ iacch. baste niores & inquilinis vsusfructuarium vt locare posse vniuersam domum, in districte ducllemq; locacionibus cenaculam cubiculatimq; non posse: quod sine domus incommodo fieri non potest, quæ a domus vniuersa forma ad cenaculam transferretur. *Uod. hic.*

^b dicitur
^c vltima
^d domi,
^e fructuum
^f Sed & u
^g refingere
^h eum vindicare
ⁱ vsusfructu
^k Eadem condicionis seruatorum differt. in *tr. lib. Arist. lib. a. politic. c. q.*
^l symphonia
^m extergendis, stercoreandis agris, *certè Florent. lectio corrupta est.*

ⁿ non quemadmodum si

^o velut aulæ, vel aulæ aureæ

^p doliis

^q A Lapide speculari: dicitur autem speculatio, quibus fenestras hiatus ostendebantur ad resuscitandam lucem, quæ tamen exemplaria erant, vt, cum liberis, auferrentur, aut quibus pars quaedam domus ad voluptatem operiebatur. Variam enim usum specularis præstabant. *Uod. hic Accur. verò ineptit.*
^r sed & cgs

dem acquirere fundo seruitutē non potest: retinere autē potest. & si fortē fuerint nō vtente fructuario amissæ, hoc quoque nomine tenebitur. Proprietatis dominus ne quidem cōsentiente fructuario seruitutem imponere potest: ^a

a Quis nō habet totum ius ea de re statuendi, vsu fructus enim illi deest: nemo autem potest fundo seruitutem imponere, nisi qui dominus omnium est l. i. commun. pradior. infr. nec quidquā refert quod est dominus proprietatis. l. 25. de verbo figui. & fructuarij causa deterior non fit qui consensit. supr. §. proprietatis. & huic quoque pacisci licet l. pacifis. supr. de pacif. ius suum vel solū vel pro parte remittere l. pen. C. de pacif. hac enim omnia dominiū plenum non transferunt. sane obligatio personalis cōtra vtrūque hinc uascetur, & si fundus alienatus fit, seruius cum non sequetur.

b nisi per quam c sed fauore d probat,

XVI. PAVLV S libro tertio ad Sabinum

Nisi^b qua deterior fructuarij condicio non fiat: veluti si talem seruitutem vicino concesserit, ius sibi non esse altius tollere.

XVII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

Locum autem religiosum facere potest consentiente vsu fructuario. & hoc verum est fauore religionis. sed interdum & solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest. finge enim eum testatorem inferre, cum non esset tam oportune vbi sepeliretur. Ex eo ne deteriorem conditionem fructuarij faciat proprietarius, solet quæri an seruum dominus coercere possit. Et Aristo apud T Cassium notat, ^d plenissimam eum coercitionem habere, si modò sine dolo malo faciat: quamuis vsufructuarius nec contrariis quidem ministeriis aut inuitatis artificium eius corrumpere possit: nec seruum cicatricibus deformare. Proprietarius autem ² & seruum noxæ dedere poterit, si hoc sine dolo malo faciat: quoniam noxæ deditio iure non peremit vsu fructum: non magis quàm vsucapio proprietatis quæ post constitutum vsu fructum contingit. Debebit planè denegari vsu fructus persecutio, si ei qui noxæ accepit litis æstimatio non offeratur à fructuario. Si quis seruum occiderit, vtilem ³ actionem ex eo. p. lo Aquiliæ fructuario dandam numquam dubita Bi.

XVIII. PAVLV S libro tertio ad Sabinum

Agri vsufructu legato, in locum demortuarum arborum alia substituendæ sunt: & priores ad fructuarium pertinent.

XVIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

Proculus putat insulam posse ita legari, vt ei seruitus imponatur quæ alteri insulæ hereditariæ debeatur, hoc modo: SI ILLE HEREDI MEO PROMISERIT PER SE NON FORE QVO ALTIUS EAEDIFICIA TOLLANTVR, TVM ^b EI ^c EORVM AEDIFICIORVM VSVMERVCTVM DO LEGO. vel sic, AEDIVM ILLARVM, QVO AD ALTIUS QVAM ^b VTI ^c NVNC SVNT AEDIFICATAE NON ERVNT, ILLI ^c VSVMERVCTVM DO LEGO. Si arbores vento delectas dominus nō tollat, per quod incommodior ^{is} sit vsu fructus, vel iter: suis actionibus vsufructuario cum eo experiendum.

e illius

Quomodo

Quomodo legetur vsusfructus.

XX. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

SI quis ita legauerit, FRUCTVS ANNOS FVNDI CORNELIANI GAIO MAEVIO DO LEGO: perinde accipi debet hic sermo ac si vsusfructus fundi esset legatus.

*De seruo fructuario.*XXI. IDEM libro septimodecimo ad Sabinum^a

a ad edictum

SI serui vsusfructus sit legatus, quidquid ||is ex|| opera sua adquiret vel ex re fructuarij, ad eū pertinet: siue stipuletur siue ei possessio fuerit tradita. Si verò heres institutus sit vel legatum acceperit, Labeo distinguit cuius gratia vel heres instituitur vel legatum acceperit.

XXII. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum

SEd & si quid donetur seruo in quo vsusfructus alterius est, quæritur quid fieri oporteat. Et in omnibus istis, si quidem^b contemplatione fructuarij ||aliquid|| ei relictum vel donatum est, ipsi acquiret: sin verò proprietarij, ||proprietario: || si ipsius^d serui, acquiretur domino. nec distinguimus vnde cognitum eum & cuius merito habuit qui donauit vel reliquit. Sed & si conditionis implendæ causâ quid seruus fructuarius consequatur, & contiterit cōtemplatione fructuarij eam conditionem adscriptam, dicendum est ipsi adquiri: nam & in mortis causâ donatione idem dicendum est.

b si quid

c acquiretur

d siue ipsius

XXIII. IDEM libro septimodecimo ad Sabinum^e

e ad edictum

SEd^f sicuti stipulâdo fructuario adquiret, ita etiâ paciscêdo eū adquirere exceptione fructuario, Iulianus libro trigésimo^g digestorū scribit. Idemq; & si acceptū rogauerit, liberatione ei parere. Quoniâ autē dixim^g, quod ex operis adquiretur ad fructuarium pertinere, sciendū est etiâ cogendū eum operari: etenim modicam quoq; castigacione fructuario cōpetere Sabinus respondit, & Cassius libro octauo^h iuris ciuilis scripsit. viⁱ neque torqueat, neque flagellis cædat.

f sed & sicuti

g lib. 35. Digest.

h lib. 7. iuris

i vt neque torqueat.

XXIII. PAVLVVS libro decimo ad Sabinum

SI quis donatur V Sufuctuario, spopōderit seruo in quem vsusfructum habet stipulanti, ipsi vsusfructuario obligabitur: quia vt ei seruus talis stipulari possit, vsitatum est.

XXV. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

k si quis stipuletur
l fructuarijs

SEd & si quid^k stipuletur sibi aut Stichō seruo fructuario^l donandi causâ, dum vult fructuario prestatum, dicendum, si ei soluatur, fructuario adquiri.

Acquisitio in pendenti.

Interdū tamen in pendēti est, cui adquirat iste fructuarius seruus: vt puta ||si|| seruū emit, & per traditionē accepit nec dū pretium nūmerauit, sed tantummodo pro eo fecit satis: interim cuius sit queritur. Et Iulianus libro trigensimoquin-

to digestorum scripsit, in pendēti esse dominium eius & numerationem pretij declaraturam cuius sit. Nam si ex re fructuarij, retro fructuari, fuisse. Idemque est & si fortē stipulatus sit seruus, numeraturus pecuniam: nam numeratio declaravit cui sit adquisita stipulatio. ergo ostendimus in pendenti esse dominium donec pretium numeretur. Quid ergo si amisso vsufructu tunc pretium numeretur? Iulianus^a quidem libro trigesimo quinto digestorum scripsit, adhuc interesse vnde sit pretium numeratum. Marcellus verò & Mauricianus,^b amisso vsufructu iam putant dominium ad quietum proprietatis domino. sed Iuliani sententia humanior est. Quod si ex re vtriusque pretium fuerit solutum, ad vtrūque dominium pertinere Iulianus scripsit: scilicet pro rata pretij soluti. Quid tamen si fortē simul soluerit ex re vtriusque? vt puta decem milia pretij nomine debebat, & dena soluit ex re singulorum: cui magis seruus adquirat? Si numeratione soluit, intererit cuius priores nummos soluat: nam quos postea soluerit, aut vindicavit, aut, si fuerint nummi consumpti, ad conditionem pertinent. si verò simul in sacculo soluit, nihil fecit accipientis. & ideo nondum adquisisse quisquam dominium videtur: quia cum plus pretium^c soluit seruus, non faciet nummos accipientis. Si operas suas iste seruus locauerit, & in annos singulos certum aliquid stipuletur, eorū quidem annorum stipulatio quibus vsufructus mansit, acquiratur fructuario: sequentiū verò stipulatio ad proprietarium transit semel^d adquisita fructuario: quamuis non soleat stipulatio semel cui quæsitā ad alium transire, nisi ad heredem vel adrogatorem. Proinde si fortē vsufructus in annos singulos fuerit legatus, & iste seruus operas suas locauit, & stipulatus est vt supra scriptum est, prout capitū minutione^e amissus fuerit vsufructus, mox restitutus, ambulabit stipulatio. profecta; ad heredem redibit ad fructuarium. Quæstionis est, an id quod acquiri fructuario nō potest, proprietario acquiratur. Et Iulianus quidem libro trigesimo quinto digestorum scripsit, quod fructuario acquiri non potest, proprietario quæri. Deniq; scribit eum qui ex re fructuarij stipuletur nominatim proprietario, vel iussu eius, ipsi acquirere. Contra autem nihil agit si nō ex re fructuarij nec ex operis suis fructuario stipuletur. Seruus fructuarius si vsufructum in se dari stipuletur, aut sine nomine, aut nominatim proprietario, ipsi proprietario^l acquirat ex eplo serui cōmunis: qui stipulatio re alteri ex dominis cuius res est, nihil agit, quoniam rem suam stipulando quis nihil agit: alteri stipulatio acquirat solidum. Idem Iulianus eodē libro scripsit, si seruo fructuarius operas eius locauerat, nihil agit. nā & si ex

^a Iulianusque^b Martians,^c pretio plus^d vel semel^e diminutione
f restituitur, & ambulabit^g lib. 25. Dige.

2

3

4

5

re mea

re mea inquit à me stipulatus sit, nihil agit: non magis quam seruus alienus bona fide mihi seruiens, idem agendo, domino quicquam acquirit. Simili modo ait, ne quidem si rem meam à me fructuario conducatur, me non obligauit. Et regulariter definiit, quod quis ab alio stipulando mihi acquirit, id à me stipulando nihil agit. nisi fortè inquit nominatim domino suo stipuletur à me, vel conducatur. Si duos fructuarios proponas,^a & ex alterius re seruus sit stipulatus, queritur, vtrum totum an pro parte qua habet vsumfructum, ei quaeratur. nam & in duobus bonæ fidei possessoribus hoc idem est apud Scaeuolam agitatum libro secundo quaestionum. Et ait vulgo creditum, rationemque hoc facere vt si ex re alterius stipuletur, partem ei dumtaxat quaeri, partem domino. quod si nominatim sit stipulatus, nec dubitari debere quin adiecto nomine solidum ei quaeratur. Idemque ait, & si iussu eius stipuletur: quoniam iussum pro nomine accipimus. Idem & in fructuariis erit dicendum, vt quo casu non totum acquireretur fructuario, proprietatis domino erit quaesitum: quoniam ex re fructuarij quaeri ei posse ostendimus. Quod autem diximus, ex re fructuarij vel ex operis posse acquirere: b vt tunc locum habeat, quotiens iure legati vsusfructus sit constitutus, an & si per traditionem vel stipulationem vel alium quemcumque^c modum, videndum. Et vera est Pegasi sententia, quam & Iulianus libro sextodecimo^d secutus est, omnia fructuario adquiri.

XXVI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

SI operas suas locauerit seruus fructuarius, & inperfecto tempore locationis vsusfructus interierit, quod superest, ad proprietarium pertinebit. Sed etsi ab initio certam summam propter operas^e certas stipulatus fuerit, capite deminuto eo, idem dicendum est.

Fructus pendentes.

XXVII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum

SI pendentes fructus iam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si die legati cedente adhuc pendentes deprehendisset: nam & stantes^f fructus ad fructuarium pertinent. Si dominus solitus fuit tabernis ad merces suas vti vel ad negotiationem, utique permittetur fructuario locare eas & ad alias merces. & illud^h solum obseruandum, ne vel abutatur vsufructuarius, vel contumeliose iniuriose vtatur vsufructu. Si serui vsusfructus legatus est cuius testator quasi ministerio^k vacuo vtatur, si eum disciplinis vel arte instituerit vsufructuarius, arte eius vel pericia vtetur.

Quæ onera subit fructuarius.

3 Si quid cloacari,^l nomine debeatur, vel si quid obfermam

2 f v aquæ

a ponas, & ex

b acquirit

c quem modum
d li. 17. secutus est.

e operas suas certas

f extantes fructus

g vel ad alias

h istud

i vsufructu

k intelligit ministerio

mediocri, quod

nihil precipuum ha-

beret, in quo seruus

suum uicere possit.

vsuabatur autem in

uencendo, torquendo,

rogando, ligna defec-

tando, & alijs eius

generis officijs.

l cloacarum

a qui per agrum

aqueductus quæ^a per agrum transit pendatur, ad onus fructuarij pertinebit. sed & si quid ad collationem vię, puto hoc quoque fructuarium subiturum. ergo & quod ob transitum exercitus, confertur ex fructibus: sed & si quid municipio,^b nam solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere, solent & fisco futiones^c præstare: hæc onera ad fructuarium pertinebunt. Si qua seruitus imposta est fundo, necesse habebit fructuarius sustinere. vnde & si per stipulationem seruitus debeat, idem puto dicendum. Sed etsi seruus sub pœna emptus sit interdictis certis quibusdam, an si vsusfructus eius fuerit legatus, obseruare hæc fructuarius debeat? & puto debere eum obseruare. alioquin non Voni viri arbitrato vitur^d & fruitur.

In numismatibus potest constitui verus vsusfructus: quia vsu non consumuntur.

XXVIII. POMPONIUS libro quinto ad Sabinum

d Qui inuisis non est, si quo apponitur loco ponatur. arg. l. si quis. inf. hoc titulo.

NOmismatum aureorum vel argenteorum veterum quibus pro gemmis uti solent, vsusfructus^d legari potest.

XXVIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum

e Cellus lib. 2. Digest. & Iulia. lib. 10.

OMnium bonorum vsusfructum posse legari nisi excedat dodrantis æstimationem Celsus^e libro trigesimo secundo digestorum, & Iulianus libro sexagesimo primo scribit. & est verius.

XXX. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

f alterarum g Bud. manus legi obstruere, cui suffragantur nonnulli codices.

SI is qui binas ædes habeat, aliarum^f vsusfructum legauerit, posse heredem Marcellus scribit alteras altius tollendo obscurare^g luminibus: quoniam habitari potest etiam obscuratis ædibus. quod vsque adeo temperandum est, ut nō in totum ædes obscurentur: sed modicum lumen quod habitantibus sufficit habeant.

XXXI. IDEM libro decimo ad Sabinum

h Cap. 9. de ser. vrban. prad.

EX^h re fructuarij etiam id intellegitur, quod ei fructuarius donauerit concefferitve, vel ex administratione rerum eius compendij seruus fecerit.

XXXII. POMPONIUS libro trigesimotertio ad Sabinum

i binas. su sequere possit Florent.

SI quis vnasⁱ ædes quas solas habet vel fundum tradit, excipere potest id quod personæ non prædij est: veluti vsus & vsusfructum. Sed & si excipiat ut pascere sibi vel inhabitare liceat, valet exceptio: cū ex multis saltibus pastione fructus perciperetur. Et habitationis exceptione siue temporali^k siue vsque ad mortem eius qui excepit, vsus videtur exceptus.

k temporalis

XXXIII. PAPINIANVS libro septimo *decimo*

Quæſtionum

SI^a Titio fructus, Mæuio proprietas legata fit, & viuo testatore Titius decedat, nihil apud scriptum heredem relinquatur. & id Neratius quoque respondit.

a Coniuge l. Mæuius. S. fundo de leg. 2.

ius accrescendi.

1 Vsumfructum in quibusdam casibus non partis^b effectum optinere conuenit. vnde si fundi vel fructus portio petatur, & absolute secuta postea pars altera quæ adcreuit vindicetur, in lite^c quidem proprietatis^d iudicatæ rei exceptionem obſtare, in fructus verò non obſtare, scribit Iulianus: quoniam portio fundi velut alluBio portioni, personæ fructus^e adcreſceret.

b proprietatis

*c in litem
d partis*

e vsumfructus

XXXIII. IULIANVS libro trigesimo quinto

Digestorum

Quotiens duobus vsumfructus legatur ita vt alternis annis vtantur fruantur, si quidem ita legatus fuerit, **TITIO ET MÆVIO**: potest dici priori^f Titio, deinde Mæuio legatum datum. Si verò duo eiusdem nominis fuerint, & ita scriptum fuerit, **TITIIVS VSVFRVCTVM ALTERNIS ANNIS DO**:^h nisi consenserint vter eorum prior vtatur, inuicem sibiⁱ impediunt. Quòd si Titius eo anno quo frueretur, proprietatem accepisset, interim legatum non habebit: sed ad Mæuium alternis annis vsumfructus pertinebit. & si Titius proprietatem alienasset, habebit cum vsumfructum. quia & si sub conditione vsumfructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab herede accepero, pendente autem conditione eandem alienauero, ad legatum admittar.

f prius priori, scilicet, anno. Isque planior est l. Titio Florent. anim. aquæ facile prius ad annu referatur.

g Titius integritas est Florent.

h Imponunt qui notant Florentiæ legi do sibi

i se impediunt.

1 Si colono tuo vsumfructum fundi legaueris, vsumfructum vindicauit, & cum herede tuo ager ex conducto. & consequetur vt neque mercedes præſtet, & impensas quas in culturam fecerat recipiat. Vniuersorum Vonorum an singularium^k rerum vsumfructus legetur, hæctenus interessè puto, quòd si ædes incensæ fuerint, vsumfructus specialiter adium legatus peti non potest: bonorum autem vsumfructu legato, aræ vsumfructus peti poterit: quoniam qui bonorum suorum vsumfructum legat, non solum eorum quæ in specie sunt, sed & substantiæ omnis vsumfructum legare videtur: in substantia autem bonorum etiam area est.

k singularium

XXXV. IDEM libro primo ad Vrſeium Ferocem

SI vsumfructus legatus est, sed^l heres scriptus ob hoc tardius adit vt tardius ad legatum perueniretur, hoc quoque præſtabitur, vt Sabino placuit. Vsumfructus serui mihi legatus est: isque cum ego vtifruui dedissem, liber esse iussus est: deinde ego ab herede estimatione legati tuli, nihilo magis eum liberum

l & hæres

liberum

liberum fore Sabinus respondit. Namque videri me utifruui homine, pro quo aliquam rem habeam. condicionem autem eius libertatis eandem manere: ita ut mortis meae, aut capitis deminutionis interuentu liber futurus esset.

XXXVI. AFRICANVS libro quinto Quaestionum

Qui usufructum areae legauerat, insulam ibi aedificauit: ea viuo eo decidit vel deuista est: usufructum deberi existimabit. Contra autem non idem iuris esse, si insulae usufructu legato area deinde insula facta sit^a. Idemque esse & si scVphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta, & iterum scVphi. licet enim pristina qualitas scVphorum restituta sit, non tamen illos esse quorum usufructus legatus sit.

^a Rei enim mutatione interit usufructus. J. repesi. §. rei. infra quib. mod. usufr. vel usus amitt.

Exceptio usufructus.

Stipulatus sum de Titio fundum Cornelianum detracto¹ usufructu: Titius decessit. quaesitum est, quid mihi heredem eius praestare oportet. Respondit, referre qua mente usufructus exceptus sit: nam si quidem hoc actum est, ut in cuiuslibet persona usufructus constitueretur, solam proprietatem heredem debitorum. ^b sin autem id actum sit, ut promissori dumtaxat usufructus reciperetur, plenam proprietatem heredem eius de Viturum. ^c Hoc ita se habere manifestius in causa legatorum apparere. etenim si heres, ^d a quo detracto usufructu proprietas legata sit, prius quam ex testamento ageretur decesserit, minus dubitandum, quin heres eius plenam proprietatem sit de Viturus. Idemque & si sub condicione similiter legatus^e sit, & pendente condicione heres decessit.

^b datorum.

^e datorum.

^d heres eius,

^e legatum

Aestimatio usufructus ob moram heredis.

Usufructus serui^f Titio legatus est: cum^g per heredem² staret quo minus praestaretur, teruus mortuus est. aliud dici non posse ait quam in id obligatum esse heredem, quanti legatarij interfit moram factam non esse. ut scilicet ex eo tempore in diem in quo seruus sit mortuus, usufructus aestimetur. Cui illud quoque consequens esse, ^h ut si ipse Titius moriatur, similiter ex eo tempore quo mora sit facta, in diem mortis aestimatio usufructus heredi eius praestaretur.

XXXVII. IDEM libro septimo Quaestionum

Quaesitum est, si cum in annos decem proximos usufructum de te dari stipulatus essem, per te steterit quo minus dares, & quinquennium transferit, quid iuris sit. Item si Stichi decem annorum proximorum operas de te dari stipulatus sim, & similiter quinquennium praeterijt. Respondit, eius temporis usufructum & operas recte peti, quod per te transactum^h est quo minus darentur.

^f Seruo quid si ita legas, vix erit ut consilium cum l. vi. C. de usufr. usque recte mouet Acc. sequendam esse Flor. lectionem. ^g & cum per ^h consequens sit

factum est

Quomodo

Quomodo retinetur vsusfructus.

XXXVIII. MARCIANVS libro tertio Institutionum

Non vtitur vsusfructuarius, si nec ipse vtatur nec nomine eius alius: puta qui emit vel qui conduxit vel cui donatus est vel qui negotium eius gerit.^a Planè illud interest, quòd si ^{a eius gessit} vendidero vsusfructum, etiam si emptor non vtatur, videor vsusfructum retinere:

XXXVIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

Quia qui pretio fruitur, non minus habere intellegitur quàm qui principali re vtiturfruitur.

Quod si donauero, non aliàs retineo nisi^b ille vtatur.

^{b nisi si ille}

XLI. IDEM libro septimo Institutionum

Staturæ & imaginis vsusfructum posse relinqui magis est: quia & ipsæ habent^c aliquam^d vtilitatem, si quo loco oportuno ponantur. Licet prædia quædam talia sint vt magis in ea impendamus quàm de illis adquiramus, tamen vsusfructus eorum relinqui potest.

XLII. FLORENTINVS libro vndecimo Institutionum

Si alij vsus alij fructus eiusdem rei legetur, id percipiet fructuarius quòd vsuario supererit. nec minus^e & ipse fruendi causa & vsus habebit. Rerum an æstimationis vsusfructus tibi legetur, interest. Nam si quidem rerum legetur, deducto eo quod præterea tibi legatum est, ^eex^f reliquis bonis vsusfructum ferès. Sin autem æstimationis vsusfructus^g legatus est, id quoque æstimabitur quod præterea tibi legatum est. Nam sæpius idem legando non ampliat testator legatum. re autem legata, etiam æstimationem eius legando ampliare legatum possumus.

XLIII. VLPIANVS libro septimo Regularum

Etiam partis bonorum vsusfructus legari potest. Si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur.

XLIII. NERATIVS libro tertio Membranarum

Vsusfructuarius nouum tectorium^c parietibus qui rudes fuissent, imponere non potest: quia tametsi meliorem excolendo ædificium domini causam facturum esset, non tamen id iure^d suo facere potest. aliudque est tueri quod accepisset, an^e nouum faceret.

<sup>c De re Rustic. Vi-
tr. lib. 7. de Architec.</sup><sup>d i. fabricate, & au-
toritate. Bud. hic.</sup>^{e aliud nouum}

XLV. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale,

Sicut inpendia ciuvariorum in seruum cuius vsusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum respicere natura manifestum est.

XLVI.

XLVI. PAVLVVS libro nono ad Plautium

a scripto hærede,
& emancipato filio
distinet hærede, &
filio, explicandi gratia
margini adiecta in
contextum irrefse-
runt.

SI extraneo scripto, ^a & emancipato præterito, matri de-
functi deducto vsufructu proprietas legata sit, petita con-
tra tabulas bonorum possessione plena proprietatis pietatis
respectu matri præstanda est. Si testator iusserit vt heres re-
ficeret insulam, cuius vsufructum legauit, potest fructua-
rius ex testamento agere vt heres reficeret.

XLVII. POMPONIVS libro quinto ex Plautio

Quod si heres hoc non fecisset, & ob id fructuarius frui
non potuisset, heres etiam fructuarij eo nomine ha-
bebit actionem quanti fructuarij interfuisset non cessasse he-
redem: licet vsufructus morte eius interisset.

XLVIII. PAVLVVS libro nono ad Plautium

b prospexerit.

SI absente fructuario heres quasi negotium eius gerens
reficiat, negotiorum gestorum actionem aduersus fructua-
rium habet, tamen si sibi in futurum heres prospiceret. ^b Sed si
paratus sit recedere ab vsufructu fructuarius, non est cogend-
us reficere: sed actione negotiorum gestorum liberatur. Sil-
uam cæduam etiam si intempestiuè cæsa sit, in fructu esse
constat. sicut olea ^c immatura lecta, item foenum immatur-
um ^d cæsum in fructu est.

e oliua immaturè
d immaturè

XLVIII. POMPONIVS libro septimo ad Plautium

e partem eorum
f quadrantes ha-
bebis

SI mihi & tibi à Sempronio & Mucio heredibus vsuf-
ructus legatus sit, ego in partem Sempronij quadrantem, in
partem Mucij alterum quadrantem habebō. tu item in vtriuf-
que parte ^e eorum quadrantes ^f partes.

Restituens ex causa fideicommissi deducit sumptum.

L. PAVLVVS libro tertio ad Vitellium

g non aliter
h quam si eius

Titius Mæuius fundum Tusculanum reliquit, eiusque fi-
dei commisit vt eiusdem fundi partis dimidiæ vsufruc-
tum Titia præstaret. Mæuius villam vetustate corruptā ne-
cessariam cogendis & cōseruandis fructibus ædificauit. qua-
situm est, an sumptus partem pro portione vsufructus
Titia adgnosceret. Respondit Sceuola. si prius quàm
vsufructus præstaretur, necessariò ædificasset, non aliàs ^g co-
gendum restituere quàm ^h eius sumptus ratio haberetur.

LI. MODESTINVS libro nono Differentiarum

i persona sua sua,
glossa est, & ea qui-
dem barbari inter-
presis.

Titio cum morietur, vsufructus inutiliter legari intelle-
gitur: in id tempus videlicet collatus, quo à persona ⁱ dis-
cedere incipit.

LII. IDEM libro nono Regularum

k hoc quoque

Vsufructu relicto si tributa eius rei præstentur, ea vsuf-
ructuarium præstare debere dubium non est: nisi speciali-
ter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur hæc ^k

LIII. IAVOLENVS libro secundo Epistularum

SI cui insulæ vsusfructus legatus est, quamdiu quælibet portio eius insulæ remanet, totius soli vsusfructum retinet.

LIIII. IDEM libro tertio Epistularum

SVB condicione vsusfructus fundi à te herede, Titio legatus est: tu fundum mihi vendidisti & tradidisti detracto vsusfructu: quæro si non extiterit condicio, aut extiterit & interijt vsusfructus, ad quem pertineat. Respondit, intellego te^l de vsusfructu quære qui legatus est: itaque si condicio eius legati extiterit, dubium non est quin ad legatarium^{vis} vsusfructus pertineat: & si aliquo casu ab eo amissus fuerit, ad proprietatem fundi reuertatur. quod si condicio non extiterit, vsusfructus ad heredem pertinebit: ita vt in eius persona omnia eadem seruentur quæ ad amittendum vsusfructum pertinent, & seruari solent. Ceterum in eiusmodi venditione spectandum id erit quod inter eumentem vendentemq; conuenerit: vt si apparuerit legati causa eum vsusfructum exceptum esse, etiam si condicio non extiterit, restitui à venditore emptori debeat.

LV. POMPONIUS libro vicensimo sexto ad Quintum Mucium

SI infantis^a vsus^b tantummodo legatus sit, etiã si nullus interim sit, cum^c tamẽ infantis ætatem excesserit, esse incipit.

De vsusfructu debito municipibus.

LVI. GAIUS libro septimodecimo ad Edictũ Prouinciale

AN vsusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est. periculum enim esse videbatur ne perpetuus fieret: quia neque morte nec facile capitis deminutione periturus est. qua ratione proprietas inutilis esset futura semper abscedente vsusfructu. sed tamen placuit dandam esse actionem. Vnde sequens dubitatio est, quousq; tuendi essent in eo vsusfructu municipes. & placuit centũ annos^d tuendos esse municipes: quia is finis vitæ longæui^e hominis est.

LVII. PAPINIANVS libro septimo Responsorum

DOMINUS fructuario prædium quod ei per vsusfructum seruiebat, legauit: idque prædium aliquamdiu possessum legatarius restituere filio qui causam inofficiosi testamenti rectè pertulerat, coactus est. mansisse fructus ius integrum ex postfacto apparuit. Per fideicommissum fructu prædiorũ ob alimeta libertis relicto, partiũ emolumentũ ex persona vitæ decedentium ad dominum proprietatis recurrit.

Fructus percepti pertinent ad heredem fructuarij.

LVIII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum

DEFUNCTA fructuaria mense Decẽbri, iam omnibus fructibus qui in his agris nascũtur, mense Octobri per colonos sublatis,

^a Et, quod infans vsus tantum legatus non est statim utilis, non est inutile legatum: expectandum enim est tempus, quo vil vsuarius potest: hæc est sententia eius l. quam Acurs. cum leges, vsusfructus, neque eò commode possit referre (tantummodo) non satis percepit.

^b vsusfructus e siamen
^c d annis tuendos
^e De spatio vite longæui Plin. lib. 7. cap. 48.

sublatis, quæsitum est vtrum pensio heredi fructuaria solui deberet, quamuis fructuaria ante kalendas Martias quibus pensiones inferri debeant decesserit, an diuidi debeat inter heredem fructuariae & rempublicam cui proprietas legata est. Respondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariae verò heredem sua die, secundum ea quæ proponerentur, integram pensionem percepturum.

Quomodo legatur vsusfructus.

SEMPRONIO DO LEGO EX REDACTV^b FRVCTVVM HOLERIS ET PORRINAE, QVAE HABEO IN AGRO FARRARIORVM,^c PARTEM SEXTAM. Queritur, an his verbis vsusfructus legatus videatur. Respondi, non vsufructum, sed ex eo quod redactum esset, partem legatam. Item quæsitum est, si vsusfructus nõ esset, an quotannis partem sextam redactam legauerit. Respondi, quotannis videri relictum, nisi contrarium specialiter ab herede adproberetur.^d

Quid ad fructuarium pertineat.

LVIII. PAVLVS libro tercio Sententiarum

ARBORES vi tempestatis non culpa fructuarij euerfas, ab eo substitui non placet. Quidquid in fundo nascitur vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. pensiones quoque iam antea locatorum agrorum, si ipsæ quoque specialiter comprehensæ sint. Sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptæ, potest vsufructuarius conditorem repellere. Cæsæ harundinis vel pali compendium, si in eo quoque fundi vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinet.

Deiectus restituitur interdicto.

LX. IDEM libro quinto Sententiarum

VIUSCUMQUE^s fundi vsufructuarius^h prohibitus aut deiectus, de restitutione omnium rerum simul occupatarum agit: sed & si melio tempore alio casu interciderit vsusfructus, æquè de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur.

Actio competens fructuario.

Si fundus cuius vsusfructus petitur, non à domino possideatur, actio redditur. Et ideo si de fundi proprietate inter duos quæstio sit, fructuarius nihilo minus in possessione esse debet. satisque ei à possessore cauendum^k est, quod non sit prohibiturus frui eum cui vsusfructus relictus est, quamdiu de iure suo probet.^l Sed si ipsi vsufructuario quæstio moueatur, interim vsusfructus eius^m offertur: sed cauereⁿ de restituendo eo quod ex his fructibus percepturus est, vel si satis non detur, ipse frui permittitur.

LXI.

a debeant inter

b reditu

c farrario, ferrariorum

d proberetur

e Sed & ad fundo. Toti hoc ea pte agit le eo quod pertinet ad fructuarium, & consequenter de vectigali fundi. quod in compendio cesa arundinis vel pali consistit, fructus quoque debetur, non autem quod ratiõne fundi debet. Usque melior est Florens. quã non secutus Accipius est. g. Coniuge l. si de via. de aqua quosid. & ali.

h fructuarius i aliquo casu

i dandum est,

l suo proberetur n eius differretur, ei differretur, n cauere debet

LXI. NERATIUS libro secundo Responsorum

Vsvfructuarius nouum riuum^a parietibus non potest inponere. Aedificium inchoatum fructuarium^b consummare non posse placet, etiam si eo loco aliter vti non possit. sed nec^c eius quidem vsumfructum esse: nisi in constituendo vel legando vsumfructu hoc specialiter adiectum sit, vt vtrumque ei liceat.

Venatio.

LXII. TRUPHONIVS libro septimo Disputationū

Vsvfructuarius venari in saltibus vel mōtib; possessionis, probè dicitur. nec aprum aut ceruum quem ceperit, proprium domini capit. sed fructus aut iure (ciuili) aut gentium suos facit. Si viuarijs inclusæ feræ in ea possessione custodiebantur, quando vsumfructus cœpit, num exercere eas fructuarius possit, ^d occidere non possit? aliàs si quas initio incluserit operis suis, vel ^e post ^f sibi metipsæ inciderint delapsæ fuerint, hę fructuarij iuris sint? commodissimè tamen, ne per singula animalia facultatis fructuarij propter discretionem difficilem ius incertum sit, sufficit eundem numerum per singula quoq; ^g genera ferarum finito vsumfructu domino proprietatis assignare, qui fuit cœpti vsumfructus tempore.

LXIII. PAVLVS libro singulari de Iure^f singulari

Quod nostrum non est transferemus ad alios: veluti is qui fundum habet, quamquam vsumfructum nō habeat, tamen vsumfructum cedere potest.

Onus fructuarij.

LXIII. VLPIANVS libro quinquagesimo primo ad Edictum

Cum fructuarius paratus est vsumfructum derelinquere, ^g non est cogendus domum reficere in quibus casibus ^h & ⁱ vsumfructuarij hoc onus incumbit. Sed & post acceptum contra eum iudicium, parato fructuario derelinquere vsumfructum, dicendum est absolui eum debere à iudice.

LXV. POMPONIVS libro quinto ex Plautio

Sed cum fructuarius debeat quod suo suorūq; facto detentius factum sit reficere, non est absoluendus, licet vsumfructū derelinquere paratus sit: debet enim omne, quod diligens paterfamilias in sua domo facit, & ipse facere. Non magis heres reficere debet quod verustate iam deterius factum reliquit: sēt testator, quam si proprietatem alicui testator legasset.

LXVI. PAVLVS libro quadragesimo septimo ad Edictum

Cum^l vsumfructuario non solū legis Aquilię actio competere potest, sed & serui corrupti & iniuriarum, si seruum torquendo deteriorem fecerit.

^a Riuum accipit pro stillicidij genere, quod minus est leuiusque fluit: quemadmodum flumen pro eo quod copiosus maiorique impetu decurrit. l. jernitues. S. stillicidij: om. Et l. foramen. inf. de fernis. pred. vrbano. non ausim legere testatorum: pro riuum, quia ita loquutus est Neratius. sup. l. vsumfructuarius, eo enim ipse hac lectio mihi displicet, quis in eodē siuulo eadem sententia hōdem plane v. vrb. repetita vix reperitur. ^b vsumfructuarius non potest ^c sed ne eius ^d fructuarius potest, non occideret ^e quæque genera

^f Regularium

Venditio vsusfructus.

LXVII. IULIANVS libro primo ex Minicio

Cvi vsusfructus legatus est, etiam inuito herede eum extraneo vendere potest.

De partu, & fetu.

LXVIII. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Sabinū

Vetus fuit quæstio, an partus ad fructuarium pertineret. sed Bruti sententia optinuit, fructuarium in eo locū non habere: neque enim in fructu hominis homo esse potest, hac ratione nec vsusfructū in eo fructuari⁹ habebit. Quid tamē si fuerit etiam partus vsusfructus relictus, an habeat in eo vsusfructum? & cum possit partus legari, poterit & vsusfructus eius. Fetus tamen pecorum Sabinus & Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere. Planē si gregis vel armenti sit vsusfructus legatus, debet ex adgnatis^b gregem supplere: id est in locum capitum defunctorum,

LXVIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

Vel inutilium alia summittere: vt post substituta fiant propria fructuarij, ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoque ex natura fructus desinūt eius esse. Nam alioquin quod nascitur fructuarij est. & cum substituit, desinit eius esse.

LXX. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Quid ergo si non faciat nec suppleat? teneri eum proprietario Gaius Cassius scribit libro decimo^d juris ciuiliſ. Interim tamen, quamdiu summittantur^e & suppleantur capita quæ demortua sunt, cuius sit fetus, quæritur. Et Iulianus libro tricenisimo quinto digestorum scribit, pendere eorū dominium: vt si summittantur, sint proprietarij: si non summittantur, fructuarij. quæ sententia vera est. Secundum quæ si decesserit fetus, periculum^f erit fructuarij non proprietarij. & necesse habebit alios fetus summittere. Vnde Gaius Cassius libro octauo scribit, carnem fetus demortui ad fructuarium pertinere. Sed quod dicitur, debere eum summittere, totiens verum est, quotiens gregis vel armenti vel equitij, id est, vniuersitatis vsusfructus legatus est. ceterum si singulorum capitum, nihil supplebit. Item si fortē eo tempore quo fetus editi sunt, nihil fuit quod summitti deberet, nunc^g & post editionem vtrum ex his quæ edentur summittere debet, an ex his quæ edita sunt, videndum est. puto autem verius, ea quæ pleno grege edita sunt, ad fructuarium pertinere. sed posteriorem gregis casum nocere debere fructuario. Summittere autē facti est. & Iulianus propriè dicit, dispertire & diuidere & diuisionem quandam facere, quod dominium erit summissorum proprietarij.

LXXI.

^a In hocce locū Cit. lib. 1. de fin. bon. & mal.

^b natis gregem

^c substituitur.

^d octavo
^e Summittere est propaganda sub tali gratia maribus supponere, asque alendos prebere fetus. Bud. hic.

^f periculo.

LXXI. MARCELLVS libro septimodecimo Digestorum

SI in area cuius vsusfructus alienus esset, quis ædificasset intra tempus quo vsusfructus perit, superficie sublata restitui vsusfructum veteres responderunt.

LXXII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

SI dominus nudæ proprietatis vsusfructum legauerit, verum est quod Mæcianus scripsit libro tertio quæstionum de fideicommissis, valere legatum. & si fortè in vita testatoris vel ante aditam hereditatem proprietati accesserit, ad legatarium pertinere. Plus admittit Mæcianus; etiam si post aditam hereditatem accessisset vsusfructus, vtiliter diem cedere & ad legatarium pertinere.

^a fructus accesserit,

LXXIII. POMPONIVS^b libro quinto ad Sabinum

SI areæ vsusfructus legatus sit mihi; posse me casam ibi ædificare custodiae causa earum rerum quæ in area sint.

^b Papia. lib. 2. d. 50.

LXXIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

SI Stichus seruo tuo & Pamphilo meo legatus fuerit vsusfructus, tale est legatum, quale si mihi & tibi legatus esset, & ideo dubium non est quin æqualiter ad nos pertineat.

DE VVSFRVCTV AD CRESCENDO

TIT. II.

Coniunctio est causa iuris accrescendi.

VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

QVOTIENS vsusfructus legatus est, ita inter fructuarios est ius adcrecendi, si coniunctim sit vsusfructus relictus. ceterum si separatim vnicuique partis rei vsusfructus sit relictus, sine dubio ius adcrecendi cessat. Denique apud Iulianum libro trigésimo quinto digestorum queritur, si comuni seruo vsusfructus sit relictus, & vtrique domino acquisitus, an altero repudiante vel amittente vsusfructum, alter totum habeat. & putat ad alterum^c pertinere. & licet dominis vsusfructus non aquis partibus sed pro dominicis adquiratur, tamen persona eius non dominorum inspecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.

Idem ait, & si comuni seruo & separatim Titio vsusfructus legatus sit, amissum ab altero ex socijs vsusfructum non ad Titium, sed ad solum^d socium pertinere debere, quasi solum coniunctum. quæ sententia vera est. nam quædiu vel vnus vititur, potest dici

^c Non iure adcrecendi, sed dominij seruis hic acquiritur alteri dominorum. Itaque nihil obstat. Et Proculo. inf. de lega. 2. in qua de iure adcrecendi agitur. Quæ de re vide copiosius apud Duar. lib. 1. cap. 13. de iure adcrecendi.

^d ad suum socium

act & si

test dici vsumfructum in suo statu esse. Idem est^a si duobus coniunctim & alteri separatim vsusfructus esset relictus.

Interdum tamen etsi non sint cōiuncti, tamen vsusfructus legatus alteri adcrefcit. vt puta si mihi fundi vsusfructus separatim totius, & tibi similiter fuerit relictus. Nam vt^l &^l Celsus libro octauodecimo^b digestorum & Iulianus libro trigensimo quinto scribit, concursu partes habemus. quod & in proprietate contingeret: nam altero repudiante, alter^l totum^l fundum haberet.

b lib. 33. Digest.

Differentia vsusfructus & proprietatis.

Sed in vsufructu hoc plus est, quia & constitutus & postea amissus nihilo minus ius adcrefcendi admittit. omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt. & vt Celsus & Iulianus eleganter aiunt, vsusfructus cottidie constituitur & legatur: non vt proprietates eo solo tempore quo vindicatur. Cum^c primum itaque non inueniet alter^d eum qui sibi concurrat, solus vtetur in totum. nec refert coniunctim an separatim relinquatur. Idem Iulianus libro trigensimo quinto digestorum scripsit, si duobus hereditus institutis deducto vsufructu proprietates legetur, ius adcrefcendi heredes non habere: nam videri vsumfructum constitutum, non per concursum diuisum.

e Cum itaque
primus
d alterum qui

II. AFRICANVS libro quinto Quæstionum

Ideoque amissa pars vsusfructus ad legatarium eundemque proprietarium redibit.

III. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Idem^e Neratius putat cessare ius adcrefcendi libro primo^f responsorum. cui^g sententiæ congruit ratio Celsi dicentis totiens ius adcrefcendi esse, quotiens in^h duobus qui in solidum habuerunt, concursu diuisus est. Vnde Celsus libro octauodecimoⁱ scribit si duo fundi domini deducto vsufructu proprietatem tradiderint, vter eorum amiserit vsumfructum ad proprietatem redire: ^k sed nō ad totum, sed cuiusque vsufructum ei parti accedere quam ipse tradiderit: ad eam enim partem redire debet, à qua initio^l diuisus est. Non solum autem si duobus vsusfructus legetur, est ius adcrefcendi, verum & si alteri vsusfructus alteri fundus legatus est: nam amittente vsumfructum altero cui erat legatus, magis iure adcrefcendi ad alterum pertinet quam redit ad proprietatem. nec nouum: nam & si duobus vsusfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius adcrefcendi non perit neque ei apud quem consolidatus est, neque ab eo. & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, isdem & nunc amittet. & ita & Neratio & Aristoni videtur, & Pomponius probat.

e Inde Neratius
f lib. 2. lib. 5.
g cuius sententiæ
h a duobus

i lib. 23. scribit

k redire: licet non

l & initio

III. IULIANVS libro trigesimo quinto Digestorum
SI tibi proprietas fundi legata fuerit, mihi autem & Ma-
 uio & tibi eiusdem fundi vsusfructus, habebimus ego &
 Mauius triens in vsufructu, vnus^a triens proprietate^b mi-
 scebitur. siue autem ego siue Mauius capite minuti fueri-
 mus, triens inter te & alterutrum nostrum diuidetur: ita vt
 semisseu in vsufructu habeat is qui ex nobis capite minu-
 tus non fuerat, ad^c te proprietas cum parte dimidia vsufru-
 ctus pertineat.

a & vnus triens
 b proprietati

c ad te autem

V. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale
ET si tradideris^d alicui proprietatem deducto vsufructu,
 nihilo minus putat Iulianus ad crescere: nec videri nouum
 tibi adquiri vsufructum.

d tradiderit

VI. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum
Idem^e & si apud vnum ex tribus fructuarijs consolidatus
 sit vsusfructus. Sed si cui proprietatem deducto vsufructu le-
 gata sit, & mihi pars vsusfructus, videndum erit an inter me
 & heredem ius ad crescēdi versetur. & verum est vt quisquis^f
 amiserit, ad proprietatem reuertetur.^g Si mihi vsusfructus
 fundi purē, tibi sub condicione legatus sit, potest dici totius
 fundi vsufructum ad me pertinere interim: & si capite mi-
 nutus fuero, totum amittere. sed si extiterit condicio, totum
 vsufructū ad te pertinere, si fortē capite deminutus sum. ce-
 terum cū in meo statu maneo, cōmunicandum vsufructū.

e Idem est & si

f quiuis amiserit,
 g reuertit.

Quibus legatur collectim, n̄ habentur loco vnius.

VII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum
SI quis Attio & heredibus suis vsufructum legauerit, di-
 midiam Attius dimidiam heredes habebunt. quod si ita
 scriptum sit, ATTIO ET SEIO CVM HEREDIBVS^h
 MEIS, tres partes fient: vt vnā habeant heredes,ⁱ tertiam^k
 Attius, tertiam Seius. nec enim interest ita legetur, ILLI ET
 ILLI CVM MAEVIO, an ita, ILLI ET ILLI ET MAEVIO.

h Si filijs, dixisset,
 nō fierent tres partes,
 sed duae: quia filijs, nō
 autem heredes cum
 patre vna persona
 esse censentur. l. vlti.
 C. de impub. & al.
 subtit. Duar.

i heredes eius,
 k secundum At-
 tium.

VIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum
SI muliericum liberis suis vsufructus legetur, amissis li-
 beris ea vsufructum habet. sed^l & matre mortua liberi
 eius nihilo minus vsufructum habent iure ad crescēdi.
 Nam^l & Iulianus libro trigesimo^m digestorum ait, idem
 intellegendum in eo qui solos liberos heredes scripserit: licet
 non vt legatarios eos nominauerit, sed vt ostenderet magis
 velle se matrem ita frui vt liberos secum habeat fruētes. Sed
 & Pomponius quærit, quid si mixtiⁿ fuerint liberi & extra-
 nei heredes. & ait filios legatarios esse intellegendos. Et per
 contrarium si voluerit eos liberos simul cum matre frui, de-
 bere dici matrem legatariam esse intellegendam: & per om-
 nia similem esse^l &^l in hoc casu iuris euentum.

l Nam ita
 m lib. 35. Digest.

n mixtim fuerint

VIII. AFRICANVS libro quinto Quæstionum

SI proprietates fundi duobus vsusfructus vni legatus sit, non trientes in vsufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius. item contra, si duo fructuarij & vnus fundi legatarius sit.

X. VLP IANVS libro septimodecimo ad Edictum

a etiam non

Interdum pars vsusfructus &^a non habenti partem suam, sed amittenti adcrefcit. nam si vsusfructus duobus fuerit legatus, & alter lite contestata amiserit vsufructum, mox & collegatarius qui litem contestatus non erat, vsufructum amittit, partem dimidiam dumtaxat quam amittit qui litem contestatus est aduersus eum qui se liti optulit, à possessore consequitur: pars enim collegatarij ipsi adcrefcit non domino proprietatis: vsusfructus enim personæ adcrefcit & si fuerit amissus.

XI. PAPINIANVS libro secundo Definitionum

b Interpretationem huius responsi pete ex Duar. lib. 1. cap. 10. de iure adcrefcit.

Cum^b singulis ab heredibus singulis eiusdem rei fructus legatur, fructuarij separati videntur non minus quam si æquis portionibus duobus eiusdem rei fructus legatus fuisset. vnde fit vt inter eos ius adcrefcendi non sit,

CXII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum
Cum alius ab alio herede vsufructum vindicat.

Q V A N D O D I E S V S V S F R V C T V S L E -
G A T I C E D A T T I T. I I I.

Semel cedit dies: non quoties quis vitur, & fruitur.

VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

QUAMQVAM vsusfructus ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius qui fruitur & vitur, tamen semel cedit dies. aliter atque si cui in menses vel inⁿ dies vel inⁿ annos singulos quid legetur: tunc enim per dies singulos vel menses vel annos dies legati cedit. Vnde quæri potest, si vsusfructus cui per dies singulos legetur, vel in annos singulos, an semel^c cedat. & puto non cedere simul,^d sed per tempora adiecta, vt plura legata sint. & ita libro quarto digestorum Marcellus probat in eo, cui alternis diebus vsusfructus legatus est. & ideo siⁿ isⁿ fructus legatus sit qui cottidie percipi non potest, non erit inutile legatum: sed dies^f habebunt legatum, quibus frui^g potest.

Cedit dies, adita hereditate: quanuis alias cedat à morte testatoris.

Dies autem vsusfructus, item vsus, non prius cedit quam hereditas^h adeatur: tunc enim constituitur vsusfructus, cum quis

*c an dies simul cedat.
d semel
e lib. 3. Digestor.*

*f sed dies ii
g vsu frui potest.*

h Hoc singulare est in legato vsusfructus: nam aliter fit in ceteris legatis. l. vnic. §. p. C. de caduc. tollen.

quis iam frui potest. Hac ratione & si seruo hereditario vsusfructus legetur, Iulianus scribit quamuis cetera legata hereditati adquirantur, in vsufructu tamen personam homini exspectari, qui^a vti & frui possit. Item si ex die vsusfructus legetur, dies eius nondum cedit, nisi cū dies venit: posse enim vsufructum ex die legari & in diem contrahere. Non solum autem vsusfructus ante aditam hereditatem dies nō cedit, sed nec actio de vsufructu. idēmq; & si ex die fuerit legatus vsusfructus. deniq; Scæuola ait, agētem^b ante diem vsusfructus, nihil facere: quamuis aliās qui ante diem agit, malè agit.

QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS
VEL VSVS AMITTITVR
TIT. IIII.

Capitis diminutio,

VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum

NON solum vsufructum amitti capitis minutione constat, sed & actionem de vsufructu. & parui refert vtrum iure sit constitutus vsusfructus, an verò iurisdictione prætoris. Proinde traditus quoque vsusfructus, item in fundo vectigali vel superficte^c non iure constitutus, capitis minutione amittitur. sed ita demum amittitur capitis diminutione^d vsusfructus, si iam constitutus est. ceterum si ante aditam hereditatem aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti. Si tibi fundus ex die legatus est, & vsufructum mihi rogatus es restituere videndū erit, si capite minutus fuero intra diem legato tuo insertum, ne fortè saluus sit mihi vsusfructus, quasi ante diem cedentem capitis minutio interueniat. quod benignè dici poterit. Vsq; adeo autem capitis minutio eum demum vsufructū perimit qui iam constitutus est, vt si in singulos annos vel menses vel dies legatus sit, is^e demum amittitur, qui iam processit. ^f & si fortè in annos singulos legatus est, illius dumtaxat anni vsusfructus amittetur. & si in menses, eius mensis. si^h in dies, eius diei.

Vsusfructus relictus alternis annis.

II. PAPINIANVS libro septimodecimo Quæstionum

SI duobus separatim alternis annis vsusfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda est: cum si legatariū vnum substituas cui alternis annis legatus sit vsusfructus, plena sit apud heredem proprietas eo tempore quo ius fruendi legatario non est. quod si ex duobus illis alter decedat, per vices temporum plena proprietas erit: neque enim ad crescere alteri quicquam potest: quoniam propriaⁱ quisque

2 g iij tempora

a quæ vti & frui

b & agentem

c superficiario

d Etiam minima tempore Iuriscōsultorū hodie verò ex consuetudine Iulianiana media tantum, vel maxima. L. corruptio nem. C. de vsufr.

e ita demum amittatur, f processit, g & ita ii h & h in diem

i perpropria

a Fructus integros

tempora non concurrente altero fructus integri^a habuit.

Si non mors sed capitis deminutio intercesserit, quia¹ plura legata sunt, illius anni tantum, si modò ius fruendi habuit, fructus amissus erit. quod & in vno legatario qui fructum in singulos annos accepit, defendendum est: vt commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat.

b quia non

Cum singulis fructus alternis annis legatur, si consentiant in eundem annum, impediuntur: quòd^b non id actum videtur vt concurrerent. multum etenim refert, duobus simul alternis annis legetur, quod sanè vltra primum annum procedere^c non poterit, non magis quàm si vni legatus ita fuisset: an singulis alternis annis. nam si concurrere volent, aut impediunt inuicem^d propter voluntatem, aut si ea non refragabitur, singulorum annorum fructus vacabit.

e Non attendit Florent. Pand. l. gerunt qui instant legi in illa precedere. d se inuicem

Repetitio vsusfructus.

III. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Sicut in annos singulos vsusfructus legari potest, ita & capitis minutione amissus legari potest: vt adiciatur, *QVOTIENS QVE CAPITE MINVTVS ERIT, EI LEGO*: vel sic, *QVOTIENS AMISSVS ERIT*. & tunc si capitis minutione amittatur, repetitus videbitur. Vnde tractatum est, si cui quamdiu viuat, vsusfructus legatus sit, an videatur repetitus quotiès amissus est. quod & Mæcianus temptat: & purò repetitum videri. Quare si vsq; ad tēpus² sit legatus, vtputa vsq; ad decenniū, idem erit dicendum. Hæc³ aut repetitio quæ fit post amissum capitis minutione vsusfructū, quæritur an & ius adcrefcendi secū⁴ saluum⁵ habeat. vtputa Titio & Mæuio vsusfructus legatus est, & si Titius capite minutus esset, eidem vsusfructum legauit. quæsitum est, si Titius ex repetitione vsusfructū haberet, an inter eos ius adcrefcendi saluū esset. & Papinianus libro septimodecimo¹ quæstionum scribit, saluū esse perinde ac si alius esset Titio in vsusfructu^k substitutus: hos¹ enim tamen nō verbis, re tamē coniūctos videri. Idem Papinianus quærit, si Titio & Mæuio vsusfructum^m legato, in repetitioneⁿ vsusfructus non totum sed partem Titio relegasset, an viderentur coniūcti.

e quoties quis f ei do lego g ad diem fit h Quamuis enim virique idem vsusfructus legatus sit: idcirco fit re coniuncti: quia tamen nomen Titij in repetitione est iunctum non est cum nomine Mæuii, sed ab eo potius separatum. Et remotum, et iuncti verbis non dicuntur. Duaren. lib. 1. c. 9. de de iur. adcrese.

i lib. 5. quæst. k in vsusfructum l eos enim m vsusfructus legatus esset, n in repetitione autem o legasset, Accursius l. eis relegasset, & sanè cum proponatur repetitum esse vsusfructus legatum, magis conuenire videtur hæc l. iio. p Mæuio q neque totum Titio

& ait, si quidem Titius amiserit, totum socio^p adcrefcere. quòd si Mæuius amississet, non^q totū adcrefcere: sed partē ad eum, partem ad proprietatem redire. quæ sententia habet rationem: neq; enim¹ potest dici eo momento, quo quis amittit vsusfructum & resumat, etiam ipsi quicquam ex vsusfructu adcrefcere. placet enim nobis, ei qui amittit vsusfructū, ex eo quod amittit nihil adcrefcere. Morte quoq; amitti vsusfructū, non recipit dubitationem: cum ius fruendi morte extinguatur. sicuti si quid aliud² quod³ personæ cohæret.

Mors.

Mors.

III. MARCIANVS libro tertio Institutionum

Si legatum vsumfructum legatarius alij restituere rogatus est, id agere prætor debet, vt ex fideicommissarij persona magis quàm ex legatarij pereat vsumfructus.

V. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Repeti potest legatus vsumfructus amissus qualicumque ratione, dummodo non morte. nisi fortè heredibus legauerit. Si quis vsumfructum solum serui alienauerit, per quem vsumfructus ei acquisitus est, dubium non est quin vsumfructus per eum acquisitus retineatur.

a heredibus eius cum

Mutatio rei.

- 2 Rei mutatione interire vsumfructum placet. veluti, vsumfructus mihi adiu legatus est: ædes corruerunt vel exustæ sunt: sine dubio extinguatur. b an & aræ: certissimum est exustis ædibus nec aræ nec cementorum vsumfructum deberi.
- 3 & ita & Iulianus. Si aræ sit vsumfructus legatus, & in ea ædificium sit positum, rem mutari, & c vsumfructum extinguí constat. Planè si proprietarius hoc fecit, ex testamento, vel de dolo d tenebitur.

b extinguitur vsumfructus.

c & ita vsumfructus

VI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

Sed & interdictum quod vi aut clam vsufructuario competit:

VII. IULIANVS libro trigensimo quinto Digestorum

Nisi sublato ædificio vsumfructum aræ mihi cesserit: tempore scilicet quo vsumfructus perit transacto.

VIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Fvndi vsufructu legato, si villa diruta sit, vsumfructus non extinguetur: quia villa fundi accessio est: non magis quàm si arbores deciderint.

VIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

Sed & eo quoque solo in quo fuit villa, vtrifruí potero.

X. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Quid tamen si fundus villæ fuit accessio? videamus ne etiã fundi vsumfructus extinguatur. & idem dicendum est,

- 1 vt non extinguatur. Non tantum si ædes ad aream redactæ sint, vsumfructus extinguatur, verum etiã si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. planè si per partes reficiat,
- 2 licet omnis noua facta sit, aliud erit nobis dicendum. Agri vel loci vsumfructus legatus si fuerit inundatus, vt stagnum iam sit aut palus, procul dubio extinguetur. sed & si itagni vsumfructus legetur, & exaruerit sic vt ager sit factus, mutata re vsumfructus extinguatur. Non tamen, si arui vsumfructus legetur, & ibi vineæ sint positæ, vel contra, puto extingui. Certè siluæ vsufructu legato, si silua cæsa illic sationes fuerint

d Vbi iam cõstitutus fuerit vsumfructus: ante constitutõ etiam tractor ex testam. ca. re heres. §. ha. res. de obl. que

quasi excõtrati. nasc. Iulii. & alia actio de fructu l. & elegit. de d. l. desit. autem & quib: (que inter dñi

competit l. loci supr. de vsufr.) quia dicitur re deteriore facta. l. si seruus. §. rupsisse. ad leg. Aquil. Hic autem melior facta est aribus impositis: l. &

plerumque etiã dicitur interdictum, quod vi aut clam, vt si fortè

scivare. & confusio- te fructuario ad fructu factum sit, cui heres

possessionis fore re adquisio videtur.

e vsufructu legato

f si aræ. Flor. magis congruit superioribus & inferioribus.

g vites

factæ, sine dubio vsusfructus extinguitur. Si masse vsusfructus legetur, & ex ea vasa sint facta, vel contra, Cæsius apud Vrseium scribit, interire vsusfructum. quam sententiã puto veram. Proinde & ornamentum dissolutum aut transfiguratum extinguit vsusfructum. In nauis quoque vsusfructu Sabinus scribit, si quidem per partes refecta sit, vsusfructum non interire, si autem dissoluta sit, licet isdem tabulis nulla præterea adiecta restaurata sit, vsusfructum extinctum. quam sententiã puto veriore. Nam & si domus^b fuerit reituta, vsusfructus extinguitur. **Quadrigæ** vsusfructu legato, si vnus ex equis decesserit, an extinguetur vsusfructus quaeritur. ego^c puto multum interesse, equorum an quadrigæ vsusfructus sit legatus: nam si equorum, supererit in residuo: si quadrigæ, non remanebit: quoniam quadrigæ esse desit:

a si autem

b domus diruta fuerit, & ex iisdem camentis tignisque fuerit
c & ego

N XI. PAVLV S libro tertio ad Sabinum
I si alius ante diem legati cedente substitutus sit.

Mutato ministerio ex quo pendet effectus, intelligitur res mutata.

XII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

S I cui balinei vsusfructus legatus sit, & testator habitacionem hoc^d fecerit, vel si tabernæ, & diætã fecerit, dicendũ est vsusfructũ extinctum. Proinde & si histrionis reliquerit vsusfructum, & cum ad aliud ministerium transulerit, extinctum esse vsusfructum dicendum erit.

d ex hoc

Fructus percepti pertinent ad heredem fructuarij.

XIII. PAVLV S libro tertio ad Sabinum

S I fructuarius^e messẽm fecit, & decessit, stipulam quæ in messẽ iacet heredis eius esse Labeo ait: spicam^g quæ terra beneatur, domini fundi esse. fructumque percipi spica aut fæno casõ aut vya adempta aut excussa olea: quamuis nondum tritum frumentum aut oleum factum vel vindemia coacta sit. Sed vt verum est quod de olea excussa scripsit, ita aliter obseruandum de ea olea quæ per se deciderit. Iulianus ait, fructuarij fructus tũc fieri, cum eos perceperit: bonæ fidei autem possessoris, mox quàm à solo separati sint.

e vsufructuarius
f quæ demessa
g spicam autem

An amittatur pro parte.

XIIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

E Xcepta capitis minutione vel morte, reliquæ causæ vel pro parte interitum vsusfructus recipiunt.

XV. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

I Nterdum proprietarius ad libertatem perducet: si fortẽ vsusfructus fuerit tamdiu legatus quamdiu manumittatur. nam incipiente proprietario manumittere, extinguetur vsusfructus.

Ius accrescendi.

XVI. IDEM libro quinto Disputationum

SI sub condicione mihi legatus sit vsusfructus, medioque tempore sit penes heredem, potest heres vsusfructum alij legare. quæ res facit vt si condicio extiterit mei legati, vsusfructus ab herede relictus finiatur. quod si ego vsusfructum amifero, non reuertetur ad legatarium cui ab herede purè legatus fuerat: quia^a ex diuersis testamentis ius coniunctionis non contingit.

^a Inter eos qui diuersis ex testamentis vocantur, non est ius accrescendi.

Consolidatio voluntaria.

XVII. IULIANVS libro trigesimo quinto Digestorum
SI tibi fundi vsusfructus purè, proprietatis autem sub condicione Titio legata fuerit, pendente^b condicione dominium proprietatis adquisieris, deinde condicio extiterit, pleno iure fundum Titius habebit. neque interest, quod detracto vsusfructu proprietatis legata sit: enim dum proprietatem adquisieris, ius omne legati vsusfructus amisisti.^c

b & pendente

c Vsusfructu proprietatis acquisitione cōfuso. l. si seruus. inf. et.

Mutatio dominij.

XVIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum

SI seruo hereditario ante aditam hereditatem legatus vsusfructus fuisset, magis placet adita hereditate eum vsusfructum ad te transire: nec interire quasi mutato dominio: quia nec dies ante cesserit quàm tu heres extiteris.

XVIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

NEque vsusfructus neque iter actusve dominij mutatione amittitur.

Vsu partis retinetur ius totius à sciente, secus ab ignorante.

XX. PAVLVS libro quinto decimo ad Plautium

IS qui vsusfructum habet, si tantum vtatur, quia existimet se vsusfructum habere, an vsusfructum retineat? & si quidem sciens se vsusfructum habere, tantum vti velit, nihilo minus & frui videtur, si verò ignoret, puto eum amittere fructum: non enim ex eo quod habet, vititur, sed ex eo quod putauit se habere.

Ciuitas.

XXI. MODESTINVS libro tertio Differentiarum

SI vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum^d in ea^e inducatur, ciuitas esse definit: vt^f passa est Carthago: ideoque, quasi morte definit habere vsusfructum.

Quomodo retineatur vsus.

XXII. POMPONIVS libro sexto ad Quintum Mucium

SI mulieri vsus domus legatus sit, & illa trans mare profecta^g sit, & constituto tempore ad amittendum vsus profuerit, maritus verò domo vsus fuerit, retinetur nihilo minus vsus: quemadmodum si familiam suam in domu reliquisset, eaque peregrina-

^d Mos antiquorum erat in curiis vrbibus aratrum inducere. Vnde Horat. li. 1. Car. Impiūm rēq; muris hostile aratrum exercitus inselens. e in eam inducatur, in ea ducatur, f Hac in alijs libris subiiciuntur verba, inducatur. g dum peregrinaretur.

grina-

grinaretur. & hoc magis dicendum est, si vxorem in domu reliquerit maritus, cum ipsi marito vsus domus legatus sit.

Inundatio.

XXIII. IDEM libro vicensimo sexto ad Quintum Mucium

SI ager cuius vsusfructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur vsusfructus: cum etiam ipsa proprietates eo casu amittatur. ac ne piscado quidem retinere poterimus vsusfructum. sed quemadmodum si eodem impetu discesserit aqua quo venit, restituitur proprietates, ita & vsusfructum restituendum, dicendum est.

XXIII. IAVOLENVS libro tertio ex Posteriorum^b

Labeonis

CVm vsusfructum horti haberem, flumen hortum occupavit: deinde ab eo recessit. ius quoque vsusfructus restitutum esse Labeoni videtur: quia id solum perpetuo eiusdem iuris mansisset. Ita id verum puto, si flumen inundatione hortum occupavit. nam si alio mutato inde manare coeperit, amitti vsusfructum existimo: cum is locus alui publicus esse coeperit. neque in pristinum statum restitui posse. Idem iuris itinere & actu custodiendum esse, ait Labeo. de quibus rebus ego idem quod in vsufructu sentio. Labeo: nec si summa terra sublata ex fundo meo, & alia re gesta esset, idcirco meum solum esse definit: non magis quam stercoreato agro.

An pro parte amittatur

XXV. POMPONIVS libro undecimo ex Variis lectionibus

PLacet vel certae partis vel pro indiviso vsusfructum non vtendo amitti.

Postliminium.

XXVI. PAVLVVS libro primo ad Neratium

SI ager ab hostibus occupatus seruusve captus liberatus fuerit, iure postliminij restituetur vsusfructus.

Confusio.

XXVII. IDEM libro primo Manualium

SI seruus in quo vsusfructus alienus est, noxae dedatur a domino proprietatis vsufructuario, liberabitur confusa seruitute proprietatis comparatione.

XXVIII. IDEM libro terdecimo ad Plautium

SI vsusfructus alternis annis legetur, non posse non vtendo eum amitti: quia plura sunt legata.

An retineatur vsusfructus alio possidente.

XXVIII. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Pomponius quaerit, si fundum a me proprietarius conduxerit, eumque fundum vendiderit Seio non deducto vsufructu,

arcessit

h ex posterioribus

e quoniam id dicitur ad

e tunc enim est, ut vsusfructus amittatur, nec utquam possit retineri, ut esse videtur, si res subfluit superflua. l. qui vsusfructu. in prin. §. de vsufr. c. l. §. si mutatione.

Quod lege diversum est in proprietate. l. ad id. §. quod si tota. de acquir. res. domia. §. possit.

g in itinere etiam

et hinc

h Labeo ait:

restituatur

h Coniuge l. 7. quod admo. seru. amit. l. 13. de vsufr. leg. Duar. l. fructus in constat non

fructu, an vsumfructum per emptorem retineam. & ait, licet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen vsumfructum amitti: quia non meo nomine sed suo fructus est emptor. Teneri planè mihi ex locato proprietarium quanti mea interfuit id factum non esse. quanquam si à me conductum vsumfructum quis alijs locauerit, retinetur vsusfructus. sed si proprietarius eum locasset suo nomine, dicendum amitti: non enim meo nomine fructur colonus. Sed si emptum à me vsumfructum proprietarius vendidisset, amitterem vsumfructum? quærendum est. & puto amitti: quoniam & hic non vt à me emptor fructur fundi emptor. Idem Pomponius quærit, si legatum mihi vsumfructum rogatus sim tibi restituere, an per^b tefruⁱ videar, nec amittatur vsusfructus. & ait, dubitare se de hac questione. sed est verius quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommissario nocere: suo enim nomine vtilem actionem eum habiturum.

a alicui, alius, em-
uis alij: he l'effiance
omnes fetti possunt.

b pro tefruⁱ

Mors.

XXX. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale
C Aro & coriū mortui pecoris in fructu non est: quia mor-
tuo eo vsusfructus extinguitur.

Grex.

XXXI. POMPONIVS libro quarto ad Quintum
Mucium

C Vm gregis vsusfructus legatus est, & vsque eo numerus
peruenit gregis vt grex nō intellegatur, perit vsusfructus.

DE VSVSFRVCTV EARVM RERV M QVAE
VSV CONSVMVNTR VEL MI-
NVNTR TIT. V.

Quasi vsusfructus constituitur præstita cautione.

VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

SE NATVS censuit vt omnium rerum quas in cuiusq; pa-
trimonio esse constaret, vsusfructus legari possit. quo se-
natusconsulto inductum videtur vt^c earū rerum quæ vsu
tolluntur vel minuuntur possit vsusfructus legari.

c vt & carum.

II. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale

SEd de pecunia rectè cauere^d oportet his à quibus eius pe-
cuniæ vsusfructus legatus erit. Quo senatusconsulto non
id effectum est, vt pecuniæ vsusfructus propriè^e esset: nec
enim naturalis ratio auctoritate^f senatus^g cōmutari potuit:
sed remedio introducto cœpit quasi vsusfructus haberi.

d Duo bmo c. filioe id
im. l. 9. & 10. inf. 100.

e proprius esset
f. l. an. sententiam lau-
tè explicat Cic. 2. de
leg.
g. senatusconsulti

Nomina.

III. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

POSt^h quod omnium rerum vsusfructus legari poterit: an
& nominum? Nerua negauit, sed est verius quod Celsius
& Pro-

h Postquam

& Proculus existimant, posse legari. idem tamen Nerua ipsi quoque debitori posse vsufructum legari scribit, & remittendas fci vsuras.

† eius

a & ab hoc

ERGo cautio etiam^a ab hoc exigenda erit.

Pecunia aliena.

V. VLP IANVS libro octauodecimo ad Sabinum

HOc senatusconsultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniæ vsufructum vel ceterarum rerum quas habuit legauit, verum & si fuerint alienæ.

Omissa cautione quæ actio competat proprietario.

Si pecuniæ sit vsufructus legatus vel aliarum rerum quæ in abusu consistunt, nec cautio interueniat, videndum, finito vsufructu an pecunia quæ data sit, vel ceteræ res quæ in absumptione sunt, condici possint. Sed^b si quidem adhuc constante vsufructu cautionem quis velit condicere, dici potest, omissam cautionem posse condici incerti conditione. sed^c si finito vsufructu, ipsam quantitatem Sabinus putat posse condici. quam sententiam & Celsus libro octauodecimo^c digestorum probat^d. quæ^e mihi non inarguta videtur.

b Et aptior est responsio
fons particula Et,
quam Sed

e lib. 8. al. 17.
d scribit.
e & mihi

Vsus pecuniæ.

Quæ in vsufructu pecuniæ diximus vel ceterarum rerum quæ sunt in abusu, eadem & in vsu dicenda sunt. nam idem continere vsu pecuniæ & vsufructum^{||} & Iulianus scribit, & Pomponius libro octauo de stipulationibus.

Vni legata res, alteri vsufructus.

V I. I V L I A N V S libro trigensimo quinto Digestorum

SI tibi decem^{||} milia^{||} legata fuerint, mihi eorundem decem^{||} milium^{||} vsufructus, tunc quidem tua tota decem^{||} milia: sed mihi quinque numerari debebunt, ita vt tibi caueam, tempore mortis meæ aut capitis deminutionis restitui. Nam & si fundus tibi legatus fuisset, & mihi eiusdem fundi vsufructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum vsufructu, partem sine vsufructu. & non heredi sed tibi cauerem boni viri arbitratu. Sed^f si duobus eorundem decem^{||} milium^{||} vsufructus legatus fuerit, quina^{||} milia^{||} accipient: & inuicem, ^{||} & ^{||} heredi satisfiabunt.

f Sed & si

g Dicunt &: quæ tamē
omissa viros doctos in
errorem impulit. sensus
autem est, hoc legatario
sibi minus satisficere,
quia inter eos est ius accrescendi:
deinde heredi, iuxta
regulam traditam l. 2.
supr. eod.

h Cuiusmodi legata
tempore C. C. nō ac-
cipiebant, vt ex eius
Top. apparer, nō sunt
reperita cautiones quæ
hoc fieri possent.

i quodocumque
k vsu consummuntur,
ab vsu conti-

Cautio.

V I I. G A I V S libro septimo ad Edictum Prouinciale

SI vini, olei, frumenti vsufructus legatus erit, proprietas ad legatariū transferri debet, &^h ab eo cautio desideranda est; vt quandoqueⁱ is mortuus aut capite deminutus sit, eiusdem qualitatis res restituatur: aut æstimatis rebus, certæ pecuniæ nomine cauendum est: quod & commodius est. Idem scilicet de ceteris quoq; rebus quæ vsu^k continentur, intellegemus.

CAUTIO-

Cautionis legatum.

VIII. PAPIANVS libro septimodecimo Quaestionū
TRibus heredibus institutis vsufructum quindecim mi-
 lium Titio legauit, & duos ex heredibus iussit pro lega-
 tario satisfacere. placebat utile esse cautionis quoque legatum:
 nec refragari senatusconsultum: quia cautio non impedire-
 tur. & esse alterum legatum velut certi, alterum incerti. vsus
 fructus itaque nomine partem pecuniæ perendam ab eo qui
 satis accepit à coherede: incerti que cum eodem agendum, si
 satis non dedisset. Eum verò qui satis præstitit, ac propter
 moram coheredis satis non accepit, neque fructus nomine
 interim teneri propter senatusconsultum, neque actione in-
 certi: quia coheredi satisfacit. Illud etiam nobis placet, le-
 gatarium cogendum promittere. Finito autem vsufructu, si
 coheredes ex causa fideiussoria conuenirentur, eos mandati
 non acturos: non enim suscepisse mandatum, sed voluntati
 paruissè. denique cautionis legato liberatos. de illo nec diu
 tractandum fuit, secundum legatum id est cautionis, non he-
 redum videri, sed eius cui pecuniæ vsufructus relictus est:
 cuique testator prospicere voluit, & cuius interesse creditur
 fideiussores non suo periculo querere.

cautusconsultus

b proficere

Cautionis formula.

VIII. PAVLVVS libro primo ad Neratium

IN stipulatione de reddendo vsufructu pecuniæ, duo soli ca-
 sus interponuntur, mortis, & capitis deminutionis:

X. VLPIANVS libro septuagesimo nono ad Edictum

QVoniam pecuniæ vsus aliter amitti nõ potest quam his
 casibus. Si vsus tantum pecuniæ legatus sit, quia in
 hac specie vsus appellatione etiam fructum contineri ma-
 gis accipiendum est, stipulatio ista erit interponenda. Et qui-
 dam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem quam
 data fuerit pecunia. ego autem puto, siue antea siue postea
 ea pecunia data sit, tenere stipulationem.

c Ex tractatu de pro-
 cor. stipul. sic. vsuf.
 quemadmodum caut.
 Duar.
 d & fructuum

XI. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum

Silanzæ alicui legatus sit vsufructus vel odorum vel aroma-
 tum, nullus videtur vsufructus in istis iure constitutus.
 sed ad senatusconsultum erit descendendum quod de cautio-
 ne eorum loquitur.

XII. MARCIANVS libro septimo Institutionum

CVM pecunia erat relicta Titio, ita vt post mortem lega-
 tarii ad Marium rediret, quamquam adscriptum sit, vt
 vsus eius Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam:
 & vsus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pe-
 cunia post mortem eius, Diui Seuerus & Antoninus rescri-
 pserunt.

e Pessimè acciperant
 hanc locum, qui ne-
 gationem addiderunt,
 legatarius non alicui
 pium: quod Hals.
 quoque vidit, Aug.
 quemadmodum.
 f legatam esse: etiam
 vltius mentione facta.

SI VSVSFRUCTVS PETETVR VEL AD
ALIVM PERTINERE NEGETVR

TIT. VI.

An fructuarius possit vindicare seruitutem.

VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum

SI FVND O fructuario seruitus debeat, Marcellus libro octauo apud Iulianum Labeonis & Neruæ sententiam probat existimantium seruitutem quidem eum vindicare non posse, verum vsufructum vindicaturum. ac per hoc vicinum, si non patiatur eum ire & lagere, teneri ei quasi non patiatur utifru.

Quæ iura sequuntur vsufructum.

Vsfructus legatus adimniculis eger, sine quibus utifru quis non potest. & ideo si vsufructus legetur, necesse est tamen vt sequatur eum aditus. vsque adeo, vt si quis vsufructum loci leget ita, ne heres cogatur viam præstare, inutiliter hoc adiectum videatur. Item si vsufructu legato iter ademptum sit, inutilis est ademptio: quia^a semper sequitur vsufructum. Sed si vsufructus sit legatus ad quem aditus non est per^b hereditarium fundum, ex testamento utique agendo fructuarius consequetur vt cum aditu sibi præsteret vsufructus. Vtrum autem aditus tantum & iter, an verò & via debeat fructuario legato ei vsufructu, Pomponius libro quinto dubitat. & rectè putat, prout vsufructus perceptio desiderat, hoc ei præstandum. Sed an & alias utilitates & seruitutes ei heres præstare debeat, puta luminum & aquarum, an verò non? & puto eas solas præstare compellendum, sine quibus omnino uti non potest. sed si cum aliquo incommodo vtatur, non esse præstandas.

Id quod interest.

II. POMPONIUS libro quinto ad Sabinum

SI ab herede ex testamento fundi vsufructus petitus sit, qui arbores deiecesset aut ædificiū demolitus esset, aut aliquo modo deteriorem vsufructum fecisset, aut seruitutes imponendo aut vicinorum prædia liberando, ad iudicis religionem pertinet vt inspiciat^c qualis ante iudiciū acceptū fundus fuerit: vt vsufructuario hoc quod interest ab eo seruetur.

Fideicommissum.

III. IULIANVS libro septimo Digestorum

QVI vsufructum traditum sibi ex causâ fideicommissi desit in vsu habere tanto tempore, quâto, si legitime eius factus esset, amissurus cum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non debet: est enim absurdum plus iuris habere^d eius, qui possessionem dumtaxat vsufructus, nō etiam dominium adepti sint.

IIII.

^a quia iter semper

^b nisi per heredi-
tariū. Resto abest
ad Flouianū particu-
larē nisi: supra enim do-
cui quomodo cōsule-
retur legatario, cum
aditus est ad locum
cuius legatus est vsus
fructus per heredi-
tariū fundū. Hic verò
de ea specie disputat,
cū ne per fundum
quidem hereditariū,
sed alienū aditus est:
heres autem cogetur
eum redimere & præ-
stare. l. damnus. §. quā-
dus. de vsufr. leg. l.
seruum filij. §. ult. de
leg. 1.

^c inspiciatur^d habere eos

IIII. IDEM libro trigesimo quinto Digestorum

Fundus detracto vsufructu legatus est Titio, & eiusdē fundi vsufructus Sempronio sub condicione. dixi interim cū proprietate vsufructum esse, licet placeat cum detracto vsufructu fundus legatur, apud heredē vsufructum esse: quia paterfamilias cum detracto vsufructu fundum legat, & alij vsufructum sub condicione, non hoc agit vt apud heredem vsufructus remaneat.

Actio de vsufructu cui & contra quem competat.

V. VLP IANVS libro septimodecimo^a ad Edictum

^a lib. 18. ad Sabinū

Vitruui ius sibi esse, solus potest intēdere qui habet vsufructum: dominus autem fundi non potest: quia qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius separatum non habet: nec enim potest ei suus fundus seruire: de suo enim non de alieno iure quēque agere oportet. quamquam enim actio negatiua^b domino competat aduersus fructuarium, magis tamen de suo iure agere videatur quā alieno: cum inuito se negat ius esse vtendi fructuario, vel sibi ius esse prohibendi. Quod si fortē qui agit dominus proprietatis non sit, quamuis fructuarius ius vtendi non habet, vincet tamen iure quo possesores sunt potiores, licet nullū ius habeant.^c Vtrum autem aduersus dominū dumtaxat in rem actio vsufructuario competat, an etiam aduersus quemuis possessorem, quaeritur.^d & Iulianus libro septimo^e digestorum scribit, hanc actionem aduersus quemuis possessorem ei competere. nam & si fundo fructuario seruitus debeat, fructuarius non seruitutem sed vsufructum vindicare debet aduersus vicini^f fundi dominum. Si partis fundi vsufructus^g constituitur, potest de eo in rem agi, siue vindicet quis vsufructum siue alij neget. In his autem actionibus quae de vsufructu aguntur, etiam fructus venire plus quā manifestum est.

^b negatoria

^c habeat. Melior est Florent. vt referatur ad possessores, & ex generali regula iuris ratio adferatur: quod si ad fructuarium referat, tandem ratione iuris consilium repetisse videbitur, cum paulo ante dixerit, quamuis fructuarium &c.

^d Q. Mutius e lib. 6. Digest. falterius vicini g vsufructuario

Fructus.

4 Si post litem de vsufructu contestatam fuerit finitus vsufructus, an vterius fructus desinant deberi? & puto desinere. nam & si mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem praeteritorum dumtaxat fructuum dādam Pomponius libro quadragesimo scribit.

Causa restitutio.

5 Fructuario qui vicit, omnis causa restituenda est. & ideo si serui fuerit vsufructus legatus, quidquid ex re fructuarij vel ex operis suis consecutus est possessor debet restituere. Sed & si fortē tēpore vsufructus amissus est, alio quidē possidēte, alio autē liti se offerēte, non sufficit eū vsufructū iterum renouare: verū cauere quoque eum de euictione vsufructus oportet. quid enim si seruum aut fundum is qui pos-

Pars ij

z h

sidebat,

sidebat, pignori dedit, isque ab eo qui pignori^l accepit, iure uti prohibetur: debet itaque habere cautum. Sicut fructuario in rem commessoriam agenti fructus præstandi sunt, ita & proprietatis domino, si negatoria actione utatur, sed in omnibus ita demum, si non sit possessor qui agat: nam & possessori competunt. quod si possident, nihil fructuum nomine consequentur. Quid^d ergo officium erit iudicis quàm hoc? ut^b securus consequatur fructuarius fruendi licentiam: proprietatis^c dominus ne inquietetur.

VI. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

Qui de usufructu iudicium accepit, si delerit possidere sine dolo, absoluetur. quod si liti se optulit & quasi possessor actionem de usufructu accepit, damnabitur.

DE OPERIS SERVORVM
TIT. VII.

PAVLVS libro secundo ad Edictum

OPERAE^d in actu consistit. nec ante in rerum natura est quàm si dies^e venit quo præstanda est: quemadmodum cum stipulamur QVOD EX ARETHVSA NATVM ERIT.

II. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum
Operæ serui legatæ capitis minutione non amittuntur.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale
IN hominis usufructu operæ sunt, & ob operas merceded.

III. IDEM libro secundo de liberali causa Edicti
urbanici

FRUCTUS hominis in operis consistit. & retro in fructu hominis operæ sunt. & ut in ceteris rebus fructus deductis necessariis impensis intellegitur, ita & in operis seruorum.

V. TERENCEIVS CLEMENS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam

OPERIS serui legatis vsurf^f datum intellegi & ego didici, & Iulianus exiimat.

VI. VLPIANVS libro quinquagesimo quinto ad Edictum

CVM^h de serui operis artificis agitur, pro modoⁱ restituendæ sunt: sed mediastini secundum ministerium. & ita Media scribit. Si minor annis quinque vel debilis seruus sit, vel quis alius cuius nulla opera esse apud dominum potuit, nulla æstimatio fiet. item voluptatis vel affectionis æstimatio non habebitur. veluti si dilexerit eum dominus, aut in delictis habuerit, ceterum deductis necessariis impensis fiet æstimatio.

a Quod ergo
b nempe ut securus
c & proprietatis

d Cautio est appellatione de verbo signi. Dicitur
e is dies venit

f Non igitur usufructus tantum est datus, sed etiam operas serui locare potest, sed etiam illis vii. vix autem legere usufructu. contra omnium exemplarum fidem.

g Paulus lib. 21. ad ed. Papi. lib. 15. ad ed.

h Ex tit. de publiciana. Dicitur.

i Eorum autem modus facile in tripartitus est, cum eandem omnibus utilitatem adferant. Cum enim Mediastini infima tantum ministeria & obuia quaque rerum functiones attribuentur, etio virum & corporis & astutia in eis habebatur: ministeriumque eorum ex eis æstimate, ac etiam ex qualitate domini cui seruiant, alius enim obis est utilior. l. si pudentes. S. si serui supr. de usufr.

DE VSV ET HABITATIONE

TIT. VIII.

CAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

NON videndum de vsu & habitatione. Constituitur^a etiam nudus vsus, id est sine fructu. qui & ipse isdem modis constitui solet quibus & vsusfructus.

^a Constituitur enim &

II. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

CVI vsus relictus est, uti potest: frui^b non potest. & de singulis videndum. Domus vsus relictus est aut marito, aut mulieri: si marito, potest illic habitare non solus, ^c verum cum familia quoque sua. an & cum libertis, fuit quaestio. & Celsus scripsit, & cum libertis. posse hospitem quoque recipere. nam ita libro octauodecimo^d digestorum scripsit, quam sententiam & Tubero probat. sed an etiam^e inquilinum recipere possit, apud Labeonem meminisse tractatum libro posteriorum. & ait Labeo eum qui ipse habitat, inquilinum posse recipere. idem & hospites,^f & libertos^g suos:

^b frui verò non

^c non solum ipse,

^d lib. 7. Digest. e an & inquilinum

ET III. PAVLVS libro tertio ad Vitellium

^f hospitem, ^g liberos, libertos legendum esse ex superioribus apparet.

IIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

CETERUM sine eo ne hos quidem habitare posse. Proculus autem de inquilino notat, non bellè^h inquilinum dici qui cum eo habitet. secundum hæc & si pensionemⁱ percipiat^k dum ipse quoque inhabitat, non erit ei inuidendum: quid enim si tam spatiosæ domus vsus sit relictus homini mediocri, ut portiunculæ contentus sit? sed & cum his quos loco feruorum in operis habet; habitabit: licet liberi sint vel serui alieni. Mulieri autem si vsus relictus sit, posse eam & cum marito habitare. Quintus Mucius primus admisit: ne ei matrimonio carendum foret cum vti vult domo. nam per contrarium, quoniam vxor cum marito possit habitare nec fuit dubitatum. Quid ergo si viduæ legatus sit? an nuptiis contractis post constitutum vsum, mulier habitare cum marito possit? & est verum, ut & Pomponius libro quinto & Papinianus libro nonodecimo quaestionum probat, posse eam cum viro & postea nubentem habitare. Hoc amplius Pomponius ait, & cum socero habitaturam.

^h non velle. elegantior est lectio Flor. August. l. c. in eund. c. 9. i pensione. n. habitationis ^k recipiat

V. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

IMMO & socer cum nuru habitabit: utique^l cum vir vna sit.

^l hoc utique turba viro iuncta fit.

VI. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

NON solum autem cum marito, sed & cum liberis libertisque habitare & cum parentibus poterit. & ita & ^m Aristoteli notat apud Sabinum. & hocⁿ vsque erit procedendum, ut eosdem quos masculi, recipere^o & mulieres possint.

^m ut Aristoteli nunc vsque recipere

VII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

Non aliter autem mulier hospitem recipere potest, quam si is sit qui honestè cum ea quæ vsus habeat habitaturus sit.

VIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Sed neque locabunt seorsum, neque concedent habitationem sine se, nec vendent vsus. Sed si vsus ædium mulieri legatus sit ea condicione SI A VIRO DIVORTISSET, remittendam ei condicionem, & cum viro habitaturam, quod & Pomponius libro quinto probat.

VIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

Ceterarum quoque rerum vsu legato, dicendum est, uxorem cum viro in promiscuo vsu eas res habere posse.

X. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Si habitatio legetur, an perinde sit atq; si vsus, quæritur. & effectum quidem idem pænè esse legatum vsus & habitationis, & Papinianus consensit libro octauodecimo quaestionum. Denique donare non poterit. sed eas personas recipiet, quas & vsuarius. ad heredem tamen nec ipsa transit, nec non vtêdo amittitur, nec capitis deminutione. Sed si XPHYSIA sit relicta, an vsus sit, videndum. & Papinianus libro septimo^b responsorum ait, vsus^c esse, non etiam fructum relictum. Sed^d si sic relicta sit, ILLI DOMVS VSVS FRUCTVS HABITANDI CAUSA, vtrum habitationem solam, an verò & vsusfructum habeat, videndum. & Priscus & Neratius putant, e^e solam habitationem legatam. quod est verum. Planè si dixisset Testator, VSVS HABITANDI CAUSA, non dubitarem quin valeret. Vtrum autem vnus anni sit habitatio, an vsq; ad vitam, apud veteres quaesitum est. & Rutilius, donec viuat, habitationem competere ait. quam sententiam & Celsus probat libro octauodecimo^f digestorum. Si vsus fundi sit relicta, minus vtique esse quam fructum, longèque, nemo dubitat. sed quid in ea causa sit, videndum. & Labeo ait, habitare eum in fundo posse, dominumque prohibitorium illò venire: sed colonum non prohibitorium, nec familiam: scilicet eam quæ agri colendi causa illic sit. ceterum si vrbana familiam illò mittat, qua ratione ipse prohibetur, & familiam prohibendam eiusdem rationis est. Idem Labeo ait & cella vinaria, & olearia eum solum vsurum: dominum verò inuito eo non vsurum.

XI. GAIVS libro secundo Rerum cottidianarum siue aureorum

In que^h eo fundo hactenus ei morari licet, vt neq; domino fundi molestus sit, neque his per quos opera rustica fiunt, impedi-

a etiam Papinianus

b lib. 4. respon.

c Ex vi diuisionis, quando (vt inquit Suidas) nihil aliud.

fr. XPHYSIA quàm utilitas sibi rei XPHYSIA, id est, pro necessitate indigentiaue perceptio: fructus verò gratia est potius ἀπολαυσίς. Alc. 2. par. c. 24.

d Sed & si

e pntat, solam

f lib. 19. Digest.

g longèque distare, nemo

h In eoque, et. Denique in eo

impedimento sit. nec vlli alij ius quod habet, aut vĕdere aut locare aut gratis concedere potest.

XII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

Plenum autem vsum debet habere, si & villa, & prætoria relictus est. Venire planè proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum est: & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic posse, admittendum est.

Præter habitationem quam habet cui vsum datus est, deambulandi quoque & gestandi ius habebit. Sabinus & Calsius & lignis ad vsum cottidianum, & horto & pomis & heribus & floribus & aqua vsurum, non vsque ad compendium, sed ad vsum, scilicet non vsque ad abusum. idem Nerua: & ad Icit, stramentis etiam vsurum. sed neque foliis neque oleo neque frumento neque frugibus vsurum. sed Sabinus & Calsius & Labeo & Proculus hoc amplius etiam ex his quæ in fundo nascuntur, quod ad victum sibi, suis sufficiat, sumpturum & ex his quæ Nerua negavit. Iubentius etiã cum conuiuis & hospitibus posse vti. quæ sententia mihi vera videtur: aliquo enim largius cum vsuario agendum est pro dignitate eius cui relictus est vsum. sed vtetur is, vt puto, dumtaxat in villa. Pomis autem & oleribus & floribus & lignis videndum vtrum eodem loco vtatur dumtaxat. an etiam in oppidum ei deferri possint. sed melius est accipere, & in oppidum deferenda: neque enim graue onus est horum, si abundant in fundo. Sed si pecoris ei vsum relictus est, puta gregis obilis, ad stercorendum vsurum dumtaxat, Labeo ait. sed neque lana neque agnis neque lacte vsurum: hæc enim magis in fructu esse. hoc amplius etiam modico lacte vsurum puto. neque enim tam strictè interpretandæ sunt voluntates defunctorum. Sed si bouum armenti vsum relinquatur, omnem vsum habebit & ad arandum, & ad cetera at quæ boues apti sunt.

Coniectura ex conditione personæ.

Equitij quoque legato vsu, videndum ne & domare possit, & ad vehendum sub iugo vti. & si fortè auriga fuit cui vsum equorum relictus est, non puto eum Circensibus his vsurum: quia quasi locare eos videtur. sed si testator sciens eum huius esse instituti & vitæ, reliquit, videtur etiam de hoc vsu sensisse. Si vsum ministerij alicui fuerit relictus, ad suum ministerium vtetur, & ad liberorum coniugisque. (neque) videtur alij concessisse, si simul cum ipsis vtatur. quamquam si filiofamilias vsum serui sit relictus, vel seruo, patri dominove adquisitus, ipsius dumtaxat vsum exigit, non etiam eorum qui sunt in potestate. Operas autem serui vsuarij non locabit, neque alij vtendo concedet, & ita Labeo. quemadmodum

a Cuius vsum non est relictus vsu villa relicto, cum sit pars angustior villa & quo dammodo vrbanius edificium, nec vsum fundi seruiat quæ domini.

b per ipsa tempora habitationem autem

d sed ad vsum, non ad abusum

e aliquanto enim, aliquomodo enim

f Sed & si

g in Circensibus. De Iudic. Circensibus Sueton. in Claud. & Alex. ab Alex. lib. 5. c. 8.

h in ipsius exigatur, Sententia est huius loci, cum vsum serui filiofamil. vel seruo relictus est, ac ita patri dominove questus, pater vel dominus huius serui vsum exigit: nec etiam alij, quos sua potestati subiectos habet.

k vt adas

2 h iij enim

a ipse tantum vel

enim concedere alij operas poterit, cum ipse^a vti debeat: idem tamen Labeo putat, si fundum cōduxerit quis, vsuarium seruum posse ibi operari. quid enim interest, in qua re opera eius vtatur? quare & si lanam conduxerit vsuarius expediendam, poterit etiam per vsuarias ancillas opus perficere. idemque si vestimenta texenda redemerit, vel insulam vel nauem fabricandam, poterit ad hæc operis vti vsuarij.^b nec offendetur illa Sabini sententia, ancillæ^c vsu dato, ad lanificium eam non mitti,^d nec ex operis mercedem capi: sed sibi lanam facere iure cogere, sibi enim facere videtur qui non operas eius locauit, sed opus quod conduxit expedit.^e idem & Octauienus probat.

b vsuarius.
c scilicet ancillæ
d admitti,

e expedit.

f Sed & ipsi

XIII. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale
Sed^f ipsi seruo ancillæve pro opera mercedem imponi posse, Labeoni placet.

De seruo vsuario.

XIIII. VLP IANVS libro septimodecimo ad Sabinum

PER seruum vsuarium si stipuler, vel per traditionem accipiam, an adquiram queritur, si ex re mea, vel ex operis eius. & si quidem ex operis eius, non valebit: quoniam nec locare operas eius possumus. sed si ex re mea dicimus seruum vsuarium stipulantem vel per traditionem accipientem, mihi adquirere, cum hac opera eius vtar. Vsfusus an fructus legetur, nihil interest: nam fructui & vsus inest: vsui fructus deest. & fructus quidem sine vsu esse non potest: vsus sine fructu potest. denique si tibi fructus deducto vsu legatus sit, inutile esse legatum Pomponius libro quinto ad Sabinum scribit. & si forte vsufructu legato fructus adimatur, totum videri ademptum scribit. sed si fructus^g sine vsu, videri constitutum qui & ab^h initio constitui potest. sed si fructu legato vsus adimatur, Aristo scribit, nullam esse ademptionem. quæ sententia Venignior est. Vsu legato, si eadem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum vsu. Idem ait, & si tibi vsus mihi fructus legetur, concurrere nos in vsu,ⁱ me solum fructum habiturum. Poterit autem apud alium esse vsus, apud alium fructus sine vsu, apud alium proprietatis: veluti si qui habet fundum, legauerit Titio vsum, mox heres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo constituerit.

XV. PAVLVS libro tertio ad Sabinum

EVNDI vsu legato, licebit vsuario & ex penu,^k quod in annum dumtaxat sufficiat capere: licet mediocris prædij eo modo fructus consumantur: quia & domo & seruo ita vteretur, vt nihil alij fructuum nomine superesset. Sicut is cui vsus fundi legatus est, quo minus dominus agri colendi causa ibi

g sed si de fructu sine vsu sensit, vsus videri, vel sed si de fructu sine vsu adimendo sensit, quare non dicamus vsus videri constitutum. h quia & initio vsufructu i in vsu, me

k ex penu,

Si verferetur, prohibere^a nō potest, alioquin & frui dominum prohibebit, ita nec heres quicquā facere debet, quo minus is cui vsus legatus est, utatur vt bonus paterfamilias vti debet.

XVI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

SI ita legatus esset vsus fundi, vt instructus esset, earum^b rerum quæ instrumento^c fundi^d essent, perinde ad legatarium vsus pertinet,^d ac si nominatim ei earum rerum vsus legatus fuisset. Dominus proprietatis etiam invito usufructuario vel vsuario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire potest: interest enim eius fines prædij tueri, eaque omnia dicenda sunt, quolibet modo constitutus vsus fructus vel vsus fuerit. Seruo, cuius vsum dumtaxat non etiam fructum habemus, potest^e & à nobis quid donari, vel etiam ex pecunia nostra negotiatum^e esse, vt quidquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

XVII. AFRICANVS libro quinto Quæstionum

Alio familias vel seruo ædium vsu legato, & vile legatum esse existimo & eodem modo persecutionem eius competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset. itaque non minus absente quàm præsentem filio seruove, pater dominusve in his ædibus habitabit.

Refectio.

XVIII. PAVLYS libro nono ad Plautium

SI domus vsus legatus sit sine fructu, communis refectio est^e rei in fartis tectis tam heredis quàm vsuarij. videamus tamen, ne si fructum heres accipiat, ipse reficere debeat. si vero talis sit res cuius vsus relegatus^f est, vt heres fructum percipere non possit, legatarius reficere cogendus est. quæ distinctio rationem habet,

An diuisionem recipiat seruitus vsus fructus.

XVIII. IDEM libro tertio ad ViteLium

Vsus pars legari non^e potest; nam frui quidem pro parte possumus, vti pro parte non possumus.

XX. MARCELLVS libro tertiodecimo Digestorum

Seruus cuius mihi vsus legatus est, acquirit mihi, si institor erit & operis eius vtar in taberna: nam mercibus vendendis emendisque^h acquirit mihi, sed & si iussu meo per traditionem accipiet.

XXI. MODESTINVS libro secundo Regularum

Vsus aquæ personalis est: & ideo ad heredem vsuarij trāsmitti non potest.

Vsu legato etiam fructus debetur ex verisimili voluntate.

XXII. POMPONIVS libro quinto ad Quintū Mucium

Diuus Hadrianus cum quibusdam vsus filuæ legatus esset, statuit fructum quoque eis legatū videri: quia nisi liceret

^a vsuarius enim etiam modo fundo vti potest, vt alium frui nō prohibeat: adibus vero vtiendo, ita eas occupat vt vsu fructum impediatur. Itaque eo vtiendo dominus in illis non versabitur. l. pe. §. licet. inf. eod. ^b etiam earum ^c in instrumentato ^d pertinetur.

^e negotiatio potest mitti,

^f legatus

^g Nam in facto consistit, nec post factum quod diuidi non potest. l. via. de seruis. vsus fructus autem non solum in facto consistit, sed etiam post factum rest. et fructus qui diuidi possunt: itaque pro parte legatur. l. x. supra de vsu. h. hac de re vide Al. lib. x. par. ed. ca. 17. h. emendisque præpositus

legatariis cædere filuam & vendere, quemadmodum vsufructuariis licet, nihil habituri essent ex eo legato. Licet tam angustus est legatarius cui domus vsus legatus est, vt nō possit occupare totius domus vsum, tamen eis^a quæ Bacabunt proprietarius non vtetur: quia licebit vsuario aliis &^b aliis temporibus tota domo vti. cum interdum domini quoque ædium, prout tēporis cōdicio exigit, quibusdā vtantur, quibusdam non vtantur*. Vsu legato, si plus vsus sit legatarius quàm oportet, officio iudicis qui iudicat quemadmodū vtatur, quid continetur? ne aliter quàm debet vtatur.

XXIII. PAVLVS libro primo ad Neratium

Neratius vsuariæ rei speciem is cuius proprietas est, nullo modo commutare potest. || Paulus: || deteriorem enim causam vsuarij facere non potest. facit autē deteriorem, etiā^c in meliorem statum commutata.^d

e & in meliorem
d commutata re,
commutando.

e Quæ sub hoc tit.
conuincuntur ferè sum-
pta sunt ex ista
de prator. stipulatio.

VSVFRUCTUARIVS^e QUEMADMODVM

CAVEAT TIT. VIII.

Tres sunt clausulæ huius stipulationis.

VLP IANVS libro septuagenesimo nono ad Edictum

SI CIVIS rei vsusfructus legatus sit, æquissimum prætori visum est, de vtroque legatarium cauere, & vsurum se boni viri arbitrato, & cum vsusfructus ad eum pertinere desinet, restitutum quod inde extabit. Hæc stipulatio, siue mobilis res sit siue soli, interponi debet. illud sciendum est, ad fideicommissa etiam aptari eam debere. planè & si lex^l mortis causa donatione vsusfructus constituitur, exemplo legatorum debebit hæc cautio præstari. sed & si ex alia quacumque causa constitutus fuerit vsusfructus, idem dicendum est. Cauere autem debet, viri boni arbitrato perceptu iri vsusfructum: hoc est non deteriorem se causam vsusfructus facturum. ceteraque facturum quæ in re sua faceret. Rectè autem faciens & heres & legatarius, qualis res sit cum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint: vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. Vtilius autem visum est, stipulatione de hoc caueri, vt si quis non viri boni arbitrato vtatur, committetur stipulatio statim. nec expecta^g vimus^g vt amittatur^h vsusfructus. Habet autem stipulatio ista duas causas: vnam, si aliter quis vtatur quàm vir bonus arbitrabitur: aliam de vsufructu restituendo. quarum prior statim committetur quàm aliter fuerit vsus: & sæpiusⁱ committetur, sequens committetur finito vsufructu. Sed quod diximus, id quod inde extabit, restitutum iri: non ipsam rem stipulatur proprietarius: inutiliter enim rem suam stipulari videretur: sed stipulatur resti-

f committatur
g expectandum sit
h dam vt amitta-
tur

isæpissimè

restiti TViri^d quod inde exstabit. Interdum autem^b inerit proprietatis estimatio, si fortè fructuarius, cum possit vsucapionem interpellare, neglexit. omnem enim rei curam suscipit.

a iri restitui
b etiam inerit

N II. PAVLV^s libro septuagesimo quinto ad Edictum Am fructuarius custodiam præstare debet.

O III. VLP^{IANVS} libro septuagesimo nono ad Edictum Mnes autem casus continentur huic^c stipulationi, quibus vsusfructus amittitur. Desinere pertinere vsufructum accipiemus, etiam^d si nec cœperit pertinere, quamvis legatus sit. & committetur nihilo minus stipulatio, quasi desinat pertinere quod nec cœpit. Si vsusfructus repetitus erit legato, quotiensque^e amissus fuerit, nisi vtiliter fuerit cautum, committetur ista stipulatio: sed exceptione opus erit. Sed & si quis vsufructum tibi legauerit, & sub conditione **SILIBEROS HABVERIS** proprietatem^f, amisso vsufructu committetur quidem stipulatio, sed exceptio locum habebit. Si heres alienauerit proprietatem, & postea amittatur vsusfructus, an ex stipulatu agere possit videamus. & fortius dici potest, ipso iure non committi stipulationem: quia neque heredi successoribusve eius restitui potest, neque is cui potest, id est ad quem peruenit proprietates, pertinet ad stipulationem. sed is ad quem peruenit^g, tempore quaesiti dominij sibi prospicere alia cautione debet. quod & si non fecerit, nihilo minus in rem actione uti potest.

c hac stipulatione;

d & si nec

e quotiescumque

f ante proprietatem: *Restituitur*
Etiam.

g peruenit proprietates,

S IIII. VEN^{ULEIVS} libro duodecimo Stipulationum Si fructuarius proprietatem adsecutus fuerit, desinit quidem vsusfructus ad eum pertinere, propter confusionem: sed si ex stipulatu cum eo agitur, aut ipso iure inutiliter agi dicendum est, si viri boni arbitrium huc vsque; porrigitur, aut in factum excipere debebit.

Doli clausula.

H V. VLP^{IANVS} libro septuagesimo nono ad Edictum Vic^h stipulationi **DOLV MALVM ABESSE**, a futurumque esse continetur. & cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur, successorum, & adoptiui patris. Sed siⁱ vsus sine fructu legatus^k erit, adempta fructus causa fati^l dari^l iubet prætor. hoc merito: ut de solo vsu, non etiam de vsufructu caueatur. ergo^m & si fructus sine vsu optigerit, stipulatio locum habebit.

h Hac stipulatione

i Sed et si vsus
k Ut si viri legatus fuerit vsus, diuinde alij fructus. l per se non, in fin. de vsu. & hab. qui locus continet exemplum huius nec est doli clausula
m sed & si

Operæ.
Et si habitatio, vel operæ hominis vel cuius alterius animalis relicta fuerint, stipulatio locum habebit: licet per omnia hæc vsufructum non imitantur.

I VI. PAVLV^s libro septuagesimo quinto ad Edictum Dem est * & * in reditu prædij, sicuti si vindemia legata esset vel messis: quamvis ex vsufructu ea percipianturⁿ

n percipiantur mortuæque legatarij ad hæredem redeant.

quæ legata morte legatarij ad heredem redeunt.

VII. VLP IANVS libro septuagenſimo nono ad Edictum

a Cap. 10. de vſufr. ea. ver. que vſu cenſum.

b conditione ſine cauſa. l. 1. 2. & 3. de condiſt. ſine cauſa. c relictus

d vt Marcianus

e Hic locus confirmat interpretationē noſtram in l. ſi tibi de cenſ. §. de vſufr. c. 10. ver.

f acturum, vt caueat, vt caueam g & cum

ET ſi vſusfructus pomine re tradita ſatisdatum non fuerit, Proculus ait, poſſe heredē rem vindicare. & ſi obiciatur exceptio de re vſusfructus nomine tradita, replicandum erit. quæ ſententia habet rationem. ſed & ipſa ſtipulatio condicti^b poterit. Cum vſusfructus pecuniæ legatus^c eſſet, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione: CVM MORI ERIS, AUT CAPITE MINVERIS, DARI. idcirco hi duo ſoli caſus, quoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poteſt quàm hiſ caſibus.

VIII. PAVLVVS libro ſeptuagenſimo quinto ad Edictum
SI tibi vſusfructus & mihi proprietas legata ſit, mihi cauendum eſt. ſed ſi mihi ſub conditione^b proprietat^b legata ſit, quidam &^d Marcianus & heredi & mihi cauendum eſſe putant. quæ ſententia vera eſt. item ſi mihi legata ſit, & cum ad me pertinere deſerit, alij, & hic vtriſque cauendum, vt ſupra, placuit. quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit, &^e inuicem ſibi cauere debebunt, & heredi in caſum illum, SI AD SOCIVM NON PERTINEAT Vſusfructus, HEREDI REDDI.

VIII. VLP IANVS libro quinquagenſimo primo ad Edictum

SI vſusfructus mihi legatus ſit, eumque reſtituere ſim Titio rogatus, videndum eſt quis debeat cauere: vtrum Titius, an ego qui legatarius ſum. an illud dicimus, mecum heredem acturum^f, cum^g fideicommiſſario me agere debere. & eſt expeditius hoc dicere, ſi mihi ſpes aliqua durat vſusfructus, & cū tu amiſeris, poteſt ad me reccidere, hoc eſt ad legatarium, ita rem expediri, vt tu mihi, ego domino proprietatis caueā. quòd ſi fideicommiſſarij cauſa vſusfructus mihi relictus eſt, nec eſt vlla ſpes ad me reuertendi fructus, recta via fideicommiſſarium cauere oportet domino proprietatis. Illud ſciendum eſt, ſiue iure ipſo quis vſumfructum habet ſiue etiam per tutionē prætoris, nihilo minus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones ſuſcipere. Planè ſi ex die proprietat^h alicui legata ſit, vſusfructus purè, dicendum eſſe Pomponius ait, remittendam^h eſſe^h hanc cautionem fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem vel ad heredem eius peruenturam. Si veſtis vſusfructus legatus ſit, ſcripſit Pomponius, quamquam heres ſtipulatus ſit finito vſusfructu veſtem reddi, attamen non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo adtritam reddiderit. Si plures domini ſint proprietatis, vnusquisque pro ſua parte ſtipulabitur.

X. PAVLVS libro quadragesimo ad Edictum

SI serui qui nobis communis erat, vsufructum tibi legauero, necessaria erit hæc cautio heredi meo. quamuis enim de proprietate possit communi diuidendo^a experiri, tamen causa vsufructus qui tuus proprius est, ad officium communi diuidendo iudicis non pertinebit.

^a diuidendo iudicio

XI. PAPINIANVS libro septimo Responsorum

Vsu quoque domus relicto, viri boni arbitrato cautionem interponi oportet. nec^b mutat si pater heredes filios simul habitare cum vxore legataria voluit.

^b nec mutare

Condictio.

XII. VLPPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum

SI vasorū^l ipsorum^l vsufructus relictus sit, non erit cautio senatusconsulti necessaria, sed illa sola, BONI VIRI ARBITRATVS SVRVM FRVITVRVM^d. si igitur tradita sunt fruendi causa, nemo dubitat nō fieri eius qui accepit: nō enim ideo traduntur vt dominium recedat ab eo qui tradit: sed vt vtatur fruatur legatarius. ergo cum non fiant fructuarij vasa, vindicari à proprietario possunt, cautione non data. videndum est de conditione, an possit locum habere. & proditum est, neminem rem suam nisi furi^e condicere posse.

c se vsurum fructurum
d Non quod de ijs vasis hic agatur, quod diuissimè seruauerunt, nec facile vsu asseruntur: nam eadē ratione idem esset in alijs rebus mobilibus quæ non facile vsu consumuntur. l. 1. sup. eod. vs in vestibus sciancia, & qua ad spectacula salum adhibentur. l. sed si quid. sup. de vsufr. Sed quod ea que se restitutum quod minus preceptum interim vasa valuerint. Alc. 7. par. cap. 2.
e furem condicere

LIBER OCTAVVS.

DE SERVITVTIBVS.

Diuisio seruitutum.

MARCIANVS libro tertio Regularum



ERUITVTES aut personarum sunt, vt vsus, & vsufructus: aut rerum, vt seruitutes rusticorum prædiorum & vrbanoꝝ.

II. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Edictum

Vnus ex dominis comunium ædium seruitutem imponere non potest.

Alia diuisio.

III. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum
SERUITUTES prædiorū aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt.
Quomodo constituatur seruitus.

IIII. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum

Seruitutes ipso quidem iure neque ex tempore neque ad tempus neque sub conditione^f neque ad certam conditionem, verbi gratia, QVAMDIU VOLAM, constitui possunt. sed tamen si hæc adiciantur, pacti, vel per doli exceptionem occurreret contra placita seruitutem vindicanti. idque & Sabinū respondisse Cassius rettulit, & sibi placere.

f Tametsi sub conditione promissi possint l. existimo. de verb. oblig. inser qua per multum interest. Nā acquisiuero, eti imponere l. 2. sup. eod.

Modum

a vel vt equo

b res illæ traducatur,
c quoque dierum
d sed & ad

Modum ad Ici seruitutibus posse constat: veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti vt equo^a dumtaxat: vel vt certum pondus vehatur, vel grex ille traducatur^b aut carbo portetur. Interualla^c dierum & horarum non ad temporis causam, sed^d ad modum pertinent iure constitutæ seruitutis.

V. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

VIA, iter, actus, ductus^e aquæ isdem ferè modis constituitur quibus & vsufructum constitui diximus. Vfus seruitutum temporibus secerni potest. fortè vt quis post horam tertiam vsque in horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur.

VI. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

AD certam partem fundi seruitus tam remitti quàm constitui potest.

VII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam

VS cloacæ mittendæ^f seruitus est.

VIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium

VT^g pomum decerpere liceat, & vt spatari, & vt cenare^h in alieno possimus, seruitus imponi nõ potest. Si prædium tuum mihi seruiat, siue ego partis prædij tui dominus esse cœpero, siue tu mei, per partes seruitus retinetur, licet ab initio per partemⁱ acquiri non poterit.

Via simpliciter concessa, & nulla definita certa parte.

VIII. CELSVS libro quinto Digestorum

SI cui simpliciterⁱ via per fundum cuiuspiam cedatur vel relinquitur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit: ciuilit^k modo. nam quædam in sermone tacitè excipiuntur. non enim per villam ipsam nec per medias vineas ire agere sinendus est, cum id æquè commodè per alteram partem facere possit minore^l seruiantis fundi detrimento. verùm constitit, vt quæ primùm viam direxisset, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ eius potestatem haberet. sicuti^m Sabino quoque videbatur, qui argumento riui utebatur, quem primò qualibet ducere licuisset: posteaquam ductus esset transferre non liceret. quod & in via seruandum esse verum est.

X. IDEM libro octauodecimo Digestorum

SI iter legatum sit quæ nisi operæ facti iri non possit, licere fodiendo, substruendo iter facere, Proculus ait.

Seruitus non recipit diuisionem.

XI. MODESTINVS libro sexto Differentiarum

PROⁿ parte dominæ seruitutem acquiri non posse, vOlgo traditur. & ideo si quis fundum habens, viam stipuletur, & par-

g Coniunge l. 16. de seruit. rusticæ prædij. Dicitur.

h Debere quis potest seruitutem constituendam in alieno prædij l. heredes. fam. arcisc. sed imponere & se ipse constituere non potest: ne de aliena re quid statuas inuito domino.

i simpliciter, simpliciter vsu: repudianda est posterior lectio, prior non minus congrua quàm Flor. l. si via. infra. de seruit. rusticæ prædij.

k ciuili tamen modo.

l & minore

m sic & Sabino

o Coniunge l. 11. pars. prædij. Dicitur.

& partem fundi sui postea alienet, corrumpit stipulationem, in eum casum deducendo, à quo stipulatio incipere non potest. Pro parte quoque neque legari neque adimi via potest. & si id factum est, neque legatum neque ademptio valet.

XII. IAVOLENVS libro quarto Epistularum

Non dubito quin fundo municipum; per seruum rectè seruitus adquiratur.

Interpretatio non aliena à verbis, cum via iter & actum contineat.

XIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad Quintum Mucium

SI tam angusti loci demonstratione facta via concessa fuerit, vt neque vehiculum neque iumentum eà inire^a possit, iter magis quàm via aut actus adquisitus videbitur. sed si iumentum eà duci poterit non etiam vehiculum, actus videbitur adquisitus.

Seruitutum propriè nec possessio est nec vsucapio.

XIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum

Seruitutes prædiorum rusticorum etiam si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, & ideo vsu non capiuntur^b: vel ideo quia tales sunt seruitutes, vt non habeant certam continuamque possessionem. nemo enim tam^c perpetuè tam continenter ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. Idem & in seruitutibus prædiorum vrbanoꝝ obseruatur.

Ius singulare.

Seruitus itineris ad sepulchrum, priuati iuris manet. & ideo remitti domino fundi seruiantis || potest: || & adquiri etiam post religionem sepulchri hæc seruitus^d potest.

Videndum an locus medius impediatur vsu seruitutis.

Publico loco interueniente vel via publica, haustus seruitus imponi potest, aquæductus non potest. à principe^e autem peti solet, vt per viam publicam aquam ducere sine incommodo publico liceat. Sacri & religiosi loci interuentus etiam itineris seruitutem impedit: cum seruitus per ea loca nulli deberi potest.

Seruitus ita demum valet prædio imposta, si utilis esse possit.

XV. POMPONIVS libro trigenesimo tertio ad Sabinum

Quotiens nec hominum nec prædiorum seruitutes sunt, quia nihil vicinorum interest, non valet^f. veluti ne per fundum tuum eas, aut^g ibi consistas. & ideo si mihi concedas, ius tibi non esse fundo tuo vtifruui, nihil agitur. aliter atque si concedas mihi, ius tibi non esse in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ mex gratia. Seruitutum

^a eà ire possit,

^b Seruitutes non possunt vsucapi. l. sequitur. §. vi. de vsucap. non possunt enim possideri, cum sint res incorporales. hic, ac sine possessione eaque continuata nulla est vsucapio. l. 3. & 25. de vsucap. utilitatis tamen causa recepta est, vt ripose & diuersino vsu acquirantur. l. si quis diuersino. si ser. vind. nam vsu earum possessionis loco est. l. 15. infr. eod. Et Theoph. titul. de Interd. Infr. c. tamque perpetuè

^d Non enim efficitur eiusdem iuris, cuius & locus ipse religiosus. l. in sentent. §. sacra. de res. diuis. e principi tamen

^f non valet. Debent enim seruitutes esse vel hominum, vel prædiorum. l. si supra. ubi autem seruitus est, camesi inutilis sit, veluti aqua ducatur, quam prædij seruientem esse constat, licet aquam ducere mihi non expediat, ea consisti potest. infr. eo. l. per. Gaius l. l. l. cap. 16. g aut eo

non ea

a viridiarla
b an in hoc vt

non ea natura est, vt aliquid faciat quis: veluti viridia^a tollat, aut amœniorem prospectum præstet, aut^b in hoc vt in suo pingat: sed vt aliquid patiat, aut non faciat.

Vtilis actio deficiente directâ: quia hi domini non sunt.

e Cœmurae l. 2. C.
4. de oper. noni anu-
sias. Duar.
d idēcinque seruari

XVI. IULIANVS libro quadragesimo nono Digestorū
Eⁱ qui pignori fundum accepit, non est iniquum vtilen-
petitionem seruitutis dari, sicuti ipsius fundi vtilis petitio
dabitur. idem^d seruari conuenit & in eo ad quem vectigalis
fundus pertinet.

Seruitutes sunt indiuidue propter vsum earum.

e in solidum viam

XVII. POMPONIUS libro singulari Regularum
Vⁱæ, itineris, actus, aquæductus pars in obligationem de-
duci non potest: quia vsus eorum indiuisus est. & ideo
si stipulator decesserit pluribus heredibus relictis, singuli so-
lidam^c viam petunt. & si promissor decesserit pluribus he-
redibus relictis, à singulis heredibus solida petitio est.

f Initium legis ite
legitur Papinianus
notat in omnibus,
&c.

XVIII. PAVLVS libro trigesimo primo Quæstio-
num Papiniani^f notat

Iⁿ omnibus seruitutibus quæ additione confusæ sunt, re-
sponsum est doli exceptionem nocituram legatario, si non
patiat, eas iterum imponi.

Sufficit vtilitatem afferre posse, vt valeat seruitus.

XVIII. LABEO libro quarto Posteriorum à Iauo-
leno epitomatorum

g Nunc quid: possit
nomen aliquando sua
natura esse vtilis.
Quod si nullam vni-
quam vtilitatem alle-
gata est, imponi non
possit. l. 25. supr. ad.

Eⁱ fundo quem quis vendat, seruitutem imponi, et si non
vtilis^g sit, posse existimo. veluti si aquam alicui^h dedere
ducere non expediret, nihilo minus constitui ea seruitus
possit: quædam enim^h debere^h habere possumus, quamuis ea
nobis vtilia non sunt.

Vsus loci traditionis.

XX. IAVOLENVS libro quinto ex Posterioribus
Labeonis

h aliquotius

Q^uotiens via aut aliquid^h ius fundi emeretur, cauendum
putat esse Labeo, per te non fieri quo minus eo iure vt
possitⁱ: quia nulla eiusmodi iuris vacua traditio esset. ego pu-
to vsum eius iuris pro traditione possessionis accipiendum
esse. ideoq;ⁱ &ⁱ interdicta veluti possessoria constituta sunt.

i possim: quia

DE SERUITVTIBVS PRAEDIORVM
VRBANORVM TIT. II.

*Inspiciendum est, an absque vso fundi medij seruitus
possit afferre vtilitatem.*

PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum
Sⁱ intercedat solum publicum, vel via publica, neque iti-
neris actus^{ve}, neque altius tollendi seruitutes impedit. sed
inmit-

immittendi, protegēdi, prohibendū, item fluminum & stillicidiorum seruitutem impedit: quia caelum quod supra id solum intercedit, liberum esse debet. Si vsufructus tuus sit, aediū proprietas mea, quæ onera vicini sustinere debeant, mecum insolidum agi potest: tecum ^b nullo modo.

a prouiciendi,
b tecum rectò

Quæ sunt urbana seruitutes.

II. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale
URbanorum prædiorum iura talia sunt: altius tollendi & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi, item stillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, aut non auertendi, item immittendi tigna in parietem vicini, & denique prouiciendi, protegēdiue, ceteraque istis similia.

III. VLPPIANVS libro vicenimo nono ad Sabinū
Est & hæc seruitus^c, ne prospectui officiat.

c seruitus eorum

III. PAVLVVS libro secundo Institutionum
Luminum ⁱⁿ seruitute constituta id aduersus vicinum videtur, vt vicinus lumina nostra ^d excipiat. cum autem seruitus imponitur, ne luminibus officiat, hoc^e maxime adepti^f videmur, ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina nostrorum ædificiorum.

d vicini excipiat.
e Non enim hoc solum aduersus seruitutem luminum, sed quocumque modo quid fiat ad lumen impedimentum. l. 15. infra.
f adeptum videbitur,
g non solum qui, non solum eum qui, additum fuit, solum ab his qui ignorans sepe ita loqui inuisibiliter, vt intelligatur h sed & eum i lib. 10.

Interpretatio verborum superioris capituli.

V. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Edictum
Inuitum autem in seruitutibus accipere debemus non eum^g qui contradicit, sed eum^h qui non consentit. ideo Pomponius libro quadragesimo ⁱ & ⁱⁱ infantem & furiosum inuitos rectè dici ait: non enim ad factum, sed ad ius seruitutis hæc verba referuntur.

Hæc seruitutes non vtendo, amittuntur modo vicinus simul libertatem vsucapiat.

VI. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale
Hæc autem iura similiter vt rusticorum quoque prædiorum, certo tempore non vtendo pereunt. nisi quoddam hæc dissimilitudo est, quoddam non omnimodo^k pereunt non vtendo: sed ita si vicinus simul libertatē vsucapiat. veluti si ædes tuas AEedibus meis seruiant ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiat, & ego per statutum tempus fenestras meas perfixas^l habuero vel obstruxero, ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus ædes tuas altius sublatas habueris, alioquin si nihil noui feceris, retineo seruitutem. Item si tigni immisi ædes tuæ seruitutem debent, & ego exemero tignum, ita demum amitto ius meum, si tu foramen vnde exemptum est tignum, obturaueris, & per constitutum tempus ita habueris. alioquin si nihil nobis feceris, integrum ius suum^m permanet.

k e maximo pereunt

l præfixis

m ius suum

VII. POMPONIVS libro vicensimo sexto ad
Quintum Mucium

a ex ædificio

QVod autem ædificio^a meo me posse consequi vt libertatem vsucaperem dicitur, idem me non consecuturum, si arborem eodem loco sitam habuisssem Mucius ait: & rectè: quia non ita in suo statu & loco maneret arbor quemadmodum paries; propter motum naturalem arboris.

De pariete communi.

VIII. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale
Parietem qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non est: quia non solus dominus est.

VIII. VLPIANVS libro quinquagesimo tertio
ad Edictum

b extolles

CVm eo, qui tollendo^b obscurat vicini ædes quibus non seruiat, nulla competit actio.

In his speciebus debetur legatario seruitus alius non tollendi hæcenus vt ei habitare liceat.

X. MARCELIVS libro quarto Digestorum

e Scaturus Marcello S.
d numquid cum
e potest, suas
f sed & de illo

GAurus^c Marcello: Vinas ædes habeo: alteras tibi lego: heres ædes alteras altius tollit, & luminibus tuis officit. quid^d cum illo agere potes? & an interesse putes^e suas ædes altius tollat, an hereditarias? & de illo quæro, an per alienas ædes accessum heres ad eam rem quæ legatur, præstare debet: sicut solet quæri, cum vsusfructus loci legatus est, ad quæ locum accedi nisi per alienum nõ potest. Marcellus respondit, qui binas ædes habebat, si alteras legauit, non dubiũ est quin heres *|| alias ||* possit altius tollendo obscurare lumina legatarum ædium. idem dicendum est, si alteri ædes, alteri aliarum^f vsufructum legauerit. Non autem *|| semper ||* simile est itineris argumentum: quia sine accessu nullum^h est fructus legatum: habitareⁱ autem potest & ædibus obscuratis. ceterum vsufructu loci legato, etiam accessus dandus est: quia & haustru^k relicto, iter quoque ad hauriendum præstaretur. sed ita officere luminibus & obscurare legatas ædes conceditur, vt nõ penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur quantum sufficit habitantibus in vsus diurni moderatione^l.

De altitudine ædificiorum.

XI. VLPIANVS libro primo de Officio consulis

m volet, sciat
n ædificia

o Qui à consule datur. l. vi. de iud. & l. sub diuersis. de condit. & demonstr.

QVI luminibus vicinorum officere, aliudue quid facere contra commodum eorum vellet^m, sciet se formam ac statum antiquorum ædificiorum custodire debere. Si inter te & vicinum tuum non conuenit ad quam altitudinem extolli ædificioⁿ quæ facere instituisti oporteat, arbitrum^o accipere poteris.

Serui-

Seruitus altius non tollendi.

XII. IAVOLENVS libro decimo ex Casio

Aedificia quæ seruitutem patiuntur, nequid altius tollatur viridia^a supra^b eam altitudinem habere possunt. at si de prospectu est, eaquæ obstatuta sunt, non possunt.

^a viriditatis
^b super eam

In pariete communi aut iuxta eum nihil facere licet quod eum corrumpat.

XIII. PROCVLVS libro secundo Epistularum

Quidam Hiberus nomine qui habet post horrea mea insulam, balnearia^c fecit secundum parietem cõmunem. non licet autem tubulos habere ad motos ad parietem cõmunẽ, sicuti ne parietem quidem suum per parietem cõmunem. de tubulis eo amplius hoc iuris est, quod per eos flamma torretur paries. qua^d de re volo cum Hiberoloquaris, ne rem illicitam faciat. Proculus respondit: nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quod rem non permissam facit; tubulos secundũ communem parietẽ extruendo. Parietẽ communem incrustare licet secundum Capitonis sententiã: sicut licet^e mihi^h pretiosissimas picturas habere in pariete cõmuni. ceterum si demolitus sit vicinus, & ex stipulatu actione damni infecti agatur, non pluris quàm vulgaria tectoria ætirmari debent. quod obseruari & in incrustatione oportet.

^c balneariam

XIII. PAPIRIVS IVSTVS libro primo de Constitutionibus

Imperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, in area quæ nulli seruitutem debet, posse dominum vel alium voluntate eius ædificare intermisso legitimo spatio à vicina insula^f.

Differentia luminum, & prospectus.

XV. VLP IANVS libro vicensimo nono ad Sabinum

Inter seruitutes ne luminibus officiarur, & ne prospectuis offendatur, aliud & aliud obseruatur: quod in prospectu plus quis habet, ne^h quid ei officiarur ad gratiorem prospectum & liberum. in luminibus autem non officere, ne lumina cuiusquam obscuriora fiant. quodcumque igitur faciat ad luminis impedimentum, prohiberi potest, si seruitus debeat. opusque ei nouum nuntiaripotest, si modò sic faciat vt lumini noccat.

XVI. PAVLVS libro secundo Epitomarum Alfeni digestorum

Lumen, id est vt cælum videretur. & interest inter lumen & prospectum: nam prospectus etiam ex inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco esse non potest.

XVII. VLP IANVS libro vicensimo nono ad Sabinum

Si arborem ponat vt lumini officiat, æquẽ dicendum erit, contra impositam seruitutem eum facere: nam & arbor

^d Verba sunt eius qui Proculum per epistolam consuluit. Itaque valde fallitur qui verba Proculi esse putant: atque inde consequi aiunt, nõ posse actionẽ aduersus aliquem inueniri nisi procedente admissione hac denominatione, quod perquam ridiculum est. Duar. 2. diffut. ca. 28. e de ea re
^f Dubitatio fuit huius loci, an, qui possidet aream nulli seruientem ei totum ædificium imponere possit, nullo etiam spatio legitimo intermisso à vicina insula: cum enim area eius nulli seruiret, videbatur nõ posse cogi eam relinquere vacuam, nec prohiberi in suo quocumque vellet ædificare.
^g prospectus
^h nequid scilicet

a celum, vel minus
 cæli. nam arbor non
 impedit quominus
 celum videatur: sed
 efficit, ut minus
 eius videatur. &
 locus opacus fiat, ut
 infra subiicitur.
 b Pars diæta fuit
 edocueratius aliquis
 locus, totus sibi expo-
 situs aique hyberno
 tempore calorem ab
 eo recipiens. Al. n.
 parer. ca. 2.
 c in locum cui
 d æquo luminis
 e Per refractionē lu-
 minis. Au. li. 4. emen-
 ca. 10. Al. legis
 κατὰ τὸν ἀόρατον

efficit quo minus cæli^a videri possit. Si tamē id quod ponitur
 lumen quidem nihil impediatur, solem autem auferat, si quidē
 eo loci quo gratum erat eum nō esse, potest dici nihil contra
 seruitutē facere. sin verò heliocamino^b vel solarario, dicendum
 erit, quia umbrā facit in loco^c cui sol fuit necessarius, contra
 seruitutem impositam fieri. Per contrarium si deponat ædifi-
 cium vel arboris ramos, quo factō locus opacus quondam
 coepit solis esse plenus, non facit contra seruitutem: hāc enim
 debuit, ne luminibus officiat: nunc non luminibus officit, sed
 plus æquo^d lumē facit. Interdum dici potest, eum quoq; qui
 tollit ædificium vel deprimit, luminibus officere: si fortē
 KATA ANTANAKAAZIN^e vel pressura quadam lumen
 in eas ædes deuoluatur.

Species in qua fit interpretatio contra venditorem.

Hæc lex traditionis, STILLICIDIA VTI NUNC
 SVNT, VT ITA SINT, hoc significat, impositam vicinis
 necessitatem stillicidiorum excipiendorum: non illud, vt
 etiam emptor stillicidia suscipiat ædificiorum vicinorum.
 hoc^f igitur pollicetur venditor, sibi quidem stillicidiorum ser-
 uitudinem deberi: se autem nulli debere. Quæ de stillicidio
 scripta sunt, etiam in ceteris seruitutibus accipienda sunt, si in
 contrarium nihil nominatim actum est.

Aqua ductus.

XVIII. POMPONIUS libro decimo ad Sabinum

SI fistulæ, per quas aquam ducas, ædibus meis applicatæ
 damnum mihi dent, in factum actio mihi competit. sed
 & damni infecti stipulari à te potero.

De pariete communi.

XVIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum

Fistulam iunctam parieti cōmuni, quæ aut ex castello^g aut
 ex cælo aquam capit, non iure haberi Proculus ait. sed nō
 posse prohiberi vicinum, quo minus Valincum habeat secun-
 dum parietem communē, quamuis vmorem^h capiat paries:
 nō magis quàm si velⁱ in triclinio suo vel in cubiculo aquam
 effunderet^h. sed Neratius ait, si talis sit vsus tepidarij, vt adfi-
 dum vmorem habeat, & id^l noceat vicino, posse prohiberi
 eum. Iuxta communem parietem cameram ex figlino ope-
 re factam, si ita retineatur vt etiam sublato pariete maneat, si
 modò non impediatur refectionem communis parietis, iure ha-
 beri licet. Scalas posse me ad parietem communem habere,
 Sabinus rectē scribit: quia remoueri[†] hæc possunt.

Vibanarum seruitutum continua est possessio.

XX. IDEM libro quintodecimo ad Sabinum

Seruitutes quæ in superficie consistunt, possessione reti-
 nentur. nam si fortē ex ædibus meis in ædes tuas tignum
 immisum

f hæc igitur

g Quid castellum
 Bud.: ap. 17. de aed.
 emp. infra.

h humorem
 i velit in
 k effundere.

l & ideo

† hæc

immisſum habuero, hoc vt immiſſum habeam, per cauſam
tigni poſſideo habendi conſuetudinem^a. idem eueniet & ſi
menianum in tuum immiſſum habuero, aut ſtillicidium in
tuum proiecero: quia in tuo aliquid^b vtor, & ſi quali facto
quodam poſſideo.

a conſuetudine

b aliquid eſt, quo
vtor,

Licet alicui id facere, ſine quo ſeruitute vti non poteſt.

1 Si domo mea altior area tua eſſet, tuque mihi per arcam
tuam in domum meam ire agere ceſiſti^c, nec ex plano aditus
ad domum meam per arcam tuam eſſet, vel gradus vel cliuus
propius ianuam meam iure facere poſſum: dum ne quid vl-
tra quam quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliar.

c conceſiſſes,

De ſtillicidio.

2 Si ſublato ſit ædificium ex quo ſtillicidium cadit, vt ea-
dem ſpecie & qualitate reponatur, vtilitas exigit vt idem in-
tellegatur: nam alioquin, ſi quid^d ſtrictius interpretetur,
aliud eſt quod ſequenti loco ponitur. & ideo ſublato ædificio

d ſi quis ſtrictius

3 vſufructus interit, quamuis area pars eſt ædificij. Si ſerui-
tus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis area
ibi ædificare, vbi caſitare^e coepiſſet ſtillicidium. Si antea ex
regula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato, vel ex alia

e caſitare

4 materia caſitare non poteſt. ſtillicidium quoque modo
adquiſitum ſit, altius tolli poteſt: leuior enim ſit eo^f facto
ſeruitus: cum quod ex alto cadet, lenius & interdum dire-
ptum^g, nec perueniat ad locum ſeruientem. inferius demitti
non poteſt: quia ſit grauior ſeruitus: id eſt pro ſtillicidio flu-
men. eadem^h cauſa retroⁱ duci poteſt ſtillicidium: quia in
noſtro magis incipiet cadere. produci non poteſt: ne alio lo-
co cadat ſtillicidium quam in quo poſita^k ſeruitus eſt. lenius
facere poterimus, acrius non. Et omnino ſciendum eſt me-
liorem vicini condicionem fieri poſſe, deteriore non poſſe:
niſi aliquid nominatim ſeruitute^l imponenda iminutatum

f eo pacto, facto.
i. ſublato alius ad-
ſi. io: melius igitur
facto quam pacto
legitur.

g directum, neo
directe
h ea de cauſa
i retro quoque
k impoſita

5 fuerit. Qui in area in qua ſtillicidium cadit ædificat, vſque
ad eum locum perducere ædificium poteſt vnde ſtillicidium
cadit^m recte. ¶ ſed ¶ & ¶ ſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſupra ædi-
ficare ei conceditur: dum tamen ſtillicidiūⁿ recte^o recipiatur.

l in ſeruitute

*Remiſſa ſeruitute altius non tollendi quid con-
ceſſum intelligatur.*

XXI. POMPONIVS libro trigenſimo tertio ad
Sabinum

SI domus tua ædificijs meis vtramque ſeruitutem deberet^m,
ne altius tolleretur, & vt ſtillicidium ædificiorum meorum
recipereⁿ deberet, & tibi conceſſero ius eſſe inuito me altius
tollere ædificia tua, quod ad ſtillicidiū meum attinet, ſic ſta-
tui debet, vt ſi altius^o ſublatis ædificijs tuis ſtillicidia mea
cadere in ea non poſſint, ea ratione altius tibi ædificare

m deberet, & ne

n reciperet

o ea altius. Reſt
hic deſt ea quæ
admodum & iniſſa
capitis.

non liceat : si non impediatur stillicidia mea , liceat tibi al-
tius tollere.

Seruitus ne luminibus officiat, an intelligatur de futuris.

XXII. IULIANVS libro secundo ex Minicio

Qui ædificium habet, potest seruitutem vicino imponere,
aut non solum de his^a luminibus quæ in præsentia
erunt, sed etiam de his quæ postea fuerint caueat.

XXIII. POMPONIVS libro trigesimo tertio ad
Sabinum

Si^b seruitus imposta fuerit, lumina quæ nunc sunt, vt ita
sunt, de futuris luminibus nihil caueri videtur. quod si ita
sit cautum, ne luminibus officiat, ambigua^c est scriptura,
vtrum ne his luminibus officiat quæ nunc sunt, an etiam
his quæ postea quoque fuerint. ¶ & humanius est, verbo ge-
nerali omne lumē significari, siue quod in præsentia siue quod
post tempus conuersionis contigerit. Futuro quoq; ædificio
quod nondum est, vel imponi vel adquiri seruitus potest.

XXIII. PAVLVVS libro quintodecimo ad Sabinum

Cuius ædificium iure superius est, eius^d est in infinito^e su-
pra suum ædificium imponere : cum^f inferiora ædificia
non grauiore seruitute cneret quam pati debent^g.

Seruitus immittenda.

XXV. POMPONIVS libro trigesimo tertio ad Sabinum

Hoc^h quod dictum est de immisissis, locum habet ex ædi-
ficio alio in aliud : aliter enim supra alienum ædificium
superius habere nemo potest.

De pariete communi.

Si ex tribus ædibus in loco impari positis ædes mediæ su-
perioribus seruiant ædibus, inferiores autem nulli seruiant,
& paries communis qui fit inter ædes inferiores & medias,
altius à domino inferiorum ædium sublatus sit, iure eum
altius habiturumⁱ Sabinus ait.

De re communi.

XXVI. PAVLVVS libro quintodecimo ad Sabinum

In re communi nemo dominorum iure seruitutis neque fa-
cere quicquam invito altero potest, neque prohibere quo-
minus alter faciat : nulli enim res sua seruit. itaque propter
immensas cōtentiones plerumque res ad diuisionem perue-
nit. sed^k per communi diuidendo actionem consequitur so-
cius quo minus opus^l fiat : aut vt id opus quod fecit tollat^m :
si modò toti societati prodest opus tolli.

XXVII. POMPONIVS libro trigesimo tertio ad
Sabinum

Sedⁿ si inter me & te communes sunt Titianæ ædes, & ex
his aliquid nō iure in alias ædes meas proprias immissum
sit, nempe

a de his ei

b Coniunge l. c. in
lege 37. de contra.
empt. D. u. r.
c quia ambigua

d ei ius est
e infinitum
f dummodo
g deberent

h Coniunge A 2. de
acquiren. rer. dem.
Duar.

i habiturum

k Sed & per
l id opus fiat
m Quod tamen non
egitur tollere, si cum
prohibere paterat, so-
cius hoc præmisse-
rit. l. Sabinus. infr.
commun. diuid.
n Sed & si

fit, nempe tecum mihi agere licet^a aut rem perdere^b. Idem fiet, si ex tuis proprijs ædibus in communes meas & tuas ædes quid similiter esset proiectum: mihi enim soli tecum est actio. Si in area communi ædificare velis, socius prohibendi ius habet, quamuis tu ædificandi ius habeas à vicino concessum: quia^c inuito socio in iure^d communi non habeas ius ædificandi.

a licebit
b Id est, opus demolis, ac d. v. uere. l. quæ admodum. §. 2. ad l. Aqu. in qua significatio, perdere, à Cui. vsurpatur.

c quod inuito d in re communi;
e Coniunge l. seruis. rutes. de seruitutibus.

Seruitutum perpetua causa esse debet.

XXVIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum

FORAMEN^e in imo^f pariete conclusus vel triclinij, quod esset proluendi pavimenti causa, id neque flumen esse, neque tempore adquiri placuit. hoc ita verum est, si in eum locum nihil ex caelo aquæ veniat: neque enim perpetuam causam habet quod manu fit, at quod ex caelo cadit, etsi non adfiduè fit, ex naturali tamen causa fit: & ideo perpetuè fieri existimatur. Omnes autem seruitutes prædiorum perpetuas causas habere debent: & ideo neque ex lacu neque ex stagno concedi aquæ ductus potest. Stillicidij quoque immittendi naturalis & perpetua causa esse debet.

Duar.
f vno, sequere Flor. eiusmodi enim foramina & olim & nostra quoque etate in ima parietis parte sunt: vox vno non conuenit, quod adimaduuenis qui eam sustulit.

XXVIII. POMPONIVS libro trigensimo secundo ad Quintum Mucium

SI quid igitur ex eo foramine ex quo seruitus non consistit, damnum vicinus sensisset, dicendum est damni infecti stipulationem locum habere.

Confusio seruitutis.

XXX. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum

SI quis ædes quæ suis ædibus seruirent, cum emisset, traditas sibi accepit, confusa sublataque seruitus est. & si rursus vendere vult, nominatim imponenda seruitus est: alioquin liberae veniunt^g. Si partem prædij nactus sim, quod mihi, aut cui ego seruiam, non cõfundi seruitutē placet: quia pro^h parte seruitus retinetur. itaq; si prædia mea prædijs tuis suis seruiant, & tuorū partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit seruitus. Item vtusfructus in alterutris prædijs acquisitus non interrumpit seruitutem.

g veniunt.

h per partes

Idem adificium esse intelligitur quod restitutum est.

XXXI. IDEM libro quadragenimo octauo ad Edictum

SI testamēto damnatus heres ne officeret vicini luminibus, seruitutēque præstaret, deposuit adificium, concedenda erit legatario utilis actio, qua prohibeatur heres, si postea extollere supra priorem modum adificium conabitur.

Vsucapio libertatis.

XXXII. IULIANVS libro septimo Digestorum

SI ædes meæ seruiant ædibus Lucij Titij & ædibus Publij Mauij, ne altius ædificare mihi liceat, & à Titio precario petierim

petierim vt altius tollerem, atque ita per statutum tempus ædificatum habuero, libertatem aduersus Publium Mæuium vsucipiam: non enim vna seruitus Titio & Mæuio debebatur, sed duæ. argumentum rei præbet, quod si alter ex his seruitutem mihi remisisset, ab eo solo liberarer, altero^a nihilo minus seruitutem deberem. Libertas seruitutis vsucipitur, si ædes possideantur. quare si is qui altius ædificatum habebat ante statutum tempus ædes possidere desijt, interpellata vsucapio est. is autem qui postea easdem ædes possidere cœperit, integro statuto tempore libertatem vsucipiet: natura enim seruitutum ea est, vt possideri non possint: sed intellegatur possessionem earum habere qui ædes possidet.

Seruitus oneris ferendi.

XXXIII. PAVLVS libro quinto Epitomarum Alfeni digestorum

EVM debere columnam restituere, quæ onus vicinarum ædium ferebat, cuius essent ædes quæ seruirent: non eum qui imponere vellet. nam cum in lege ædium ita scriptum esset, **P**ARIES ONERI FERENDO^b, **V**TI **N**UNC **E**ST **I**TA **S**IT, satis apertè significari, in perpetuum parietem esse debere: non^c enim hoc his verbis dici vt in perpetuum idem paries æternus esset, quod ne fieri quidem possit, sed vt eiusdem modi paries in perpetuum esset, qui^d onus sustineret. quemadmodum si quis alicui cauisset, vt seruitutem præberet, qui onus suum sustineret: si ea res quæ seruit, & tuum onus ferret, perisset, alia in locum eius dari debeat.

XXXIII. IULIANVS libro secundo ex Minicio

ET qui duas areas habet, alteram tradendo, seruum alteri efficere potest^e.

XXXV. MARCIANVS libro tertio Regularum

SI binarum ædium dominus dixisset eas quas venderet seruas fore, sed in traditione non fecisset mentionem seruitutis, vel ex vendito agere potest, vel incertum^f condicere, vt seruitus imponatur.

XXXVI. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum

Binas quis ædes habebat vna contignatione tectas, vtrasque diuiculis legauit. dixi, quia magis placeat tignum posse duorum esse, ita vt certæ partes cuiusque sint contignationis, ex regione cuiusque domini fore tigna: nec vllam inuicem habituros actionem, ius non esse immixtum habere. nec interest, purè vtrisque, an sub cōdicionem alteri ædes legatae sint.

De seruitute, ne luminibus aut prospectui officiatyr.

XXXVII. IULIANVS libro septimo Digestorum

IDemque esse & si duobus ædes cesserint.

XXXVIII.

a alteri nihilo

b ferendo
c non enim his
verbis in perpetuum
hoc dicitur vt idē
paries.
d quæ onus

e Nec dici debet ei
res sua seruire. l. 26.
suprà. eorum traden
do alterum, eius do
minum a se alienet.
l. si quis duas com
muni. prædior.
incerti

f sint ex regione
contignationis cu
iustque

XXXVIII. PAVLVS libro secundo Quaestionum

SI aedes meae à tuis aedibus tantum distent, vt prospici non possint, aut medius mons earum conspectum auferat, seruitus imponi non potest:

XXXVIII. IDEM libro primo Manualium

Nemo enim proprijs aedificijs seruitutem imponere potest, nisi & is qui cedit & is cui ceditur, in conspectu habeant ea aedificia, ita vt officere alterum alteri possit.

De seruitute luminum.

XL. IDEM libro tertio Responsorum

EOS qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto^a pariete communi, nullo iure fenestras immisitisse respondi.

Species, in qua aditus praestatur heredi ob vcrisimilem voluntatem: seruitus tamen non est rei propria.

XLI. SCAEVOLA libro primo Responsorum

OLympico habitationem & horreum quod in ea domo erat, quoad viueret, legauit: iuxta eandem domum hortos^b & cenaculum, quod Olympico legatum non est, fuerunt: ad hortum autem & cenaculum semper per domum, cuius habitatio relicta erat, aditus fuit. quaesitum est, an Olympicus aditum praestare deberet. respondi, seruitutem quidem non esse: sed heredem transire per domum ad ea quae commemorata sunt posse: dum non noceat legatario.

Ianuam in publico aperire sicut & stillicidium habere cuique licet: modo id absque vicinorum incommodo fiat.

Lucius Titius aperto pariete domus suae, quatenus stillicidij^c rigor & tignorum protectus^d competebat, ianuam in publico aperuit^e. quæro, cum neque luminibus Publij Mæuij vicini, neque itineri^f vicini^g officeret, neque stillicidium ne vicini domo cadat, an aliquam actionem Publius Mæuius vicinus ad prohibendum habere. respondi, secundum ea quae proponerentur, nullam habere.

DE SERUITVTIBVS PRAEDIORVM
RVSTICORVM TIT. III.*Quæ sint rustica seruitutes.*

VLPIANVS libro secundo Institutionum

SERUITVTES RVSTICORVM prædiorum sunt hæ: Siter, actus, via, aquæductus. Iter est ius eundi ambulandi homini^f, non etiam iumentum agendi.

2 i iij Actus

a Nemo negare idem iuris esse aperto pariete proprio, verum exemplum proposuit accommodatum regule tradita l. 8. 26. & 27. §. vi. supr. eo. Quod cum ita sit noli aduersus veterum & recentium exemplarium fidem pro communi lege cæco, eo ipso quod Harmonopulus ita legit, quasi alio respectu non uenerit.

b hortus.

c Stillicij rigor hic accipit rationem labij aq. & per prosectum; antequam vergere, & scilicet deorsum incipiat. l. 1. infra de flum. nam rigidum flexo opponitur apud Latinos auctores. Hinc rigore verbum, quo Plinius utitur. Duar. b. disp. cap. 32.

d proiectus

e Non quod ob stillicidium, vel prosectum id ei licuerit, sed quia non vltra prosectum solerent veteres ianuas suas in publicum reijcere: veteri, scilicet, ne pluuia, & aëria interperie corrumpentur. Duar. c. disp. cap. 32.

f hominis

† in
a Si proprietate ver
barron fletemus, que
vel ex itupio

cognoscitur, iter ius
eundi significat vel e
equo, vel sine equo. l.
inter actum. infr. eo.
non agendi sine ducen
di. Actus ius agendi
tantum, non etiam eun
di vel ambulandi.

Via, tam agendi, quã
eundi: Ita que via
actum, & iter merito
continere dicitur. Is
quisque qui actum ha
bet, ius eundi etiam
sine iumento habere
dicitur: sed id habet
ex præsumpta mente
paciscentium, non ex
vi & proprietate ver
bi Dicitur. l. diff. c. 31.
b In prædiis ru
sticis

c Rusticorum etiam
d vel haustus
e Itaque non minuitur
ius eorum ad quos
usus aqua iam pertine
t, nec impedire pos
sunt, quominus du
ctus aut haustus alijs
permittatur. l. in con
cedendo. infr. de aqua.
pluri. arc.

f vt & bones
g concedere
h saxa in fundum
tuum iacere, posi
taque vel, terram in
fundum tuum iac
ere, saxaque impo
sita habere:

† ex

† seruitus,

k videntur.
l hereditius
m Inscriptio monet
coniungendum esse hec
exput cum 3, sup. eod.
n sensus sit, iter ad
publicum flumen
cessum posse viadi
cari.

Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. itaque
qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, & iter ha
bet etiam sine iumento. Via est ius eundi & agendi & ambu
landi: nam & iter & actum † & se via continet^a. Aquædu
ctus est ius aquam ducendi per fundum alienum. In rusti
cis^b computanda sunt aquæ austus, pecoris ad aquam ad
pulsus, ius pascendi, calcis coquenda, harenæ fodienda. Tra
ditio planè & patientia seruitutum inducet officium prætoris.

II. NERATIUS libro quarto Regularum

Rusticorum^c prædiorum seruitutes sunt, licere altius tol
lere, & officere prætorio vicini: vel cloacam habere licere
per vicini domum, vel prætorium: vel protectum habere li
cere. Aquæductus &^d haustus aquæ per eundem locum
vt ducatur etiam pluribus concedi potest: *potest* etiam vt
diuersis diebus vel horis ducatur. Si aquæductus vel hau
stus aquæ sufficiens^e est, potest & pluribus per eundem lo
cum concedi vt & isdem diebus vel horis ducatur.

Seruitutes nomine proprio carentes.

III. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Edictum

Item sic possunt seruitutes imponi, & vt^f boues per
quos fundus colitur, in vicino agro pascantur. quam ser
uitutem poni posse Neratius libro secundo membranarum
scribit. Idem Neratius etiam vt fructus in vicini villa cogan
tur, coactique habeantur, & pedamento ad vineam ex vicini
prædio sumantur, constitui posse scribit. eodem libro ait, vi
cino, cuius lapidicini fundo tuo immineant, posse te cedere^h
ius ei esse terram, rudus, saxa iacere^h, posita habere: & vt in
tuumⁱ lapides prouoluantur, ibique positi habeantur, indeque
exportentur. Qui habet haustum, iter quoque habere vi
detur ad hauriendum. & vt ait Neratius libro tertio mem
branarum, siue ei ius auriendi & adeundi cessum sit, vtrumq;
habebit: siue tantum auriendi, inesse & aditum: siue tantum
adeundi ad fontem, inesse & haustum. hæc de haustu † &
fonte priuato. ad flumen autem publicum, idem Neratius
eodem libro scribit, iter debere cedi, haustum non oportere.
& si quis tantum (haustum) cefferit, nihil eum agere.

III. PAPIANVS libro secundo Responsorum

Pecoris pascendi seruitutesⁱ, item ad aquam appellendi, si
prædij fructus maximè in pecore consistat, prædij magis
quam personæ videtur^k. si tamen testator personam demon
strauit cui seruitutem præstari voluit, emptori vel heredi^l
non eadem præstabitur seruitus.

V. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Edictum

Ergo^m secundum eum & vindicari poterit. Neratius lli
brisⁿ ex Plautio ait, nec haustum pecoris nec a Pulsu nec
crete

cretæ eximendæ calcisq̄ue coquendæ ius posse in alieno esse, nisi fundum vicinum habeat. & hoc Proculū & Atilicinum existimasse ait. sed ipse dicit^a vt maximè calcis coquendæ & cretæ eximendæ seruitus cōstitui possit, nō vltra posse quàm quatenus ad eum ipsū fundum opus sit.

a adiciē

VI. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium

Veluti si figulinas haberet^b, in quibus ea vasa fierēt quibus fructus eius fundi exportaretur: sicut in quibusdam sit, vt amphoris vinum euehatur, aut vlt^c dolia fiant, vel tegulæ {vel} ad villam ædificandam. Sed si vt vasa venirent figlinæ excercerentur, vsusfructus erit. Item longè recedit ab vsufructu ius calcis coquendæ, & lapidis eximendi, & harenæ fodiendæ^c, ædificandi eius gratia quod in fundo est. iteⁿ siluæ cædua, vt pedamenta in vineas^d non desint. quid ergo si prædiorum meliorem causam hæc faciant? non est dubitandum quin seruitutis^e sit. & hoc Mæcianus probat: intā-tum vt & talem seruitutem cōstitui posse putet, vt tugurium mihi habere liceret in tuo. scilicet si habeam pascui seruitutem, aut pecoris appellendi: vt si hiemps ingruerit, habeam quò me recipiam.

b haberem,

c fodiendæ, vt lapides eximantur, & calx coquatur, ædificandi
d vineis
e seruitus

Differentia itineris actus & via.

VII. IDEM libro vicensimo primo ad Edictum

Qui sella^f aut lectica^g vehitur, ire non agere dicitur. iumentum verò ducere non potest qui iter tantum habet. Qui actum habet, & plostrum ducere & iumeta agere potest. sed trahendi lapidem aut tignum, neutri eorum ius est. quidam nec hastam rectam ei ferre licere: quia neq; eundi neque agendi gratia id faceret, & possent fructus eo modo lædi. Qui viam habent, eundi agendiq̄ue ius habent, plerique & trahendi quoque & rectam hastam referendi^h, si modò fructus non lædatⁱ.

f Accur. malè de equo intellectis: sella enim curulis intelligēda est, vel elq̄bulum, quo sedentes magister. ut gestabansus quod gestatorium etiam dicitur & gestatoria sella. Bud. hic.
g in lectica
h deferendi,
i lædatur.

Medium prædium.

3 In rusticis autē prædiis impedit seruitutem medium prædium quod non seruit.

De via.

VIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

Via latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet^k: in anfractum, id est vbi flexum est, sedecim.

k habet ea

De aquæ ductu.

VIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

Seruitus aquæ ducendæ vel auriendæ nisi ex capite vel ex fonte^l constitui non potest: hodie tamen ex quocumque loco constitui solet.

l Imponunt, qui actiōe in Floren. legi pōnt.

a & talem

X. IDEM libro quadragensimo nono ad Edictum

Labeo ait, talē^a seruitutē constitui posse, vt aquam querere & inuentā ducere liceat. nam si liceat nondum ædificato^a edificio seruitutē constituere, quare nō æquē liceat nōdum inuenta aqua eandem^b constituere seruitutē? & si vt querere liceat cedere possumus, etiam vt inuenta ducatur cedi potest.

De seruitute imponenda fundo communi.

c Coniuge l. 10. de
exilio. Duar.

XI. CELSVS libro vicensimo septimo Digestorum

Per^c fundum qui plurium est, ius mihi esse eundi agendi potest separatim cedi. ergo sup^otili ratione nō aliter meum fietius quā si omnes cedant: & nouissima demum cessione superiores omnes confirmabuntur. Venignius tamen dicitur & antequam nouissimus cefferit, eos qui antea cefferunt, vetare vt cesso iure non posse.

Differentia actus, & itineris.

XII. MODESTINVS libro nono Differentiarum

Inter actum & iter nonnulla est differentia. iter est enim, quā quis pedes vel eques commeari potest: actus verō vbi & armenta trahere & vehiculum ducere liceat.

Vinea pro solo vitibus confito accipitur.

XIII. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio

d quodque ea

Certo generi agrorū acquiri seruitus potest, velut vineis: quod^d ea ad solum magis quā ad superficiem pertinet, ideo sublatis vineis seruitus manebit. sed si in cōtrahenda seruitute aliud actum erit, doli mali exceptio erit necessaria.

De seruitute simpliciter concessa.

e quoniam
f venit
g modus
h quom primum
i consistit,

Si totus ager itineri aut actui seruit, dominus in eo agro nihil facere potest, quo seruitus impediatur, quæ^e ita diffusa est, vt omnes glæ^a vā seruiant^f. At si iter actū^{ve} sine vlla determinatione legatus^{est}, modo^g determinabitur. & quā^h primum iter determinatum est, eā seruitus constititⁱ: ceteræ partes agri liberæ sunt. igitur arbiter dandus^{est}, qui vtroque casu viā determinare debet. Latitudo actus itinerisq;² ea est, quæ demonstrata est. quod si nihil dictum est, hoc ab arbitro statuendum est. In via aliud iuris est: nam si dicta latitudo non est, legitima^k debetur. Si locus non adiecta latitudine nominatus est, per eum qualibet^l iri poterit. sin autem prætermisus^m est, æquē latitudine non adiecta, per totum fundum vna poterit eligi via dumtaxat eius latitudinis quæ lege comprehensa est. pro quo ipso, si dubitabitur, arbitri officium inuocandum est.

k que l. n. Tabul.
definita est. l. via.
supra. etc.
l qualibet parte
m prætermisum

XIIII. POMPONIVS libro trigenesimo secundo ad

Quintum Mucium

n & alij ceffero

Per quem locum viam alijⁿ ceffero, per eundem alij aquæductum cedere non poterō. sed & si aquæductum alij cōcessero,

cessero, alij iter per eundem locum vendere vel aliàs cedere non potero.

Aqueductus.

XV. IDEM libro trigensimo primo ad Quintum Mucium
Quintus Mucius scribit, cum iter aquæ vel cottidianæ vel
 æstiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienum fundum erit, licere^{ll} fistulam suam vel fictilem vel cuiuslibet generis in riuo ponere, quæ aquam latius exprimeret: & quod vellet, in riuo facere licere, dum ne domino prædij aquagium deterius faceret.

Aucupatio.

XVI. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus
Diuus Pius aucupibus ita rescripsit: ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΥΛΑΟΓΟΝ ΑΚΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΥΜΑΣ ΕΝ ΑΛΛΟΤΡΙΟΙΣ ΧΩΡΙΟΙΣ ΙΣΤΕΥΕΙΝ.

Aqua publica.

XVII. PAPIRIVS IVSTVS libro primo de Constitutionibus

Imperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, Iaquam de flumine publico pro modo possessionum ad irrigandos agros diuidi oportere, nisi proprio quis iure plus sibi datum^a ostenderit. Item rescripserunt, aquam ita demum a datum iri debere permitti duci, si sine iniuria alterius id fiat.

Seruitus vna non plures.

XVIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Sabinum
Vna est via, etsi per plures fundos imponatur: cum vna seruitus sit. denique quaeritur, an si per vnum fundum iero, per alium non per tantum tempus quanto seruitus amittitur, an retineam seruitutem. & magis est, vt aut tota amittatur, aut tota retineatur. ideoque si nullo vsus sum, tota amittitur: si vel^b vno, tota seruatur.

De seruitute acquirenda fundo communi.

XVIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum

Si vnus ex socijs stipuletur iter ad comunem fundum, inutilis est stipulatio: quia nec dari ei potest. sed si omnes stipulentur, siue communis seruus^c, singuli ex socijs sibi dari oportere petere possunt: quia ita dari eis potest à te: ne^{ll} si stipulator viæ plures heredes reliquerit, inutilis^d stipulatio fiat.

Qui habet duo iura, remittendo vnum non videtur remittere aliud.

XX. POMPONIUS libro trigensimo tertio ad Sabinum

Si mihi eodem tempore concesseris & ire^e agere per tuum locum, & vtifruui eo ius esse, deinde ego tibi concessero, ius mihi vtifruui non esse, nõ aliter eo loco vterisfrueris, quam vt ire agere mihi rectè liceat. Itẽ si et ducere^f per tuũ fundũ aquã iure

b si verò vno
 c Vbi via legatur
 testamento seruo: legatur ei, qui dominus non est prædij: atqui nemo potest seruitutẽ acquirere, nisi qui dominus est prædij. l. 1. commun. prædior. zo. arg. l. 15. sup. de seruit. frustra igitur ei legatur. l. 5. de seruit. lega. At in stipulatione seruus non sibi stipulatur viam, sed dominus suis, vel prædij dominorum, quod facere potest.
 d utilis stipulatio fiet.
 e ire & agere
 f educere

iure potuero, & in eo tibi ædificare inuito me ius non fuerit, si tibi concessero, ius esse ædificare, nihilo minus hanc seruitute Mihi præstarI debebis, ne aliter ædifices quàm vt ductus aquæ meus maneat. totiusq; ¹ *rei condicio talis esse debet, qualis esset si vna dumtaxat initio concessio facta esset.*

1 *Seruitus naturaliter, non manufacto, lædere potest fundum seruientem. quemadmodum si imbri^a crescat aqua in riBo, aut ex agris in eum confluat, aut aquæ fons secundum riuum^b, vel in eo ipso inuentus postea fuerit. Si fundo Seiano confinis fons fuerit, ex quo¹ fonte¹ per fundum Seianum aquam iure ducebam, meo factò fundo Seiano manet seruitus. Hauriendi ius non hominis sed prædij est.*

xxi. PAVLV S libro quintodecimo ad Sabinum

1 *SI mihi concesseris iter aquæ per fundum tuum, non destinata parte per quam^c ducerem, totus fundus tuus seruiet.*

^a *imbris aqua crescat*

^b *In vulgariibus a-bundat oritur,*

xxii. POMPONI V S libro trigésimo tertio ad Sabinum
2 *SEd quæ loca eius fundi tunc cùm ea fferet celsio, ædificiis, arboribus, vineis vacua fuerint, ea sola eo nomine seruient.*

De via.

xxiii. PAVLV S libro quintodecimo ad Sabinum

1 *Via constitui vel latior octo pedibus vel angustior potest: vt tamen eam latitudinem habeat qua vehiculum ire potest: alioquin iter erit, non via.*

Nauigatio.

1 *Si lacus perpetuus in fundo tuo est, nauigandi quoque seruitus, vt perueniatur ad fundum vicinum, imponi potest.*

2 *Si fundus seruiens, vel is cui seruitus debetur, publicaretur, vtroque casu durant seruitutes: quia cum sua cõdicione quisque fundus publicaretur.*

Seruitus fundum sequitur.

3 *Quæcumque seruitus fundo debetur, omnibus eius partibus debetur. & ideo quamuis particulatim venierit omnes partes seruitus sequitur: || & || ita vt singuli rectè agant, ius sibi esse fundi. Si tamen fundus cui seruitus debetur, certis regionibus inter plures dominos diuisus est, quamuis omnibus partibus seruitus debeat, tamen opus est vt hi qui non proximas partes seruienti fundo habebunt, transitum per reliquas partes fundi diuisi iure habeant, aut^d si proximi patientur, transeant.*

^d *vt si proximi*

Aquæductus.

xxiiii. POMPONI V S libro trigésimo tertio ad Sabinum
1 *EX meo aquæductu Labeo scribit cuilibet posse me vicinõ commodare: Proculus || contra: || vt ne in meam partem fundi aliam quàm ad quam seruitus adquisita sit, vti ea possit^e. Proculi sententia verior est.*

^e *possum. Vteter autem in aliam partem, si vicinas commodare: & veres vlti quàm est opus ad fundum. l. 5. in ff. supra eod.*

Diuisio

Diuisio aquae.

XXV. IDEM libro trigensimo quarto ad Sabinum
SI partem fundi mei certam tibi vèdidero, aquæductus ius, etiam si alterius partis causa plerumque ducatur, te quoque sequetur. neque ibi aut bonitatis agri, aut vsus eius aquæ ratio haVenda est, ita vt eam solam partem fundi quæ pretiosissima sit, aut^a maximè vsus eius aquæ desideret, ius eius ducendæ sequatur: sed pro modo agri detèti aut^b alienati fiat eius aquæ diuisio.

a aut quæ maximè
b & alienati, aut
 alieno.

Seruitus simpliciter legata.

XXVI. PAVLV S libro quadragensimo septimo ad Edictum
SI via, iter, actus, aquæductus legerur simpliciter per fundum, facultas est heredi, per quã partē fundi velit cōstituire seruitutē: si modò nulla captio legatario in seruitute fit^c.

c seruitute fit.

Confusio seruitutis.

XXVII. IVLIANV S libro septimo Digestorum
SI communi fundo meo & tuo seruiat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus, seruitus extinguitur: quia par vtriusque domini ius in vtroque fundo esse incipit. At si proprio^d meo & proprio tuo idem seruiat, manebit seruitus: quia proprio fundo per communem seruitus deberi potest.

d proprio fundo

XXVIII. IDEM libro trigensimo quarto Digestorum
ITinere ad prædium commune duorum legato, nisi vterque de loco itineris consentiat, seruitus neque^e acquiritur neque deperit^f.

e Non enim pro parte
 acquiri potest. l. pro
 parte. supra. de seruitu.
 § Nūquam enim suis
 constituta.

Seruitus aquæ educendæ.

XXVIII. PAVLV S libro secundo Epitomarum
 Alfeni Digestorum

QUis duo prædia confinia habuerat, superiorem fundum vendiderat: in^h lege ita dixerat, vt aquam sulco aperto emptori educere in fundum inferiorem rectè liceat. si emptor ex alio fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet, quæsitum est an possit id suo iure facere nec ne. respondi, nihil amplius quàm quod ipsius fundi siccandi causa deriuaret, vicinum inferiorem recipere debere.

g is, qui duo
h & in lege

Interpretatio voluntatis.

XXX. IDEM libro quarto Epitomarum Alfeni Digestorum

QUis duo prædia habebat, in vnus venditione aquã quã in fundo nascebatur, & circa eam aquam^k latè decem pedes exceperat. quæsitum est, vtrum dominium loci ad eum pertineat: an vt per eum locum accedere possit. respondit, si ita recepisset^l, CIRCA EAM AQVAM LATE PEDES
 DECEM, iter dumtaxat videri venditoris esse.

l Confer cū l. xij. de
 verbo. signifi. Duar.
k Itaque latitudo decem
 pedum excepta iure
 seruitutis non domini
 nij accedet.
l Sic cō infra sign. q. v.
 l. 5. aliis tamen legibus
 excipietur.

Questio

Questio de seruitutis confusione & amissione.

XXXI. IULIANVS libro secundo ex Minicio

a obiecta
b vnus prædij

c & in unum fundum

d & quia cum

e omnia

TRia prædia continua trium dominorum adiecta^a erant: imi^b prædij dominus ex summo fundo imo fundo seruitutem aquæ quæsierat: & per medium fundum domino concedente in suum agrum ducebat: postea idem summum fundum emit: deinde^c in unum fundum, in quem aquam induxerat, vendidit. quæsitum est, num imus fundus id ius aquæ amisisset: quia^d cum vtraque prædia eiusdem domini facta essent, ipsa sibi seruire non potuissent. negauit amisuisse seruitutem: quia prædium per quod aqua ducebatur, alterius fuisset. & quemadmodum seruitus summo fundo, vt in in unum fundum aqua veniret, imponi aliter non potuisset quàm vt per medium quoque fundum duceretur, sic eadem seruitus eiusdem fundi amitti aliter non possêt, nisi eodem tempore etiam per medium fundum aqua duci desisset, aut omnium^e tria simul prædia vnus domini facta essent.

Quid sit seruitutem acquiri per partem.

XXXII. AFRICANVS libro sexto Quæstionum

f pro parte
g vt puta

FVndus mihi tecum communis est: partem tuam mihi tradidisti, & ad eundem viam per vicinum tuum proprium: rectè eo modo seruitutem constitutam ait: neque quod dici solet, per partes nec adquiri nec imponi seruitutes posse, isto casu locum habere. hic enim non per^f partem seruitutem adquiri: vt pote^g cum in id tempus acquiratur, quo proprius meus fundus futurus sit.

Species non dissimilis superiori.

XXXIII. IDEM libro nono Quæstionum

CUm essent mihi & tibi fundi duo communes Titianus & Seianus, & in diuisione conuenisset, vt mihi Titianus, tibi Seianus cederet, inuicem partes eorum tradidimus: & in tradendo dictum est, vt alteri per alterum aquam ducere liceret, rectè esse seruitutem impositam ait. maximè si pacto stipulatio subdita sit.

Ius aque ducende.

Per plurium prædia aquam ducis quoquo modo imposita seruitute: nisi pactum vel stipulatio etiam de hoc subsecuta est, neque eorum cuius, neque alij vicino poteris haustum ex riuo cedere^h: pacto enim vel stipulatione interuenientibus & hoc cõcediⁱ solet. quamuis nullum prædium ipsum sibi seruire, neque seruitutis fructus constitui potest.

Seruitus per partes nec imposita nec remittitur.

XXXIII. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum

h concedere
i Non ergo, vt sit
seruitus, & agatur
causatoria, sed vt
actio personalis ex
pacto vel stipulatio-
ne competat.

VNus ex socijs fundi communis permittendo ius esse ire agere, nihil agit. & ideo si duo prædia quæ mutuo seruebant,

bant, inter eosdem fuerint communicata, quoniam seruitutes pro^a parte retineri placet, ab altero seruitus alteri remitti non potest: quamuis enim vnusquisque sociorum solus fit cui seruitus debetur, tamen quoniam non personæ, sed prædial^b deberent, neque acquiri libertas neque remitti seruitus per^c partem poterit.

a per partes

b prædio debetur,
c pro parte

Questio de amittenda seruitute.

Si fons exaruerit ex quo ductum aquæ habeo, isque post constitutum^d tempus ad suas venas redierit, an aquæductus amissus erit, quaeritur:

d statutum

XXXV. PAVLVS libro quintodecimo ad Plantium

ET Atilicinus ait, Cæsarem Statilio Tauro rescripsisse in hæc verba. Hi qui ex fundo Sutrino^e aquam ducere soliti sunt, adierunt me, proposueruntque aquam qua per aliquot annos vsi sunt, ex fonte qui est in fundo Sutrino, ducere non potuisse, quod fons exaruisset: & postea ex eo fonte aquam fluere coepisse: petieruntque; ^h a me, vt quod ius non neglegentia aut culpa sua amiserant, sed quia ducere non poterant, his restitueretur. quorum mihi postulatio cum non iniqua visa sit, succurrendum his putavi. Itaque quod ius habuerunt ^h tunc^f cum^f primum ea aqua peruenire ad eos non potuit, id eis restitui placet.

e Sutriano, Sa-
triano

f primum cdm

Seruitus fundum sequitur.

XXXVI. IDEM libro secundo Responsorum

CVm fundo, quem ex duobus retinuit venditor, aquæducendæ seruitus imposita sit, empto prædio quaesita seruitus distractum^g denuo prædium sequitur. nec ad rem pertinet, quod stipulatio qua pœnam promitti placuit, ad personam emptoris, si ei forte frui non licuisset, relata est.

g distracto denuo
prædio

Species in qua seruitus aquæ ducendæ personalis indicatur.

XXXVII. IDEM libro tertio Responsorum

ΛΟΥΚΙΟΣ ΤΙΤΙΟΣ ΓΑΙΩ ΣΕΙΩ ΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΠΛΑΙΣΤΑ ΧΑΙΡΕΙΝ. ΥΔΑΤΟΣ ΤΟΥ ΡΕΟΝΤΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΡΗΝΗΝ ΤΗΝ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΘΕΙΣΑΝ ΕΝ ΙΣΘΜΩ ΥΠΟ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΟΥ, ΔΙΑΩΜΙ ΚΑΙ ΧΑΡΙΖΟΜΑΙ ΣΟΙ ΔΑΚΤΥΛΟΝ^h ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΙΚΙΑΝ ΣΩΥ ΤΗΝ ΕΝ ΤΩ ΙΣΘΜΩ, Η ΟΠΟΥ ΔΑΝΘΟΥΛΕΙ. quæro an ex hac scriptura vsus aquæ etiam ad heredes Gaij Sei pertineat. Paulus respōdit, vsus aquæ personalem ad heredem Scij quasi vsuarij transmitti non oportere.

h Vide Dad. 576

An medius locus impediatur seruitutem.

XXXVIII. IDEM libro primo Manualium

FLumineⁱ interueniente via cōstitui potest, si aut vado transiri potest, aut potē habeat. diuersum, si potonibus^k traiciatur,

i Flumine publico,
additum est publico
ab interprete.k Naues fluminibus
traiciendis appara-
ta. Al. d. p. 107. c. 136

a si propter

b demum

c sed & videamus

d Il est, num è te vs-
que ad viam publicã
dari mihi possis ser-
uitus.e vsque ad ciuita-
tem,
f vel aliud

tur. hæc ita, si per^a vnus prædia flumen currat. alioquin si tua prædia mihi vicina sint, deinde flumen, deinde Titij prædia, deinde^b via publica, in quam iter mihi adquiri volo, dispiciamus ne nihil vetet, à te mihi viam dari vsque ad flumē, deinde à Titio vsque ad viam publicam. sed^c videamus, num & si tu eorum prædiorum dominus sis, quæ trans flumen intra viam publicam sint, idem iuris^d sit: quia via consummari solet vel ciuitate tenus^e, vel vsque ad viam publicam, vel vsque ad flumen in quo pontonibus traiciatur, vel vsq; ad proprium aliud^f eiusdem domini prædium. quod si est, non videtur interrumpi seruitus, quamuis inter eiusdē domini prædia flumen publicum intercedat.

COMMVNIA PRÆDIIORVM TAM VRBA-
NORVM QVAM RVSTICORVM
TIT. IIII.

Que sunt urbana prædia.

VLPIANVS libro secundo Institutionum

A Edificia urbana quidem prædia appellamus. ceterum & si in villa ædificia sint, æquè seruitutes urbanorum prædiorum constitui possunt. Ideo autem hæ seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt: nemo enim potest seruitutem adquirere vel urbani vel rustici prædij, nisi qui habet prædium^s.

*Vtilis est hæc seruitus, non ipso iure, sed per
tutionem prætoris.*

II. IDEM libro septimodecimo ad Edictum

DE aqua per rotam tollenda ex flumine vel aurienda, vel si quis seruitutem castello imposuerit, quidam dubitauerunt ne hæ seruitutes^h non essent: sed rescripto imperatoris Antonini ad Tullianum adicitur, licet seruitus iure non valet, si tamen hac lege comparauit, seu alio quocumque legitimo modo sibi hoc ius adquisiuit, tuendum esse eum qui hoc ius posseditⁱ.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

DVorum prædiorum dominus si alterum ea lege tibi dederit, vt id prædium quod datur, seruiat ei quod ipse retinet, vel contra, iure imposta seruitus intellegitur.

Seruitus non imponitur loco iam factõ religiofo.

IIII. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio

CAueri vt ad certam altitudinem monumentum ædificetur, non potest: quia id quod humani iuris esse desinit, seruitutem non recipit: sicut ne illa quidem seruitus consistere potest, vt certus numerus hominum in vno loco humetur.

Serui-

g Hæc adduntur in
nonnullis exemplari-
bus: nec quisquam
debere nisi qui ha-
bet prædium.

h Non enim perpetuã
causam habent, l. fo-
rumen. supra de ser-
uit. urb. præd. de ma-
chonia autem ad hau-
riendam aquam, Vi-
truv. lib. 10. cap. 9.
ipso iure.

Seruitutem recipere nisi sibi nemo potest.

V. IDÈM libro secundo Epistularum

Proprium^a solum vendo^b: an seruitutem talem iniungere possim, vt mihi & vicino seruiat? similiter si commune solum vendo, vt mihi & socio seruiat, an consequi possim? respondi seruitutem recipere^c nisi sibi nemo potest. adiectio itaque vicini pro superuacuo habenda est: ita vt tota seruitus ad eum qui receperit, pertineat. Solum autem cōmune vendendo, vt mihi & socio seruiat, efficere non possum: quia per vnum socium communi solo seruitus acquiri non potest.

^a Coniunge l. fundus ill. de con. emp. vendendo;

^c excipere. Est autem recipere. exceptū facere, vt ait Nona. Inqui. l. de i. v. l. re. a. est.

De imposta seruitute in re tradenda.

VI. VLP IANVS libro vicensimo octauo ad Sabinum

Si quis duas^d aedes habeat, & alteras tradat, potest legem traditioni dicere, vt vel istae quae non traduntur, seruae sint his quae traduntur: vel contra, vt traditae retentis aedibus seruiant. paruique refert, vicinae sint ambae aedes, an non. idem erit & in praedijs rusticis. nā & si quis duos fundos habeat, alium alij potest seruū facere tradendo. duas autē aedes simul tradendo, non potest efficere alteras alteris seruas: quia neq; acquirere alienis aedibus seruitutem neque imponere potest.

^d quis binas

Quid sit seruitutem imponi per partem, aut acquiri.

- 1 Si quis partem aedium tradet vel partem fundi, non potest seruitutem imponere: quia per partes seruitus imponi nō potest, sed nec acquiri. Planē si diuisit fundum regionibus, & sic partem tradidit pro diuiso, potest alterutri seruitutem imponere: quia non est pars fundi, sed fundus. quod & in aedibus potest dici, si dominus pariete medio aedificato, vnam domum in duas diuiserit, vt plerique faciunt: nam & hic pro duabus domibus accipi debet. Item si duo homines vinas aedes communes habeamus, simul tradendo idem efficere possumus, ac si ego solus proprias binas aedes haberem. sed & si separatim tradiderimus, idem fiet. sic tamen, vt nouissima traditio efficiat etiam praecedentem traditionem efficacem. si tamen alterae vnius propriae sint aedes, alterae communes, neutris seruitutē vel acquirere vel imponere me^e posse, Pomponius libro octauo ex Sabino scripsit.

Exceptio seruitutis.

- 3 Si in venditione quis dixerit, seruas fore aedes quas vendidit, necesse non habet liberas tradere. quare vel suis aedibus eas seruas facere potest, vel vicino concedere seruitutem, scilicet ante traditionem: planē si Titio seruas fore dixit, si quidem Titio seruitutem concesserit, absolutum est: si verò alij concesserit, ex empto tenebitur. à quo nō abhorret quod Marcellus libro sexto^f digestorum scribit: si quis in tradendo dixerit fundum Titio seruire, cum ei non seruiret, esset autem

^e Habander non posse, sed male. verius autem est ne in Accusatione talem incidere, quibus facili ab eodem Accusatione & alijs interpretibus libentius. l. de i. v. l. re. a. est.

^f lib. 2. Dig.

obligatus venditor Titio ad seruitutem præstandam, an agere possit ex vendito, vt emptor seruitutem imponi patiatur prædio quod mercatus est. magisque putat permittendum agere. idemque ait, & si^a possit venditor Titio seruitutem vendere, æquè agere permittendum. hæc ita demum, si recipienda^b seruitutis gratia id in traditione expressum est. ceterum si quis, inquit, veritus ne seruitus Titio debeat, ideo hoc excepit, non erit ex vendito actio, si nullam seruitutem promisit.

a & vt possit

b excipiendæ

VII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum

IN tradendis vnīs ædibus ab eo qui binas habet, species seruitutis exprimenda est: ne si generaliter seruire dictum erit, aut nihil valeat, quia incertum fit quæ seruitus excepta sit, aut omnis seruitus imponi debeat.

An medius locus impediatur seruitutem.

Interpositis quoque alienis ædibus, imponi potest: veluti, vt alius tollere, vel non tollere liceat: vel etiam si iter debeatur, vt ita conualescat, si medijs ædibus seruitus postea imposita fuerit. sicuti per plurimum prædia seruitus imponi etiam diuersis temporibus potest. quamquã dici potest, si tria prædia continua habeam, & extremum tibi tradam, vel tuo vel meis prædijs seruitutem adquiri posse. si verò extremo quod retineam, quia & medium meum sit, seruitutem consistere. sed si rursus aut id cui acquisita sit seruitus, aut medijs aliena uero, interpellari eum, donec medio prædio seruitus imponatur.

VIII. POMPONIVS libro octauo ad Sabinum

SI cum duas haberem insulas, duobus eodem momento tradidero, videndum est an seruitus alterutris imposita valeat: quia alienis quidem ædibus nec imponi nec adquiri seruitus potest. sed ante traditionem peractam suis magis adquirit vel imponit is qui tradit. ideoque valebit seruitus.

VIII. IDEM libro decimo ad Sabinum

SI ei cuius prædium mihi seruiebat, heres extiti, & eam^c hereditatem tibi vendidi, restitui in pristinum statum seruitus debet: quia id agitur, vt quasi tu heres videaris extitisse.

e & eandem

Generalis exceptio seruitutis.

X. VLPPIANVS libro decimo ad Sabinum

Quid venditor seruitutis nomine sibi recipere vult, nominatim recipi oportet. nam illa generalis receptio, QUIBUS *EST* SERUITVS, VTIQVE^d EST, ad extraneos pertinet: ipsi nihil prospicit venditori ad iura eius conseruanda: nulla enim habuit, quia nemo ipse sibi seruitutem debet. quinimmo & si debita fuit seruitus, deinde dominium rei seruientis peruenit ad me, consequenter dicitur, extingui seruitutem.

d Hæc verba significat, & vt est, quia minus percepta fecerunt, vt variis modis caput hoc scriptum est. Aug. 3. cap. 6.

Quae iura sequantur seruitutem.

XI. POMPONIVS libro trigesimo tertio ad Sabinum

Refectionis gratia accedendi ad ea loca quae non seruiant, facultas tributa est his quibus seruitus debetur: quae tamen accedere eis sit necesse, nisi in cessione seruitutis nominatim praefinitum sit quae accederetur. & ideo nec secundum riuum, nec supra eum, si forte sub terra aqua ducatur, locum religiosum dominus soli facere potest: ne seruitus intereat: & id verum est. sed & depressurum vel adleuaturum riuum, per quem aquam iure duci potestatem habes, nisi si ne id faceres cautum sit. Si prope^a riuum fundum ius est mihi aquam riuo ducere, tacita haec iura sequuntur, vt reficere mihi riuum liceat, vt adire quae^b proximè possim ad reficiendum eum ego, fabriq; mei. item vt spatium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & sinistra ad riuum adeam, & quo terram, limum, lapidem, harenam, calcem iacere possim.

XII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum

Cum fundus fundo seruit, vendito quoque fundo seruitutes sequuntur. aedificia quoque fundis, & fundi aedificijs eadem condicione seruiunt.

Species, in qua obligatio personalis acquiritur magis quam seruitas.

XIII. VLP IANVS libro sexto Opiniorum

Venditor fundi Geroniani^c fundo Botroiano^d quem retinebat, legem dederat, ne contra^e eum piscatio thynnaria^f exerceatur. quamuis mari quod natura omnibus patet, seruitus imponi priuata lege non potest, quia tamen bona fides contractus legem seruari venditionis exposcit, personae possidentium aut in ius eorum succedentium, per stipulationis vel venditionis legem obligantur.

Vtilis est seruitus lapidis caedendi.

Si constat in tuo agro lapidicinas esse, inuito te nec priuato nec publico nomine quisquam lapidem caedere potest cui id faciendi ius non est: nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, vt si quis voluerit ex his caedere, non aliter hoc faciat, nisi prius solutum solacium^g pro hoc domino praestet. ita tamen lapides caedere debet, postquam satisfaciat domino: vt neque vsus necessarij lapidis intercludatur, neque commoditas rei iure domino adimatur.

XIII. IULIANVS libro quadragesimo primo Digestorum

Iter^h nihil prohibet sic constitui, vt quis interdum dumtaxat eat. quod ferèⁱ circa praedia urbana etiam necessarium est.

c Hieroniant-
d Botriano
e circa eum
f Ita dicta est à
Thynnis piscibus
praeferendis. Accur-
legit. Tignari. a
nescio quid de iuris
modi piscatione sum-
mit. Bud. hic.

g solacium vel nisi
solutum pro hoc so-
lacium domino.
Flor. dicitur vitiosa est.

h Item iter
i ferre, facere

XV. PAVLVS libro primo Epitomarum Alfeni
Digestorum

a certum locum
b Coiunge l. Lucio.
de aqu. quoci.

c quod volet
eandem
d fecit.

Qui per certi^a locum iter^b aut actum alicui cefsisset, eum pluribus per eundem locum vel iter vel actum cedere posse verum est. quemadmodum si quis vicino suas aedes seruas fecisset; nihilo minus alijs quot^c vellet multis eas aedes seruas facere^d potest.

Testamento constituitur seruitus.

XVI. GAIVS libro secundo Rerum cottidianarum
siue aureorum^m

Potest etiam in testamento heredem suum quis damnare, ne altius aedes suas tollat ne luminibus aedium vicinarum officiat, vel vt patiatur eum tignum in parietem immittete, vel stillicidia aduersus eum habere, vel vt patiatur vicinū per fundum suum vel heredis ire agere, aquamve ex eo ducere.

De precario.

XVII. PAPINIANVS^e libro septimo Questionum

Si precario vicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto quod precario^h habet^h agi non poterit: nec maceria posita donatio seruitutis perfecta intellegitur: nec vtiliter interdeditur, ius sibi esse inuito te aedificatum habere: cum aedificium soli condicionem secutum inutilem faciat intentionem. Ceterum si in suo maceriam precario qui seruitutem tibi debuit duxerit, neque libertas vsurapietur, & interdicto quod precario^h habet^h vtiliter cum eo agetur. Quod si donationis causa permiseris, &^f interdicto agere non poteris, & seruitus donatione tollitur.

Quomodo constituatur seruitus pluribus dominis cedentibus.

XVIII. PAVLVS libro primo Manu^lium

Receptum^g est vt plures domini & non pariter cedentes, seruitutes imponant vel adquirant: vt tamen ex nouissima actu etiam superiores confirmetur, perindeque^b sit atq; si eodem tempore omnes cefsissent. & ideo si is qui primus cefsit, vel defunctus sit, vel alio genere^h vel alio modo partem suā alienauerit, post deinde socius cesserit, nihil agetur: cum enim postremus cedatⁱ, non retro^k adquiri seruitus videtur, sed perinde habetur atque si^h post^h cum postremus cedat omnes cefsissent. igitur rursus hic actus pendebit donec nouus socius cedat. idem iuris est & si vni ex dominis cedatur, deinde in persona socij aliquid horum acciderit. Ergo & ex diuerso, si ei qui non cefsit, aliquid^h tale^h eorum contigerit, ex integro omnes cedere debebunt: tantum enim tempus^l eis remissum est, quo dare facere^h possunt, vel diuersis temporibus possint. & ideo non potest vni vel vnus cedere. Idemq; dicendum est^h & si alter cedat alter leget seruitutes^m. nam si

omnes

Paulus

f hoc interdicto
g Nam si cedent simul, nulla est dubitatio, quin seruitus impetrata sit. verum cum diuersis temporibus cesserint, dubitatur pro parte potuisse cedere. l. pro parte. supr. de seruitut.

h Si omnes eodem tempore cefsissent, omnes esse tempore vidissent, vt igitur ex nouissima cessione superiores confirmetur, necesse est eius tempore viuere omnes, qui prius seruitutem concesserunt.

i cedit
k Non reuocamus postremum actum ad primos, sed primos ad postremum.

l Intervallum temporis quod intercessit inter primos & nouissimas cefsiones, sed non remittitur illa vt non debeant omnes fini l. viuere & domini esse, quo tempore cesserunt.

m Vi, cum ex legato acquiritur ei seruitus, vivat is qui prius cessavit.

omnes focij legent seruitutes, & pariter eorum adeatur hereditas, potest dici vtile esse legatum. si diuersis temporibus, inutiliter dies legati cedit: nec enim sicut viuentium ita & defunctorum actus suspendi receptum est.

SI SERVITVS VINDICETVR VEL
AD ALIVM PERTINERE NEGE-

TVR TIT. V.

VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum

ACTIONES^a de seruitutibus rusticis siue vrbaniis eorum sunt quorum prædia sunt. Sepulchra autem nostri domini non sunt. Ad quin viam ad sepulchrum possumus vindicare.

Actio confessoria & negatoria.

II. IDEM libro septimodecimo ad Edictum

DE^b seruitutibus in rem actiones competunt nobis, ad exemplum^c earum quæ ad vsum fructum pertinent, tam confessoria quàm negatoria. confessoria, ei qui seruitutes sibi competere contendit: negatoria, domino qui negat.

1 Hæc autem in rem actio confessoria nulli^d alij quàm domino fundi competit: seruitutem enim nemo^e vindicare potest quàm is qui dominium in fundo vicino habet, cui seruitutem dicit deberi.

Fructuario non datur confessoria sed interdictum.

2 Rectè Neratius scribit, si mediij loci vsum fructus legetur, iter quoque sequi: per ea scilicet loca fundi, per quæ^h qui vsum fructum cessit constitueret^f, quatenus est ad fruendum necessarium. namque sciendum est iter quod fruendi gratia fructuario præstatur, non esse seruitutem: neque enim potest soli fructuario seruitus deberi. sed si fundo debeatur, & ipse

3 fructuarius ea vtetur. Pomponius dicit, fructuarium interdicto de itinere vti posse, si hoc anno vsum est. alibi enim de iure, id est in confessoria actione, alibi de facto, vt in hoc interdicto, quæritur. quod & Iulianus libro quadragesimo octauo^g digestorum scribit. pro sententia^h Iuliani facit quod Labeo scribit, etiam si testator vsum sitⁱ qui legauit vsum fructum, debere vtile interdictum fructuario dari: quemadmodum heredi^k vel emptori competunt hæc interdicta.

III. IDEM libro septuagesimo ad Edictum

Sed^l & si partem fundi quis emerit, idem dicendum est.

IIII. IDEM libro septimodecimo ad Edictum

Loci corpus nõ est dominij ipsius cui seruitus debetur: sed eius fundi habet. Qui iter sine actu vel actum sine itinere

2 k iij habet,

^a Ex tit. de petit. hered. vid. l. & non tantum. §. seruitutes cecitid.

^b Contingel. s. sup. fructus. per.

^c Ideo, ad exemplum dixit, non quod antiquiores sint quæ ad vsum fructum pertinent, vt creditis Accur. sed quod cũ eodem loco de his, quæ ad vsum fructum & seruitutem pertinent, disputaret, vt in scriptis indicant huius l. & l. 5. si vsum fruct. per. de illis prius tractasset.

^d non alii
^e nemo alius
^f Vt ipse pascens mihi pro se constituerat, vt supra de seruit. vrbani. præd. l. Olympico & hic nõ vt seruitus, sed accessio, & hoc subiicit, namque etc. Accur.

^g li. 17. Digest. h. quod sententia i vsum sit iunerg

k & hæredi

^l Ex tit. de itinere actiue priuato.

a confessoriam
actionem

habet, actione de seruitute vtetur. In confessoria^a actione
qua de seruitute mouetur, fructus etiam veniunt.

Fructus seruitutis.

Sed videamus qui esse fructus seruitutis possunt. & est ve-
rius id demum fructuum nomine computandum, si quid sit
quod interlit agentis, seruitute non prohiberi. Sed & in ne-
gatoria actione, vt Labeo ait, fructus computantur quanti
interest petitoris non vt fundi sui itenere aduersarium. &
hanc sententiam & Pomponius probat.

Cui & contra quem detur hæc actio.

b æstimatione

c vnus alijs

d vel sternere

Si fundus qui iter debetur, plurium sit, vniciuique insoli-
dum competit actio: & ita & Pomponius libro quadragen-
simo primo scribit. sed in æstimationem^b id quod interest
veniet: scilicet quod eius interest qui experietur. itaque de
iure quidem ipso singuli experientur, & victoria &^c alijs
proderit, æstimatio autem ad quod eius interest reuocatur:
quamuis per vnum acquiri seruitus non possit. sed & si duo-
rum fundus sit qui seruit, aduersus vnumquemque poterit
ita agi. & vt Pomponius libro eodem scribit, quisquis defendit,
solidum debet restituere: quia diuisionem hæc res non
recipit. Si quis mihi itineris vel actus vel viæ controuersiam
non faciat, sed reficere, sternere^d non patitur, Pomponius li-
bro eodem scribit, confessoria actione mihi vtendum. nam &
si arborem impendentem habeat vicinus, qua viam vel iter
iniuium vel inhabile facit, Marcellus quoque apud Iulianum
notat, iter petendum, vel viam vindicandam. sed de refectio-
ne viæ & interdicto vti possumus, quod de itinere actuque
reficiendo competit. non tamen si silice^e quis sternere velit:
nisi nominatim id conuenit. Sed & de haultu, quia seruitus
est, competit nobis in rem actiones.

Actio negatoria.

Competit autem de seruitute actio domino ædificij ne-
gati seruitutem se vicino debere, cuius ædes non in totum
liberæ sunt, sed ei cum quo agitur, seruitutem non debent:
verbi gratia, habeo ædes, quibus sunt vicinæ Seianæ & Sem-
pronianæ: Sempronianis seruitutem debeo: aduersus do-
minum Seianarum volo experiri altius me tollere prohiben-
tem. in rem actione experiar. licet enim seruiant ædes meæ,
ei tamen cum quo agitur, non seruiunt. hoc igitur intendo,
habere me ius altius tollendi inuito eo cum quo ago: quan-
tum enim ad eum pertinet, liberæ ædes habeo. Si cui om-
nino altius tollere non liceat, aduersus eum rectè agetur, ius
ei non esse tollere. Hæc seruitus & ei qui vteriores ædes ha-
bet, deberi poterit.

e Silicem, quo casu
ficeret durior conditio
seruitutis, quod est
veritum l. 20. §. si
sublatum de seruit.
vrb. prad.

Medius locus an impediat seruitutem.

V. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

ET ideo si intermeas & Titij ædes tuæ || ædes || intercedant, possum Titij ædibus seruitutem imponere, ne liceat ei altius tollere, licet tuis non imponatur: quia donec tu non extollis, est utilitas^a seruitutis.

^a utilis seruitus

VI. VLP IANVS libro septimodecimo ad Edictum

ET si fortè qui medius est, quia seruitutem non debebat, altius extulerit ædificia sua, vt iam ego non videar luminibus tuis obitaturus^b, si ædificauero, frustra intendes ius mihi non esse ita ædificatum habere inuito te. sed si intra tempus statutum rursus deposuerit ædificium suum vicinus, renascetur tibi vindicatio.

^b obstruatur

Possessori datur hæc actio.

1 Sciendum tamen, in his seruitutibus possessorem esse eum iuris & petitorum. & si fortè non habeam ædificatum altius in meo, aduersarius meus possessor est. nam cum nihil sit innouatum, ille possidet, & ædificantem me prohibere potest & ciuili actione & interdicto quod vi aut clam. idem & si lapilli iactu impenderit. sed & si patiente eo ædificauero, ego possessor ero effectus.

Oneris ferendi seruitus.

2 Etiam de seruitute quæ oneris ferendi causa imposita erit, actio nobis competit: vt & onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modum qui seruitute imposita comprehensus est. & Gallus putat, non posse ita seruitutem imponi, vt quis facere aliquid cogeretur: sed ne me facere prohiberet. nam in omnibus seruitutibus refectio ad eum pertinet qui sibi seruitutem adserit: non ad eum cuius res seruit. sed eualuit^c Serui sententia in proposita specie: vt possit quis defendere, ius sibi esse cogere aduersarium reficere parietem ad onera sua sustinenda. Labeo autem hanc seruitutem non hominem debere, sed rem: deniq; licere domino rem derelinquere scribit. Hæc autem actio in rem magis est quàm in personam: & non alij competit quàm domino ædium || & aduersus do-

3 minum: sicuti ceterarum seruitutum intentio. Si ædes pluri in dominorum sint, an insolidum agatur, Papinianus libro tertio quaestionum tractat. & ait singulos dominos insolidum agere, sicuti de ceteris seruitutibus, excepto usufructu. sed non idem respondendum inquit, si communes ædes

4 essent quæ onera vicini sustinerent. Modus autem refectio- nis in hac actione ad eum modum pertinet, qui in seruitute imposita continetur: fortè vt reficiat lapide quadrato vel lapide struictili vel quouis alio opere quod in seruitute dictum

5 est. Veniunt & fructus in hac actione: id est commodum

^c preualuit

quod haberet, si onera ædium eius vicinus sustineret. Parietem autem meliorem quidem quam in seruitute impositum est, facere licet. deteriores si facit, aut per hanc actionem aut per operis noui nuntiationem prohibetur.

De arbitrio iudicis in hac actione.

VII. PAVLVS libro vicesimo primo ad Edictum

HArum actionum euentus hic est, vt victori officio iudicis aut res præstetur, aut cautio. res ipsa hæc est, vt iubeat aduersarium iudex emendare vitium parietis, & idoneum præstare: cautio hæc est, vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere: neque se neque successores suos^a prohibuituros altius tollere, sublatumque habere. & si cauerit, absoluetur. si vero neque rem præstat neque cautionem, tanti condemnet^b, quanti actor in litem iurauerit.

a eius prohibi-
turus

b condemnetur,

VIII. VLPPIANVS libro septimodecimo ad Edictum

Sicut autem refectio parietis ad vicinum pertinet, ita fultura ædificiorum vicini cui seruitus debetur, quamdiu paries reficietur, ad inferiorem vicinum non debet pertinere. nam si non vult superior fulcire, deponat: & restituet^c cum paries fuerit restitutus. Et hic quoque sicut in ceteris seruitutibus, actio contraria dabitur: hoc est ius tibi non esse me cogere.

c restituar

Seruitus tigni immittendi.

Competit mihi actio aduersus eum qui cessit mihi^d talem^e seruitutem, vt in parietem eius tigna immittere mihi liceat, supraque^d ea tigna, verbi gratia, porticum ambulatoriam facere, superque eum parietem columnas structiles^e imponere quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant. Distant autem hæ actiones inter se: quod superior quidem locum habet etiam ad compellendum vicinum reficere parietem^f meum: hæc verò locum habet ad hoc solum vt tigna suscipiat. quod non est contra genera seruitutum.

d superque
e Columna structi-
lis sunt, quæ in la-
pide quæ raro, aut la-
terculis extructa
sunt, quæ pile etiam
dicuntur. Bud. hic.

2

Possessio.

Sed si queritur, quis possessoris quis petitoris partes sustineat, sciendum est possessoris partes sustinere, si quidem tigna immissa sint, eum qui seruitutem sibi debere ait: si verò non sunt immissa, eum qui negat. & si quidem is optinuerit qui seruitutem sibi defendit, non debet ei seruitus cedi: siue rectè pronuntiatum est, quia habet: siue perperam, quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est declarari. planè si non vtendo^f amisit dolo malo domini ædium post litem contestatam, restitui ei oportet, quemadmodum placet in domino ædium.

f vtendo post li-
tem contestatam
h l i qua fumig. in so-
lens casei. Col. li. 7.
cap. 8. Duar. 1. diff. i.
cap. 24. qui hunc locum
ibi dem explicat.

Seruitus fumi immittendi.

Aristo Cerellio Vitali respondit, non putare se ex taberna^g casaria fumum in superiora ædificia iure immitti posse, nisi

4

nisi ei rei seruitutem^a talem admittit. idemq;^b ait, & ex superiore in inferiora non aquam non quid aliud immitti licet: in suo enim alij^c haftenus facere licet, quatenus nihil in alienū immittat: fumi autem sicut aqua esse immisionem. posse igitur superiorem cum inferiore agere, ius illi non esse id ita facere. Afernum denique scribere ait, posse ita agi, ius illi non esse in suo lapidem cadere, vt in meum fundum fragmenta cadant. dicit igitur Aristo, eū qui tabernam castariam à Minturnensibus conduxit, à superiore^d prohiberi posse fumum immittere: sed Minturnenses ei ex conducto teneri, agique sic posse dicit cum eo qui eum fumum immittat, ius ei non esse fumum immittere. ergo^e per contrarium agi poterit, ius^f esse fumum immittere. quod & ipsum videtur Aristo probare. sed & interdictum vt ipsi possidetis poterit locum habere, si quis prohibeatur qualiter velit suo vti. Apud Pomponium dubitatur libro quadragesimo^g primo lectionum an quis possit ita agere, licere fumum non grauem, puta ex foco in suo facere aut non licere. & ait, magis non posse agi. sicut agi non potest, ius esse in suo ignem facere, aut sedere, aut la Bare. Idem in diuersum probat: nam & in Valineis^h, inquit, vaporibus cum Quintilla cuniculum pergentem in Vrbiⁱ Iuli instruxisset, placuit potuisse tales seruitutes imponi.

Quibus ex causis agitur confessoria.

VIII. PAVLV S libro vicensimo primo ad edictum.

Si loco per quē mihi iter debetur, tu aedificaueris, possum intendere ius mihi esse ire agere. quod si probauero, inhi-
bo opus tuum. Item Iulianus scripsit, si vicinus in suo aedificando effecerit ne stillicidium meum reciperet^k, posse me agere de iure meo, id est ius esse imittēdi stillicidium, sicut in via diximus. sed si quidem nondum aedificauit, siue vsumfructū siue viam habet, ius sibi esse ire agere vel frui intendere potest, quod si iam aedificauit dominus, is qui iter & actum habet, adhuc potest intendere ius sibi esse. fructuarius autem non potest: quia amisit vsumfructum. & ideo de dolo actionem dandā hoc casu Iulianus ait. Cōtra si in itinere quod per fundum tibi debeo aedifices, rectē intendam ius tibi non esse aedificare vel aedificatum habere: quemadmodum si in area mea quid edifices. Qui latiore via vel angustiore vsus est, retinet seruitutē: sicuti qui aqua, ex qua ius habet vtendi, alia mixta vsus est, retinet ius suum.

Confessoria datur ob longam possessionem seruitutis.

X. VLP IANVS libro quinquagesimo tertio ad Edictum

Si quis diuturno vsu & longa quasi possessione ius aquae ducendae nactus sit, non est ei necesse docere^m de iure quo aqua constituta est, veluti ex legato, vel alio modo: sed vtilem

a seruitus talis admittatur.
d ideo ait, quia & ex
c alicui haftenus

d ad superiora

e ergo & per
f ei ius esse

g lib. 12. lectio.

h balneis, inquit
i Additum est hortis, vel, hortos ab iis qui non intellexerunt hoc graeco dicendi genere versus pari, vt apud Cic. per Varronis, per locusta, in Saturni, ad cōceptia. August. 2. c. 1.

k reciperetur.

l Sumpsum ex l. 1. de aqua plu. arcend.
m Titulum esse necessarium ad seruitutē acquirendam docet Duar. l. 1. disput. c. 34. quem vide

lem habet actionem, vt ostendat per annos fortè tot vsum se non vi non clam non precario^l possedisse. ||

Contra quem datur.

Agi autem hac actione poterit non tantum cum eo in cuius agro aqua oritur, vel per cuius fundum ducitur, verum etiam cum omnibus agi poterit^a quicumq;^b aquam^l non^l ducere impediunt, ex eplo ceterarum seruitutum. Et generaliter, quicumq; aquam^c ducere impediatur, hac actione cum eo experiri poterit.

Vnus ex socijs potest alium adificansem impedire iure communis, non iure seruitutis.

XI. MARCELLVS libro sexto Digestorum

AN vnus ex socijs in communi loco inuitis ceteris iure adificare possit, id est an si prohibeatur à socijs, possit cum his ita experiri, ius sibi esse adificare: & an socij cum eo ita agere possint, ius sibi prohibendi esse, vel illi^l ius^l adificandi non esse: & si adificatum iam sit, non^d possit cum eo ita experiri, ius tibi^c non esse ita adificatum habere, quaeritur: & magis dici potest, prohibendi potius quam faciendi esse ius socio: quia^l magis^l ille qui facere conatur, vti dixi,^l quodammodo sibi alienum quoque ius praeripit^f, si quasi solus dominus^g ad suum arbitrium vti iure communi velit.

Officium iudicis in negatoria.

XII. IAVOLENVS libro secundo Epistularum

EGi ius illi non esse tigna in parietem meum immissa habere: an & de futuris non immittendis cauendum est? respondi, iudicis officio contineri puto, vt de futuro quoq; opere caueri debeat.

Non potest quis habere canalem in suo, per quem aqua projiciatur in alieno.

XIII. PROCVLVS libro quinto Epistularum

ISTulas quibus aquam duco, in via publica habeo: & he rupta inundant parietem tuum. puto posse te mecum rectè agere, ius mihi non esse flumina ex meo in tuum parietem fluere.

Exemplum actionis negatoria.

XIII. POMPONIVS libro trigensimotertio ad Sabinum

SICUM meus proprius esset paries, passus sim^l te^l immittere tigna quae antea habueris, si noua velis immittere, prohiberi à me potes: immo etiam agere tecum poterit, vt ea quae noua immiseris, tollas. Si paries communis opere abs te factus in aedes meas se inclinauerit, poterit tecum agere, ius tibi non esse parietem illum ita habere.

Contra tutorem vel curatorem.

XV. VLPIANVS libro sexto Opinionum

ALTIUS aedes suas extollendo, vtⁱ luminibus domus minoris annis viginti quinque vel impuberis, cuius curator vel tutor

a agi non poterit,
b ne quicumque
c me ducere, vti
ne ducerem

d non possint
e ius illi, vel, ius
tibi

f praeripit,
g dominus sit

h Non tantum enim
praesentium, sed etiam
futurorum tignorum
immittendorum ius
mihi debetur. Quia
verò usura futura non
debentur, de illis non
est cauendum l. i. in
fr. de usura.

i si quis vt luminibus

tutor erat, officiat, efficit: quamvis hoc quoque nomine actione ipse heredesque teneantur, quia quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit, tamen & aduersus possidentem eandem aedes danda est impuberi vel minori actio, vt quod non iure factum est tollatur.

XVI. IULIANVS libro septimo Digestorum

SI à te emero, vt mihi liceat ex aedibus meis in aedes tuas stillicidium immittere, & postea te sciente ex causa emptionis immissum habeam, quero an ex hac causa actione quadam vel exceptione tuendus sim. respondi, vtroque auxilio me vsurum.

Exemplum actionis negatoria.

XVII. ALFENVS libro secundo Digestorum

SI quando inter aedes Vinas paries esset, qui ita ventrem^a faceret, vt in vicini domum semipedem aut amplius protruberet, agi oportet, ius non esse illum parietem ita proiectum in suum esse inuito se. Cum in domo Gaii Sel locus quidam aedibus AnnI ita seruiret, vt in eo loco positum habere ius Seio^b non esset, & Scijs in eo siluam seruisset, in qua labra^c & [tenes]^d cucumellas^e positas haberet, Annio consiliū omnes iurisperiti dederunt, vt cum eo ageret, ius ei non esse in coloco ea posita habere inuito se. Secundum cuius parietem vicinus sterculinum^f fecerat, ex quo paries madescibat, consulebatur quemadmodum posset vicinum cogere, vt sterculinum tolleret, respōdi, si in loco publico id fecisset, per interdictum cogi posse, sed si in priuato, de seruitute agere oportere. si damnis infecti stipulatus esset, possit^h per eam stipulationem si quid ex ea re sibi damni datum esset seruare.

Actor ob contumaciam rei mittitur in possessionem bonorum eius.

XVIII. IULIANVS libro sexto ex Minicio

IS cuius familia vicinum prohibebat aquam ducere, sui potestatem non faciebat neⁱ secum agi posset: querit actor quid sibi faciendū esset. respōdi, oportere praetore causa cognita iubere bona aduersarij possideri: & nō ante inde discedere quā is actori ius aquae ducendae constituisset^k: & si quid, quia^l aquam ducere prohibitus esset, liccitatibus detrimenti cepisset: veluti si prata arborēque exaruisent.

Sententia de communi seruitute contra vinum lata.

XIX. MARCIANVS libro quinto Regularum

SI de communi seruitute quis bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa^m sua, non est æquum hoc ceteris damno esse. sed si per collusionem cessitⁿ litem aduersario, ceteris dandaⁿ esse actionē de dolo Celsus scripsit.

a Hec vox μεταφορικῶς sumitur: quæ autem modis accipitur, vide de Ab. 6. par. c. 7.
b ei non esset,
c Labrū vasis gener.
d Foris legendum est arceas, aut, terreas. vitruuius rectius erit, quā teneras: in quibusdam codicibus reperitur crateras.
e Cucuma genus est vasis de quo Petron. Cucumam grandem foro apposuit: quare et vsus quoque est Ambrosij in vita beata Agnetis: hoc per diminutioem facta est cucumella.
f sterquilinum
g sed si damni
h posse per eam

i vt secum agi

k restituisset
l qui aquam
m Nam si cetera culpam, suam litem amiserit, quisque, si ceteris nocet, vt victoria predest. l. q. sup. 3. §. fundus. et l. supra iter. §. 1. offitius de aqua pluui.
n litem
o quoque dādam

scripsit. idque ait Sabino placuisse.

XX. SCAEVOLA libro quarto Digestorum

TEstatrix fundo quem legauerat, casus iunctas habuit: questum est, si hæ fundo legato non cederent, eumque legatarius vindicasset, an iste fundus aliquam seruitutem casus deberet: aut si ex fidei commissi causa cum sibi dari legatarius desideraret, heredes seruitutem aliquam casus excipere deberent. respondij debent^a.

a debere.

Ius compascendi quod prædium sequitur.

Plures ex municipibus qui diuersa prædia possidebant, saltum communem ut ius compascendi haberent mercati sunt. idque etiam à successoribus eorum est obseruatum. sed nonnulli ex his qui hoc ius habebant, prædia sua illa propria vendiderunt. quæro an in venditione etiam ius illud secutum sit prædia: cum eius voluntatis venditores fuerint, ut & hoc alienarent: respondit, id obseruandum quod actum inter contrahentes esset. sed si voluntas contrahentium manifesta non sit, & hoc ius ad emptores transire. Item quæro, an cum pars illorum priorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid iuris secum huius compascui traxerit. respondit, cum id quoque ius fundi qui legatus esset, videretur, id quoque cessurum legatario.

Ius aquæ ducende.

XXI. LABEO libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum

b eius aquæ ductus
c Non est sibi con-
trarius Labeo: quo d
eum dicebat posse
constitui, ut aquam
quærere, & inuentâ
ducere liceat, diuersa
sua est ab his.

SI qua aqua nondum apparet, eius iter^b ductus constitui non potest^c. Paulus: immo puto id falsum esse, quia cedi potest ut aquam quæreres, & inuentam ducere liceret.

QVEMADMODVM SERVITVTES AMITTUNTVR TITVLVS VI.

Confusio.

GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

d Es prædiâ vtriusq;
fuerit conuictum: si
vtrū inter vtrumque
est ter: in medium
non ideo, quod id v-
triusque prædij domi-
nus esse coeperit, serui-
tutes confunduntur.
l. etia. supra de ser-
uit. nullic. præd.

SERVITVTES prædiorum confunduntur, si idem vtriusque prædij dominus esse coeperit^d.

Vsus seruitutis.

II. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum

Qui iter & actum habet, si statuto tempore tantum ierit, non perisse actum sed manere Sabinus, Cassius, Octavianus aiunt: nam ire quoque per se eum posse qui actum haberet.

Mors.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

IVra prædiorum morte & capitis deminutione non perire, Volgo traditum est.

Vsus.

Ufus.

III. PAULVS libro vicenſimo ſeptimo ad Ediſtum

ITer ſepulchro debitum non vtendo nunquam amittitur.

V. IDEM libro ſexagenſimo ſexto ad Ediſtum

Seruitus & per ſocium & fructuarium & bonæ fidei poſſeſſorem nobis retinetur:

VI. CELSVS libro quinto Digeflorum

Nam ſaris eſt fundi nomine itum eſſe. Si ego via quæ nobis per vicini fundum debebatur, uſus fuero, tu autem conſtituto tempore ceſſaueris, an ius tuum amiſeris? & e contrario, ſi vicinus, cui via per noſtrum fundum debebatur, per meam partem ierit egerit, tuam partem ingreſſus non fuerit, an partem tuam liberauerit? **Celſus** reſpondit, ſi diuiſus eſt fundus inter ſocios regionibus, quod ad ſeruitutem attinet quæ ei fundo debebatur, perinde eſt atque ſi ab initio duobus fundis debita ſit: & ſibi quiſque dominorum uſurpat ſeruitutem, ubi non vtendo deperdit: nec amplius in ea re cauſæ eorum ſandorum miſcentur. nec fit vlla in iniuria ei cuius fundus ſeruitus, immo ſi quo melior: quoniam alter dominorum vtendo, ſibi non toti fundo proficit. Sed ſi is fundus qui ſeruiuerit, ita diuiſus eſt, plusculum dubitationis ea res habet: nã ſi certus ac finitus viæ locus eſt, tunc ſi per longitudinem eius fundus diuiſus eſt, eadem omnia ſeruanda erunt, quæ ſi initio conſtituendæ ius ſeruitutis ſimiliter hic duo fundi fuiſſent. ſi verò per latitudinem viæ fundus diuiſus eſt, nec multum refert, æqualiter i. factum eſt an inæqualiter, tunc manet idem ius ſeruitutis quod in fundo indiuiſo fuerat. nec aut uſu detineri, aut non vtendo deperire, niſi tota via poterit. nec ſi forte inciderit, vt ſemita quæ per alterum dumtaxat fundum erit, vteretur, idcirco alter fundus liberabitur: quoniam vnum atque eo modo indiuiduum viæ ius eſt. Poſſunt tamen alterutrum fundum liberare, ſi modò hoc ſpecialiter conuenit. Certè ſi is cui ſeruitus debebatur, alterum ex ea diuiſione fundum redemerit, num ideo minus ea re fundi alterius ſeruitus permanebit? nec video quid abſurdè conſecutum ſit eam ſententiam fundo altero manente ſeruo: ſi modò & ab initio potuit anguſtior conſtitui via quàm lege finita eſt, & adhuc id loci ſuper eſt in eo fundo cui remiſſa ſeruitus non eſt, vt ſufficiat viæ. quòd ſi minus loci ſuper eſt quàm viæ ſufficiat, vterque fundus liberabitur: alter propter redemptionem, alter quia per eum locum qui ſuper eſt, via conſtitui non poteſt. Ceterum ſi ita conſtitutum eſt ius viæ, vt per quamlibet partem fundi ire agere liceat, idque vel ſubinde mutare, nihil prohibet: atque ita diuiſus eſt fundus, ſi per quamlibet eius partem æquè ire atque agi poſſit, tunc perinde ob-

a Occurrit: biniſio-
ni: ſi iniuria domi-
norum pro vna ſer-
uitute debet duas.
Sed in eo ſi melior
eius conditio, quòd ab
eo diuiſum fundum
vnu vtendo tota ſer-
uitutem retinebat: eo
autem diuiſo, partem
tantum retinet: qui
autem non vſitur, par-
tem ſuam amittit.
b quali initio

c licetque
d aut ſi ita
e vt per
f in atque

ſer-

ser Babimus atque si ab initio duobus fundis duæ seruitutes iniunctæ fuissent: vt altera retineri, altera non vtendo possit deperire. nec me fallit alieno facto ius alterius immutatu iri: quoniã ante fatius^b fuerat per alterã partem ire agere, vt idem ius ei in altera parte fundi retineretur. Contra, illud commodum accessisse ei cui via debebatur, quod per duas pariter vias ire agere possit, bisque^c octonos in porrectum, & senos denos in anfractum.

Temporis duplicatio.

VII. PAVLVS libro tercio decimo ad Plautium

SI sic^d constituta sit aqua, vt vel æstate ducatur tantum vel vno mense, quæritur quemadmodum non vtendo amittatur: quia non est cõtinuum tempus, quo cum vti non potest, non sit vsus. itaq; & si alternis annis vel mēlibus quis aquam habeat duplicato constituto tempore amittitur. idem & de itinere custoditur. si verò alternis diebus, aut die toto, aut tantum nocte, statuto legibus tempore amittitur: quia vtra seruitus est. nam & si alternis horis, vel vna hora cottidie seruitutem habeat, Seruius scribit, perdere eum non vtendo seruitutem: quia id quod habet, cottidianum sit.

Alius casus, in quo amittitur seruitus.

VIII. IDEM libro quĩnto decimo ad Plautium

SI stillicidij immittendi ius habeam in aream tuam, & permifero ius tibi in ea area ædificandi, stillicidij immittendi ius amitto. Et similiter si per tuum fundum via mihi debeatur, & permifero tibi in eo loco per quem via mihi debetur, aliquid facere, amitto ius viæ. Is quiper partem itineris it, totum ius vsurpare videtur.

Vsus.

VIII. LAVOLENVS libro tertio ex Plautio

Aqua si in partem aquag^e influxit, etiam si non ad vltima loca peruenit, omnibus tamen partibus vsurpantur^f.

De pupillo.

X. PAVLVS libro quĩnto decimo ad Plautium

SI communem fundum ego & pupillus haberemus, licet vterq; non vteretur, tamen propter pupillum & ego viam retineo.

Vtendum est per modum & tempus.

Si is qui nocturnam aquam habet, interdium per constitutum ad amissionem tempus vsus fuerit amittit nocturnam seruitutem qua vsus non est^g. Idem est in eo qui certis horis aquæ ductum habens, alijs vsus fuerit, nec vlla parte carũ horarũ^h.

XI. MARCELLVS libro quarto Digestorum

Si cui via vel actus debebatur, y vehiculi certo genere vteretur, alio genere fuerat vsus, vicianus ne amiserit seruitutem:

^a Obiectis est: ante diuisionem eundem per vnam partem fundi retinebat seruitutem in toto fundo l. vna. de seruitu. rusti. præd. respondet hoc in commodum in alio cõpensari. vers. contra
^b satis fuerat
^c pedis que
^d Coniuge l. si prius. de aqua plu. arcen.

^e agri
^f vsurpatur.

^g Nisi alteri nocturnam suam aquã cesset: a quo viciis in diuisionem impetraverit: & ita permutatis inter se temporibus aqua vitetur: tum etiam aliter per alteram seruitutem retinetur. l. cum hostes. de aqua. quæ. & est. infra.
^h horarũ vsus est. si is cui, vel si cui

tem: & alia sit eius cōdicio, qui amplius oneris quàm licuit ve-
xerit: magis que hic plus quàm aliud egisse videatur: sicuti^a la-
tiore itinere vsus esset, aut si plura iumenta egerit quàm li-
cuit, aut aquæ admiscuerit aliam. ideo que in omnibus istis
quæstionibus seruitus quidem non amittitur: non autem cō-
ceditur plus quàm pactū est in seruitute habere. Heres cū le-
gatus esset fundus sub condicione imposuit ei seruitutes:
extinguentur^b si legati condicio existat, videamus, an ad-
quisitæ sequantur legatarium: & magis dicendum est, vt
sequantur.

^a sicuti si

^b an extinguantur

Quomodo seruitus retineatur.

XII. CELSVS libro vicensimotertio Digestorum

QVi fundum alienum bona fide emit, itinere quod ei fun-
do debetur, vsus est. retinetur^c id ius itineris: atque^d e-
tiam si precario aut vi deiecto domino possidet. fundus erim
qualiter^e se habens, ita^l cum in suo habitu possessus est, ius
non deperit. neque refert iultè necne possideat qui talem
eum possidet. Quare fortius, & si aqua per riuum sua spon-
te perfluxit, ius aquæ ducendæ retinetur, quod & Sabino re-
ctè placuit, vt apud Neratium libro quarto membranarum
scriptum est.

^c retinet
^d idque & si
^e qualiter qualiter
se. qualitercunque
se melior est. Fl: cent.
l. p. vid aliud, de verb.
signifi.

De medio loco.

XIII. MARCELLVS libro septimo decimo

Digestorum

SI quis ex fundo cui viam vicinus deberet, vendidisset locū
proximum seruienti fundo non imposita seruitute, & in-
tra legitimum tempus quo seruitutes pereunt, rursus eum lo-
cum adquisisset, habiturus est seruitutem quam vicinus
debuisset.

XIIII. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio

SI locus^f per quem via aut iter aut actus debebatur, impetu
fluminis occupatus esset, & intra tempus quod ad amittē-
dam seruitutem sufficit, alluione facta restitutus est, serui-
tus quoq; in pristinum statum restituitur, quod si id tempus
præterierit, vt seruitus amittatur, renouare eam cogendus est

^f Coniungit la. de
via pub.

De via publica.

Cū via publica^l vel fluminis impetu vel ruina amissa est,
vicinus proximus viam præstare debet.

De medio pædio.

XV. IDEM libro secundo Epistularum

SI cum seruitus mihi per plures fundos deberetur, medium
fundum adquisiui, manere seruitutem puto. quia totiens
seruitus confunditur, quotiens vi ea is ad quem pertineat nō
potest. medio autem fundo adquisito potest consistere, vt per
primum & vltimum iter debeat.

Si per

*Si per eundem riuum aqua ad plura pradia ducitur, plures seruitutes sunt: & potest una amitti altera remanente:
& quod vnus perdit, alteri non adreſcit.*

XVI. PROCVLVS libro primo Epistularum

Aquam quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuum iure ducere soliti sunt, ita vt suo quisq; die à capite duceret: primo per eundem riuum, eumq; communem: deinde vt quisq; inferior erat, suo quisq; proprio riuo: & vnus statuto tempore quo seruitus amittitur, non duxit. existimo enim ius ducendæ aquæ amississe: nec per ceteros qui duxerunt, eius ius usurpatum esse. proprium enim cuiusq; eorum ius fuit: neque per alium usurpari potuit. Quod si plurium fundo iter aquæ debitum esset, per vnum eorum omnibus his inter quos is fundus communis fuisset, usurpari potuisset. Item si quis eorum quibus aquæ ductus seruitus debebatur, & per eundem riuum aquam ducebant, ius aquæ ducendæ non ducendo eam amittit, nihil iuris eo nomine ceteris qui riuo utebantur, adreuit. idque commodum eius est, per cuius fundum id iter aquæ, quod non utendo pro parte vnus amissum est: libertate enim huius partis seruitutis fruitur.

XVII. POMPONIVS libro vndecimo ex
varijs lectionibus

Labeo ait, si is qui hauſtum habet, per tempus quo seruitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauserit, iter quoque eum amississe.

XVIII. PAVLVS libro quindecimo ad Sabinum

Si quis alia aqua vsus fuerit quàm de qua in seruitute imponenda actum est, seruitus amittitur. Tempus quo non est vsus præcedens fundi dominus cui seruitus debetur, impunitur ei qui in eius loco successit.

Vſucapio libertati.

Si cum ius haberes immittendi, vicinus statuto tempore ædificatum non habuerit, ideoque nec tu immittere poteris, non ideo magis seruitutem amittes: quia non potest videri vſucepiſſe vicinus tuus libertatem ædium suarum, qui ius tuum non interpellauit.

Differetia vendita seruitutis, & legata.

XVIII. POMPONIVS libro trigensimo secundo
ad Sabinum

Si partem fundi vendendo lege cauerim, vti per eam partem in reliquum fundum meum aquam ducerem, & statuto tempore interceſſerit antequam riuum facerem, nihil iuris amitto, quia nullum iter aqua fuerit: sed manet mihi ius integrum. quod si fecissem iter, reque vsus essem, amittam. Si per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hereditate

tate

^a Malo, ande non icrit, quod nullius esset dubitationis. Aug. 4, 6. 17.

^b poteris

tate per constitutum tempus ad amittendam seruitutem ignoraueris eam tibi legatam esse, amittes viam^a non utendo. ^a illam nou
quod si intra idem tempus antequam rescires tibi legatam seruitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, si reliquo tempore ea usus fuerit: quia scilicet tua esse coeperat. ut iam nec ius repudiandi^b legatum tibi possit contingere, cum ad te fundus non pertineat. ^b recuperandi

Quomodo retineatur seruitus.

XX. SCAEVOLA libro primo Regularum

Vsu retinetur seruitus, cum ipse cui debetur vitur, qui ve in possessionem^c eius^d est, aut mercennarius, aut hospes, ^c in possessione
aut medicus^e quiue^f ad visitandum dominum venit: vel colonus, aut fructuarius: ^d eius nomine
^e aut amicus, vel
^f qui

XXI. PAVLVS libro quinto Sententiarum
Fructuarius licet suo nomine.

XXII. SCAEVOLA libro primo Regularum
Denique quicumque quasi debita via usus fuerit:

XXIII. PAVLVS libro quinto Sententiarum
Sive ad fundum nostrum facit, vel ex fundo:

XXIII. SCAEVOLA libro primo Regularum
Licet mala fidei possessor sit, retinebitur seruitus.

XXV. PAVLVS libro quinto Sententiarum

Seruitute usus non videtur, nisi is qui suo iure uti se credidit. ^e vtiliter
ideoque si quis pro via publica vel pro alterius seruitute usus sit nec interdictum nec actio vtiliter^e competit.

LIBER NONVS.

SI QVADRV P ES PAV-

PERIEM FECISSE

DICATVR.

Datur hac actio contra dominum, si quadrupes contra naturam suam damnum dederit.

VLPPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

SI QVADRV P ES pauperiem fecisse dicitur actio ex lege^b duodecim tabularum descendit. ^h ex 12. tabulis
quæ lex voluit aut dari^{id} quod nocuit, id est id animal quod noxiam commisit: aut æstimationem noxiæ offerre. noxia autemⁱ est ⁱ enim
ipsum delictum. quæ actio ad omnes quadrupedes pertinet. Ait^k prætor PAVPERIEM FECISSE. Pauperies est damnum sine iniuria facientis datum: nec enim po- ^k Ait autem

a dici animal iniuriam fecisse, iniuria affecisse, *Raila est Floren.*

b *Lege tamen Moysae e morte multabitur bruta animalia, Gen. 9. Lenitio.*

Exc. 21. c. *Lege Solonis etiam statua cadis fuerunt damnata, et instrumenta, quibus cadis perpetrata est. Pausan. in Astic. Suidas loquens de statua Nicanoris Thasi celebri pugilis. et ferocitate.*

† aliquo

test animal iniuria^a fecisse, quod sensu^b caret. Itaque, ut Seruius scribit, tunc hæc actio locum habet, cum commota feritate nocuit quadrupes. puta si equus calcitrosus calce percuferit, aut bos cornu petere solitus petierit, aut mulæ propter nimiam ferociam^c. Quod si propter loci iniquitatem aut propter culpam mulionis aut si plus iusto onerata quadrupes in aliquem onus euerterit, hæc actio cessabit: damnique iniuriæ agetur. Sed & si canis cum duceretur ab **†** alioquo, asperitate sua euaserit, & alicui damnum dederit, si contineri firmiter ab alio poterit, vel **||** si **||** per eum locum induci non debuit, hæc actio cessabit: & tenebitur qui canem tenebat. Sed & si instigatu alterius fera damnum dederit cessabit hæc actio. Et generaliter hæc actio locum habet quotiens contra naturam fera mota pauperiem dedit. ideoque si equus dolore concitatus calce petierit, cessare istam actionem. sed eum qui equum percuferit aut vulnerauerit, in factum magis quam lege Aquilia teneri: utique ideo, quia non ipse suo corpore damnum dedit. at si cum equum permulisset quis, vel palpatus est, {&} calce eum percuferit, erit actioni locus. Et si alia quadrupes aliam concitabit, ut damnum daret, eius quæ concitauit nomine agendum erit. Siue autem corpore suo pauperiem quadrupes dedit, siue per aliam rem quam tetigit quadrupes, hæc actio locum habebit. ut puta si plaustro bos obtriuit aliquem, vel alia re deiecta. In Vestis autem propter naturalem feritatem hæc actio locum non habet. & ideo si versus fugit, & sic nocuit, non potest quondam dominus conueniri: quia definit^d dominus esse ubi fera euasit. & ideo & si eum^e occidi, meum corpus est. Cum arietes vel boues commississent, & alter alterum occidit, Quintus Mucius distinxit, ut si quidem is perisset qui adgressus erat, cessaret actio. si is qui non prouocauerat, competeret actio. quam obrem eum^f sibi aut noxam sarcire, aut in noxam dedere oportere.

Contraquem datur.

Et cum etiam in quadrupedibus noxa caput sequitur, aduersus dominum hæc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cum noceret, sed cuius nunc est. Planè si ante litè contestatâ decesserit animal, extincta erit actio. noxæ autem dedere est, animal tradere viuū. Demū si cōmune pluriū fit animal, aduersus singulos erit in solidū noxalis actio, sicuti in homine.

Pœna mendacij.

Interdum autem dominus in hoc non conuenietur, ut noxæ dedat, sed etiam in solidum: ut puta si in iure interrogatus an sua quadrupes esset, responderit non esse suam: nam si cōfiterit esse eius in solidum condemnabitur. Si post litem contestatam

d Itaque quandiam alicuius dominio est, si non verbis legis 22. directæ actione si quadrupes, certi sententia tenentur. Pausan. 1. recepserit. eod. tit.

e cum versus
f eum ibi

testatam

testatam ab alio sit animal occisum, quia domino legis Aquiliae actio competit, ratio in iudicio habebitur legis Aquiliae: quia dominus noxae dedenda facultate amiserit. ergo ex iudicio proposito litis æstimatione offerret, nisi paratus fuerit actionem mādare aduersus eū qui occidit. Hanc actione nemo dubitauerit heredi dari ceterisque successoribus. item aduersus heredes ceterosque non iure successione, sed eo iure quo domini sint, competit.

a ceterosque successores,

Cui competit.

II. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Hæc actio non solum domino, sed etiam ei cuius interest, competit. veluti ei cui res commodata est: item fullo: quia eo quod tenentur, damnum videntur pati. Si quis alium euitans, magistratum forte, in taVerna proxima se immisisset, ibique à cane feroce læsus esset, non posse agi canis nomine quidam putant. at si solutus fuisset, contra.

b Hoc differt ab actione legis Aquiliae, quæ soli domino competit. Item Mel. 5. legis. 5. cum cui infra ad leg. Aquil.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

EX hac lege iam non dubitatur, etiam liberarum personarum nomine agi posse: forte si patrem familias aut filium familias vulnerauerit quadrupes. scilicet vt non deformitatis ratio habeatur, cum liberum corpus æstimationem non recipiat, sed impensarum in curationem factarum, & operarum amissarum, quasque amissurus quis esset inutilis factus.

III. GAIVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Hæc actio utilis competit & si non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

V. ALFENVS libro secundo Digestorum

AGaso cum in taVernam equum deduceret mulam equus olfecit: mula calcem reiecit, & crus Agasoni fregit. consulebatur, possétne cum domino mulæ agi, quod ea pauperiem fecisset. respondi, posse.

AD LEGEM AQUILIAM.

TITVLVS II.

VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

LEX Aquiliae omnibus legibus que ante se de damno iniuria locutæ sunt, derogauit: siue duodecim tabulis: siue alia quæ fuit. quas leges nunc referre non est necesse. Quæ lex Aquilia pleViscum est: cum eam Aquilius tribunus pleVis à pleVe rogauerit.

c Extra hanc legem est quod Hippodamus Milesiorum legislator de tribus iudiciis dabat: damno, iniuria, cade. Aristot. lib. 2. polit. c. 6. d tabularum e siue alix, quæ fuerunt: f Certè

Primum caput legis, & eius interpretatio.

II. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

LEge Aquilia capite primo cauetur, {vt} QUI SERVLVVM SERVAMVE ALIENVM ALIENAMVE,

a l ij

QVA-

QVADRVPEDEM VEL PECVDEM INIVRIA OCCIDERIT, QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMV FVIT, TANTVMAES DARE DOMINO DAMNAS ESTO. & infra deinde cauetur, vt aduersus infitiantem in duplum actio esset. Vtigitur apparet, seruis *nostris* exæquat quadrupedes quæ pecudum numero sunt, & gregatim habentur: veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. sed an fues pecudum appellatione continentur, quæritur. & rectè Labeoni placet contineri. sed canis inter pecudes non est. longè magis bestia in eo numero non sunt: veluti vrsi, leonès, pantheræ. elefanti autem, & cameli quasi mixti sunt: nam & iumentorum operam præstant, & natura eorum fera est. & ideo primo capite contineri eas oportet.

a quoniam. *Recte est Florent.*

III. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

SI seruus seruauè iniuria occisus occisauè fuerit, lex Aquilia locum habet. iniuria *occisum esse*, *merito* adicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum.

Defensio.

IIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

ITaque *si* seruum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Lex duodecim tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit: vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. interdum autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat: vt tamen æquè cum clamore testificetur.

b Hunc locum *laudè* explicat Cicc. in ora sic. pro Mil.

V. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

SEd & si quemcumque alium ferro se petentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidisse. & si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est vt iniuria fecisse videatur. ergo & Cornelia tenebitur.

Iniuria quomodo accipiat.

Iniuriam autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam: sed quod non iure factum est, hoc est contra *ius*, id est si *culpa* quis occiderit, & ideo interdum *utraque* actio concurret, & legis Aquiliae, & iniuriarum. sed duæ erunt estimatiões, alia damni, alia contumeliae. Igitur iniuriam hic damnum accipiemus culpa datum etiam ab eo qui nocere noluit. Et ideo quærimus, si furiosus damnum dederit, an legis Aquiliae actio sit. & Pegasus negauit: quæ enim in eo culpa sit, cum *e* suæ mentis non sit? & hoc est verissimum. cessabit igitur Aquilia actio: quemadmodum si quadrupes damnum dederit,

c si contra d & culpa

e qui suæ f cū: &

dederit, Aquilia cessat: aut si tegula ceciderit. sed & si infans damnum dederit, idem erit dicendum. quod si nubes id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, teneri & Aquilia eū.
 3 & hoc puto verum si sit iam iniuriæ capax. Si magister in disciplina vulnerauerit seruum, vel occiderit, an Aquilia teneatur, quasi damnum iniuria dederit? & Iulianus scribit Aquilia teneri eum qui elusauerat discipulum in disciplina, multo magis igitur in occisio idem erit dicendum. proponitur autem apud eum species talis. tutor, inquit, puero discenti ingenuo filio familias parum benefacienti quod demonstrauerit, a forma calcei ceruicem percussit, ut oculus puero perfund. retur. b dicit igitur Iulianus, iniuriarum quidem actionem non competere: quia non faciendæ iniuriæ causa percussit, sed monendi & docendi causa. an ex locato dubitat: quia leuis dumtaxat castigatio concessa est docenti. sed lege Aquilia posse agi non dubito.

a demonstratum erat,
 b perfoderetur. Re
 Hius perfoderetur
 quinquam vix alien
 urum apud Latinos
 auiteres reperias, &
 forte melius legatur
 effoderetur. quid est
 illis vstratum.

P VI. PAULVS libro vicensimo secundo ad Edictum
 Ræceptoris enim nimia scævitia culpæ adsignatur.

VII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Q Va actione patrem consecuturum ait, quod minus ex operis filij sui propter vitiatum oculum sit habiturus:
 1 & impendia quæ pro eius curatione fecerit. Occisum autem accipere debemus siue gladio, siue etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si fortè strangulauit eum, vel calce petijt, vel
 2 capite, vel qualiter c qualiter. Sed d si quis plus iusto oneratus deiecerit onus, & seruum occiderit, Aquilia locum habet: fuit enim in ipsius arbitrio ita se non onerare. Nam & si lapsus aliquis seruum alienum onere presserit, Pegasus ait, lege Aquilia eum teneri: ita demum, si vel plus iusto se onerauerit, vel neglegentius per lubricum transferit. Proinde si
 3 quis alterius in pulsu damnum dederit, Proculus scribit, neque eum qui impulit teneri, quia non occidit: neque eum qui impulsus est, quia damnum iniuria non dedit. secundum quod in factum actio erit danda in eum qui impulit.

c qualitercunque.
 d Sed & si
 e Ludus est, qui in
 puluere fit, recto fla-
 dio iunice percussus
 ium: Non autè quon-
 que ludor (le quibus
 in l. 2. de alca lusu.)
 cõpletitur, ut Pãia-
 thleum auiteres Her-
 molac, Alciat. ad l. v-
 nicam, de Ashle.
 C. Plurarch. 2. lib.
 συμπεσο. c. 4. τῆς ἀρ-
 μέμμεται τὸ πῶς
 κέραιον, ἔκτε πυγ-
 μῆς δὲ πάλῃ; δῆλος
 Pancratiuum enim ex
 pugilatu & collucta-
 tione constatum esse,
 indubium est. Et
 Avillet. verborum
 lib. 1. Rhæc. hac sentē-
 tia est, qui potest pre-
 nere ac fortiter te-
 nere, ad luttā est ido-
 neus: qui itū longè
 à se pellere, ad pugil-
 latum: qui varumque
 ad pancratiuum.
 f vti in certami-
 ne. Florēt. melior est:
 hac enim non possunt
 continere exemplum
 superstitum: quod is-
 men hæc verba indi-
 cant, vti in certami-
 mine.

Certamen.

Si quis in colluctatione, vel in pancratio, c vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si quidem in publico certamine d alius alium occiderit, cessat Aquilia: quia gloria causa & virtutis non iniuriæ gratia videtur damnum datum: hoc autem in seruo non procedit, quoniam ingenui solent certare. in filio familias vulnerato procedit. Planè si cedentem vulnerauerit, erit Aquiliæ locus: aut si non f in certamine seruum occidit: nisi si domino committente hoc factum sit. tunc enim Aquilia cessat. * Sed si quis seruum argrotum leuiter percussit, & is obierit, rectè Labeo dicit,

2 l iij lege

lege Aquilia eum teneri: quia aliud alij mortiferum esse solet. Celsus autem multum interesse dicit, occiderit, an mortis causam præstiterit: ut qui mortis causam præstitit, non Aquilia sed in factum actione teneatur. unde adfert eum qui venenum pro medicamento dedit: & ait causam mortis præstitisse. quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit: nam nec hunc lege Aquilia teneri, sed in factum. Sed si quis de ponte aliquem præcipitavit, Celsus ait, siue ipso ictu perierit, aut continuò submersus est, aut lassatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia teneri: quemadmodum si quis puerum saxo inlisset. Proculus ait si medicus seruum imperitè secuerit, vel ex locato vel ex lege Aquilia cõpetere actionem.

VIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

Dem iuris est, si medicamento perperam vsus fuerit. Sed & qui bene secuerit, & dereliquit curationem, securus nõ erit: sed culpæ reus intellegitur. Mulionem quoque, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si cæcæ alie num hominem obtriuerint, Volgo dicitur culpæ nomine teneri. idem dicitur & si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. nec videtur iniquum, si infirmitas culpæ adnumeretur, cum affectare quisque non debeat in quo vel intellegit vel intellegere debet infirmitatem suam alij periculosam futuram. Idem iuris est in persona eius qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non poterit.

VIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

Tem si obstetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit, Labeo distinguit, ut si quidẽ suis manibus supposuit, videatur occidisse. sin verò dedit ut sibi mulier offerret, in factum actionẽ dandam, quæ sententia vera est. magis enim causam mortis præstitit quàm occidit. Si quis per vim vel suafum medicamentum alicui infundit vel ore vel criſtere, vel si eum vnxit malo veneno, lege Aquilia eum teneri: quemadmodum obstetrix supponens tenetur. Si quis hominem fame necauerit, in factum actione teneri Neratius ait. Si seruum meum equitantem, concitato equo effeceris in flumen præcipitari, atque ideo si hominẽ perierit, in factum esse dandã actionem Offilius scribit. quemadmodum si seruus meus ab alio in insidias deductus, ab alio esset occisus. Sed si per lufum iaculantibus seruus fuerit occisus, Aquiliæ locus est. sed si cum alij in campo iacularentur, seruus per eum locum transferit, Aquilia cessat: quia non debuit per campum iaculatorium iter intempetiue facere. qui tamen data opera in eum iaculatus est, utique Aquilia tenebitur:

adferit

& eum qui

& ex

quis non

ut illi

clustere,

f Eandem Iustinianus vilem vocat, & separat ab actione in factum. §. vi. de leg. Aqu. Iustit ex quo apparet actionem in factum nunc latius, nunc strictius accipi.

Ludus.

N X. PAVLYS libro vicenſimo ſecundo ad Ediſtum
Amulſus quoque noxius^a in culpa eſt.

XI. VLPPIANVS libro octauodecimo
ad Ediſtum

I Tem Mela ſcribit ſi cum pila quidam luderent, vehemen-
tius quis pila percuſſa in tonſoris manus eam deiecerit, &
ſic ſerui quem tonſor habebat, ^bgula ſit præciſa dieſto ^ccultel-
lo, in quocumque eorum culpa ſit, eum lege Aquilia teneri.
Proculus^d in tonſore eſſe culpam. Et ſanè ſi ibi tondebat vbi
ex conſuetudine ludebatur, vel vbi tranſitus frequens erat, eſt
quod ei imputetur. quamuis nec illud malè dicatur, ſi in loco
periculoſo ſellam habenti tonſori ſe quis commiſerit, ipſum

1 de ſe queri debere. Si alius tenuit, alius interemit, is qui te-
nuit, quaſi cauſam mortis præbuit, in factum actione tene-

2 tur. Sed ſi plures ſeruum percuſſerint, vtrum omnes qua-
ſi occiderint teneantur, videamus. & ſi quidem apparet cuius
ictu perierit, ille quaſi occiderit teneretur. quod ſi non apparet,
omnes quaſi occiderint teneri Iulianus ait. & ſi cum yno aga-
tur, ceteri non liberantur. nam ex lege Aquilia quod alius

3 præſtitit, alium non releuat, ^ecùm ſit poena. Celfus ſcribit,
ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanima-
uerit, ^fpriorem quidem non teneri quaſi occiderit, ſed quaſi
vulnerauerit: quia ex alio vulnere periit. poſteriore teneri
quia occidit. quod & Marcello videtur, & eſt proba Vilius.

4 Si plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint, æ-
5 què veteribus placet omnes lege Aquilia teneri. Item cum
eo qui canem irritauerat, & effecerat vt aliquem morderet,
quamuis eum non tenuit, Proculus reſpõdit Aquiliæ actio-
nem eſſe. ſed Iulianus eum demum Aquilia teneri^{||} ait, ^{||} qui
tenuit & effecit vt aliquem morderet. ceterum ſi non tenuit,
in factum agendum.

Cui competit actio legis Aquiliæ.

6 Legis autem Aquiliæ actio ero^{||} competit, hoc eſt domi-
7 no. Si in eo homine quem tibi redhibiturus eſſem, dam-
num iniuria datum eſſet, Iulianus ait, legis Aquiliæ actione
mihi competere. meque cum cepero redhibere, ^htibi reſti-
8 tuturum. Sed ſiⁱ ſeruus bona fide alicui ſeruiat, an ei com-
petit Aquiliæ actio? & magis in factum ^{||}actio^{||} erit danda.

9 Eum cui veſtimenta commodata ſunt, non poſſe ſi ſciſſa
fuerint, lege Aquilia agere Iulianus ait: ſed domino eam com-
10 petere. An fructuarius vel vſuarius legis Aquiliæ actio-
nem haberet, Iulianus tractat. & ego puto melius, vtile iu-
diciũ ex hac cauſa dandum.

^a Diſtinctionem uo-
xij, & iure conceſſi
Iudi tradit Cic. lib. 6
Off.

^b radebat, veſtibus
eſt radebat, ſequen-
tia enim docent, ſer-
uum alienum tonſori
ſeſe radendum com-
miſiſſe.
^c abiecto, ad aſe
^d aitia

^e liberat,

^f examinauerit,

^g heres

^h redhibere, tibi
quicquid ſuero cõ-
ſequutus, reſtitutu-
rũ. Adſtitit ſerui hæc
ab eo, qui non ani-
maduerſebat ſupplen-
dum hic eſſe ex ſupe-
rioribus verbis, A-
ſtitit enim.
ⁱ & h

XII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

Sed & si proprietatis dominus vulnerauerit seruum vel occiderit, in quo vsusfructus meus est, danda est mihi ad exemplum legis Aquiliae actio in eum pro portione vsusfructus, vt etiam ea pars anni in aestimationem veniat, qua nondum vsusfructus meus fuit.

XIII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Liber homo suo nomine vtilem Aquiliae habet actionem: directam enim non habet, quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur. Fugitiui autem nomine dominus habet. Iulianus scribit, si homo liber bona fide mihi seruiat, ipsum lege Aquilia mihi teneri. Si seruus hereditarius occidatur, quaeritur quis Aquilia agat, cum dominus nullus sit huius serui. & ait Celsus, legem domino damna salua esse voluisse. dominus ergo hereditas habebitur. quare adita hereditate heres poterit experiri. Si seruus legatus post aditam hereditatem sit occisus, competere legis Aquiliae actionem legatario, si non post mortem serui adgnouit legatum. quod si repudiauit, consequens esse ait Iulianus dicere, heredi competere.

XIII. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Sed si ipse heres eum occiderit, dictum est, dandam in eum legatario actionem.

XV. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Hic scripturae consequens est dicere, vt si ante aditam hereditatem occidatur legatus seruus, apud heredem remaneat Aquiliae actio per hereditatem adquisita. Quod si vulneratus sit ante aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remansit: sed cedere ea legatario heredem oportet. Si seruus vulneratus mortiferè, postea ruina vel naufragio vel alio ictu maturius perierit, de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato. sed si manumissus vel alienatus ex vulnere perijt, quasi de occiso agi posse Iulianus ait. hec ita tam variè, quia verum est eum à te occisum tunc cum vulnerabas: quod mortuo eo demum apparuit. in superiore non est passa ruina apparere an sit occisus. sed si vulneratum mortiferè liberum & heredem esse iusseris, deinde decesserit, heredem eius agere Aquilia non posse:

XVI. MARCIANVS libro quarto Regularum

Quia in eum casum res peruenit à quo incipere non potest.

XVII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Si dominus seruum suum occiderit, bonae fidei possessori, vel ei qui pignori accepit, in factum actione tenebitur.

XVIII.

a non videtur.

b modò post

c ei adquisitam,

d eam legatario

e quasi de

f at in superiore

g Rectè Aug. s. f. conuulsum, quo conuulsa horum capitulorum sententia perturbatur, Pand. Flor. au floritate sustulit. lib. 3. cap. 2. emend.

XVIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

Sed & si is qui pignori seruum accepit, occidit eum vel vulnerauit, lege Aquilia & pigneraticia conueniri potest. sed alterutra contentus esse debet actor.

XVIII. VLPPIANVS libro octauodecimo ad Edictum^a

a ad Sabinum

Sed si communem seruum occiderit quis, Aquilia teneri eum Celsus ait. idem est & si vulnerauerit.

SXX. IDEM libro quadragesimo secundo ad Sabinum
Cilicet pro ea parte, pro qua dominus est qui agat.

XXI. IDEM libro octauodecimo ad Edictum

AIt lex, QUANTI [¶]IS HOMO[¶] IN EO ANNO PLVRIMI FVISSET. quæ clausula æstimationem habet damni quod datum est. Annus autem retrorsus computatur, ex quo quis occisus est. Quod si mortiferè fuerit vulneratus, & postea post longum interuallum mortuus sit, inde annum numeramus secundum Iulianum, ex quo vulneratus est: licet Celsus contra scribit. Sed vtrum corpus eius solum æstimamus quanti fuerit cum occideretur, an potius quanti interfuit nostra nõ esse occisum? & hoc iure vtimur, vt eius quod interest fiat æstimatio.

XXII. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Proinde si seruum occidisti, quem sub pœna tradendum promisi, vtilitas venit in hoc iudicium. Item causæ corpori coherentes æstimantur, si^b quis ex comœdis aut symphoniacis aut gemellis aut quadriga aut ex pari mularum vnum vel vnam occiderit: non solum enim perempti corporis æstimatio facienda est, sed & eius ratio haberi debet, quo cetera corpora depretiata sunt.

b veluti si

XXIII. VLPPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

Inde Neratus scribit, si seruus heres institutus occisus sit, etiam hereditatis æstimationem venire. Iulianus ait, si seruus liber & heres esse iustus occisus fuerit, neque substitutum neque legitimum actione legis Aquiliæ hereditatis æstimationem consecuturum, quæ seruo competere non potuit. quæ sententia vera est, pretij igitur solummodo fieri æstimationem: quia hoc interesse solum substituti videretur. ego autè puto nec pretij fieri æstimationem: quia si heres esset, & liber esset. Idè Iulianus scribit, si institutus fuero sub conditione *SI STICHVM MANVM MISERÒ*, & Stichus sit occisus post mortè testatoris, in æstimationem etiã hereditatis pretium me consecuturum: propter occisionem enim defecit condicio. quod si viuo testatore occisus sit, hereditatis æstimationem cessare: quia retrorsum quanti plurimi fuit inspicitur. Idem Iulianus scribit, æstimationem hominis occisi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit. &

c Vnde Nerat.

d Non tantum præsentis iurum, sed etiam futurum damnum hic æstimatur: at in variatione legis Falcidie præsentis tantum æstimatio spectatur. Idè ad leg. Falcidie

a ideo si pretioso

b Aquilia agit

ideo & a si pretioso pictori pollex fuerit præcisus, & intra annum quo præcideretur, fuerit occisus, posse eum Aquilia agere: b pretioque eo æstimandum, quanti fuit prius quàm artem cum pollice amississet. Sed & si seruus qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat, fuerit occisus, de quo quaestionem habere destinaueram vt fraudum participes eruerentur, restissimè Labeo scribit tanti æstimandū, quanti mea intererat fraudes serui per eum commissas detegi: non quanti noxa eius serui valeat. Sed & si bonæ frugis seruus intra annum mutatis moribus occisus sit, pretium id æstimatur quanto valeret prius quàm mores mutaret. In summa omnia commoda quæ intra annum quo interfectus est, pretiosiores seruum facerent, hæc accedere ad æstimationem eius dicendum est. Si infans sit occisus nondum anniculus, verius est sufficere hanc actionē, vt æstimatio referatur ad id tempus quo intra annum vixit. Hanc actionē & heredi ceterisque successoribus dari constat. sed in heredem vel ceteros hæc actio non dabitur, cū sit pœnalis: nisi fortè ex damno locupletior heres factus sit. Si dolo seruus occisus sit, & lege Cornelia agere dominū posse constat, & si lege Aquilia egerit, præiudicium c fieri Corneliæ nō debet. d Hæc actio aduersus confitentē competit in simplum: aduersus negatē in duplū.

e Ideo, impedimentum non debere adferri. Interdum præiudiciū fieri dicitur, eam ad probationem delicti iudicium ante finem confert: quo sensu accepta l. 4. de publ. iud. inf. in l. cū hoc loco pugnat. d debere.

Confessio.

Si quis hominem viuum falsò confiteatur occidisse, & postea paratus sit ostendere hominem viuum esse, Iulianus scribit cessare Aquiliam, quamuis confessus sit se occidisse: hoc enim solum remittere actori confessoriam actionem, ne necesse habeat docere eum occidisse. ceterum occisum esse hominem à quocumque oportet.

XXIII. PAVLVVS libro vicensimosecundo ad Edictum

Hoc apertius est circa vulneratum hominem: nam si confessus sit vulnerasse, neque sit vulneratus, æstimationem cuius vulneris faciemus? vel ad quod tempus recurramus?

XXV. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Proinde si occisus quidem non sit, mortuus autem sit, magis est vt non teneatur in mortuo, licet factus sit. Si procurator aut tutor aut curator aut quiuis alius confitetur aut absentem vulnerasse, confessoria in eos utilis actio danda est.

e de mortuo,

Notandum quòd in hac actione quæ aduersus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ sed æstimandæ datur: nam nullæ partes sunt iudicandi in confitentes.

XXVI. PAVLVVS libro vicensimosecundo ad Edictum

Puta enim quòd qui conuenitur fateatur se occidisse, & paratus sit æstimationem soluere, & aduersarius magni litem æstimat.

XXVII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

SI seruus seruum alienum subripuerit & occiderit, Iulianus & Celsus scribunt, & furti & damni iniuriæ competere actionem. Si seruus communis, id est meus & tuus, seruum meum occiderit, legi Aquiliæ locus est aduersus te, si tua voluntate fecit. & ita Proculum existimasse Urseius refert. quod si non voluntate tua fecit, cessare noxalem actionem: ne sit in potestate serui, vt tibi soli seruiat. quod puto verum esse. Item si seruus communis meus & tuus sit occisus à seruo Titij, Celsus scribit, alterum ex dominis agentem aut litis aestimationem consecuturum pro parte, aut noxæ dedi ei in solidum oportere: quia hæc res diuisionem non recipit. Serui autem occidentis nomine dominus tenetur. is verò cui bona fide seruit, non tenetur. Sed an is qui seruum in fuga habet; teneatur nomine eius Aquiliæ actione quaeritur. & ait Iulianus teneri. est verissimum, cum^a & Marcellus consentit.

a cui & Marcellus

Alia legis capita.

Huius legis secundum quidem capitulum^b in defuetudinem abiit. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia: CETERARVM RERVM PRAETER HOMINEM ET PECUDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAMNUM FAXIT,^c QVOD^d VSERIT, FREGERIT, RUPERIT INIVRIA, QVANTI EA RES ERIT^e IN DIEBUS TRIGINTA PROXIMIS, TANTVM AES, DOMINO DARE DAMNAS ESTO. Si quis igitur non occiderit hominem vel pecudem, sed vserit, fregerit, ruperit, sine dubio ex his verbis legis agendum erit. Proinde si facem seruo meo obieceris, & eum aduseris, tene Veris mihi. Item si arbuſtum meum vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebis. Si quis insulam voluerit meam exurare, & ignis etiam ad vicini insulam peruenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino. non minus etiam inquilinis tenebitur ob res eorum exustas. Si fornicarius^f seruus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuerit exusta, Neratius scribit, ex locato conuentum prestare debere si negligens in elegendis ministerijs^g fuit. ceterum si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligenter custodierit, an tenebitur qui subiecerit? nam qui custodit, nihil fecit. qui rectè ignem subiecit, non peccabit. quid ergo^h est? puto vtilem competere actionem tam in eum qui ad fornacem obdormiuit, quàm in eum qui negligenter custodit. nec quisquam dixerit in eoⁱ qui obdormiuit, rem eum humanam & naturalem passum: cum deberet vel ignem extinguere, vel ita munire ne euagetur. Si furnum secundum parietem communem haberes, an damni

b caput in

c fecerit,
d quidūq;
e fuit

f Eud. inquit, fornicarius, & interpretatur pistrinariū, vel pistorum.
g ministeris: ministeria tamen pro ministerijs vstris dicuntur, vt officia, pro officialibus. l. 3. §. tuorū, de fust. et. iutor.
h eum qui obdormiuit.

an damni iniuria tenearis? & ait Proculus, agi non posse, quia nec cum eo qui focum haberet. & ideo æquius puto, in factū actione mandandam: scilicet si paries exustus sit. si autem nodum mihi damnum dederis, sed ita ignē habeas, ut metuam ne mihi damnum des, damni infecti puto sufficere cautionem. Proculus ait, cum coloni serui villam exussissent, colonum vel ex locato vel *ex* lege Aquilia teneri: ita ut colonus possit seruum noxæ dedere. & si vno iudicio res esset iudicata, altero amplius non agendum. sed hæc ita, si culpa colonus careret. ceterum si noxios seruos habuit, damni eum iniuria teneri, cur tales habuit. idem seruandum & circa inquilinorum: insulæ personas scribit. quæ sententia habet rationem. Si cum apes mee ad tuas aduolassent, tu eas exu-
 † seruos
 a euolassent,
 b quod verbum
 c Spurcum vinum inquit Festus, aqua mistum: inde spurcare vinum, est infusa aqua vitare. Bud. hic.
 d quia & acetum e vel acetum
 f Rupisse autem
 g sciderit
 h si pretio
 i videbitur
 7
 8
 9
 10
 11
 12

Differentia actionis iniuriarum, & legis Aquilia.

Rupisse eum utique accipiemus qui vulnerauerit: vel vir-
 gis vel loris vel pugnis cecidit: vel telo vel quo alio, ut scinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit. sed ita demum, si damnum iniuria datum est. ceterum si nullo seruum pretio vilio-
 rem deteriorēve fecerit, Aquilia cessat: iniuriarumque erit agendum dumtaxat. Aquilia enim eas ruptiones quæ damna dant, persequitur. Ergo etsi pretio quidem non sit deterior seruus factus, verum sumptus in salutem eius & sanitatem facti sunt, in hæc mihi videri damnum datum, atque ideo lege Aquilia agi posse. Si quis vestimenta sciderit vel inquinauerit, Aquilia quasi ruperit tenetur. Sed & si quis milium vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquiliæ actio. Item si quis frumento harenā vel aliud quid immi-

- immiscuit, vt difficilis separatio fit, quasi de corrupto agi poterit. Si quis de manu mihi nummos excusserit, Sabinus existimat damni iniuriæ esse actionem, si ita perierint, ne ad aliquem peruenirent. puta si in flumen vel in mare vel in cloacam ceciderunt. quodd si ad aliquem peruenerunt, ope,^a cõsilio furtum^b factum agendum. quod & antiquis placuit.
- idem etiam in factum dari posse actionem ait. Si mulier pugno vel equa ictu à te percussa eiecerit, Brutus^d ait Aquilia teneri, quasi rupto. Et si mulum plus iusto onerauerit, & aliquid membri ruperit, Aquiliæ locum fore. Si nauem uenaliciarum mercium perforasset, Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit, Viuianus scribit. Si oliuam in maturam decerpserit, vel segetem defecuerit in maturam, vel vineas crudas, Aquilia tenebitur. quodd si iam maturas, cessat Aquilia: nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensas donauerit quæ in collectionem huiusmodi fructuum impenduntur. Sed si collecta hæc interceperit, furti tenetur. Octauienus in uuis adicit, nisi, inquit, in terram uuas proiecit, vt effunderentur. Idem & in silua cædua scribit: vt si immatura, Aquilia teneatur. quodd si matura^h interceperit, furti teneri eum, & arborum furtum cæsarum. si salictum maturum ita ne stirpes læderes, tuleris, cessare Aquiliam. Et si puerum quis castrauerit, & pretiosiore fecerit, Viuianus scribit cessare Aquiliam. sed iniuriarum erit agendum, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum. Si calicem diatretumⁱ faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. si uerò non imperitia fregit, sed rimas habebat vitiosas, potest esse excusatus. & ideo plerumque artifices conuenire solent cum eiusmodi materiæ dantur, non periculo suo se facere. quæ res ex locato tollit actionem, & Aquiliæ.
- Actio legis Aquiliæ redditur inter uinum & uxorem.*
- Si cum maritus uxori margaritas extricatas^k dedisset in usu, eaque inuito vel inscio viro perforasset vt pertusis in lineaⁿ uteretur, teneri eam lege Aquilia, siue diuertit, siue nupta est adhuc. Si quis ædificij mei fores confregerit, *vel refrerit, * aut si ipsum ædificium diruit, lege Aquilia tenetur. Si quis aqueductum meum diruerit, licet cimenta mea sunt quæ diruta sunt, tamen quia terra mea non fit qua aquam duco, melius est dicere, actionem uilem dandam. Si ex ploastro^o lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit, Aquiliæ actione plostrarium teneri placet, si malè composuit lapides & ideo lapsi sunt. Si quis seruum conductum^p ad mulum regendum commendauerit ei mulum, ille ad pollicem suum cum alligauerit de loro, & mulus eruperit sic vt & pollicem auelleret

a ope, & consilio
b furti quidem
agendum

c Eiecere, uerbum
est ad immaturum
parium accommoda-
tum. Vnde cicili per
uis dicitur pro ada-
da. Bud. hic.

d Cum ante hunc
Brutum, qui præcepit
Q. Mutium præcep-
toris Galli Aquiliæ,
lex Aquiliæ lata fere-
rit, uersimili est à
Gallo Aquil. Trib.
eam non esse latam?
quod F. qui. Baro scri-
psit ad L. sita.

e ruperit.
f uuas

g si immaturam,
h maturam
i Tretum & diatretum
græcè, foratilis,
pertusum, cornatilis
aut toro factum, à
τρῆσι δὲ διατρῆσι.
Sunt igitur calices
diatresi, celati, &
cornatiles, quæ serena
mata dicuntur. Bud.
hic.

k Que ex radi, &
nativo habitu arte
gemarij polita sunt.
Accur. ergo malè in-
terpretatus est, sepa-
ratis. Bud. hic.

l in. usum,
m ea inuito
n Id est, furiente, quæ
per medicos uiciose
transtigi solet. Virru-
lib. 4. ca. 4. Bud. bion

o ploastro

p conductum ha-
bens

auelleret seruo, & se præcipitaret, Mela scribit, si pro perito imperitus locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum vel debilitatum. sed si ictu aut terrore mulus turbatus sit, tum dominum eius, id est muli & a serui, cum eo qui turbauit habiturum legis Aquiliæ actionem. mihi autem videtur & eo casu quo ex locato actio est, competere etiam // Aquiliæ. b Item si tectori c locaueris laccum vino plenum curandum, & ille eum pertudit, vt vinum sit effusum, Labeo scribit in factum agendum.

XXVIII. PAVLVVS libro decimo ad Sabinum

QVi foueas vrsorum ceruorumque capiendorum causa faciunt, si in itineribus fecerunt, eoque aliquid decedit, factumque deterius est, lege Aquilia obligati sunt. at si in alijs locis vbi fieri solent fecerunt, nihil tenentur. Hæc tamen actio ex causa danda est: id est si neque denuntiatum est, neque scierit, aut providere d potuerit. & multa huiusmodi deprehenduntur, quibus summouetur petitor, si euitare periculum poterit.

XXVIII. VLPPIANVS libro octauo decimo ad Edictum

QVemadmodum e si laqueos eo loci posuisses, quo ius pœnendi non haberes, & pecus vicini in eos // laqueos // incidisset.

Quod in meo positum est, possum iure meo destruere.

Si protectum meum quod supra domum tuam nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere Proculus scribit: debuisti enim mecum, ius mihi non esse protectum habere, agere. nec esse æquum damnum me pati, recisis a te meis tignis. Aliud est dicendum ex rescripto imperatoris Seueri: qui ei per cuius domum traiectus erat aquæductus citra seruitutem, rescripsit iure suo posse eum intercidere. & merito: interest enim quod hic in suo protexit, ille in alieno fecit. Si nauis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit, quæsitum est quæ actio mihi competeret. & ait Proculus, si in potestate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parui refert, nauem immittendo, aut † seruaculum f ad naue n ducendo, an tua manu damnū dederis. quia omnibus his modis per te damno adficior. sed si fune rupto, aut cum a nullo regeretur, nauis incurrisset, cum domino agendum non esse. Item Labeo scribit, si cum vi ventorum nauis impulsæ esset in funes anchorarum alterius, // & // nautæ funes præcidissent, si nullo alio modo nisi præcisiss funibus explicare se potuit, nullam actionem dandam. idemque Labeo & Proculus & circa retia piscatorum in quæ nauis // piscatorum // inciderat, æstimarunt. Planè si culpa nautarum id factum

e aut serui,

b Aquiliæ actione.
c victori. Victor
qui vultibus cuppes
seruis ac vicini. Bul.
hic.

d providere

e Coniunge l. magistratibus, de iniurisdicio.

† seruaculum
f verriculum, gubernaculum, ferraculum

factum esset, lege Aquilia agendum. Sed ubi damni iniuria agitur, ob retia, non piscium qui ideo capti non sunt, fieri estimationem: cum incertum^a fuerit an caperentur. idemque; & in venatoribus & in aucupibus probandum. Si nauis alteram contra se venientem obruisset, aut in gubernatore, aut in ducatore^b actionem competere damni iniuriæ Alfenus ait. sed si tanta vis naui facta sit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem. si autem culpa nautarum id factum sit, puto Aquiliæ^c sufficere. Si funem quis quo religata nauis erat, præciderit, de naue quæ periit, in factum agendum.

4. Hac actione^d ex hoc legis capite de omnibus animalibus lætis^d quæ pecudes non sunt, agendum est: puta ut de cane. sed & de apro, & leone, ceterisque feris & aBibus idem erit dicendum.

a Quia igitur incertum est hoc futurum damnum, eius ratio non habetur, aliquid si certum esset, haberetur. si ferus fuerit. si alius, supra. In iniuriis autem bona fidei, sine incertum, sine certum sunt damna. futurum, eius ratio haberi. ut. si iustum. i. si. de actio. empi.

b ductorem
c Aquiliam
d lætis & occisis

An magistratus teneatur Aquilia.

5. Magistratus municipales, si damnū iniuria dederint, posse Aquilia teneri. Nam & cum pecudes aliquis pignori cepisset, & fame eas necauisset, dum non patitur iste^e eis ciVaria adferre, in factum actio danda est. Item si dum putat se ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas corruptasque reddat, dicitur legem Aquiliam locum habere. quod dicendum est & si ex lege pignus cepit. Si quid tamen magistratus aduersus resistentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia. nam & cum pignori seruū cepisset, & ille se suspendere, nulla datur actio. Hæc verba, ^f QUANTI IN TRIGINTA DIEBUS PROXIMIS FUIT, etsi non habent PLURIMI, sic tamen esse accipienda constat.

e adferri,

f Hæc interpretatio Sabini fuit, § capite tert. Insti. de.

XXX. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

1. Qui occidit adulterum deprehensum seruū alienum, hac lege non tenebitur. Pignori datus seruus si occisus sit, debitori actio competit. sed an & creditori danda sit utilis, quia potest interessē eius quod debitor soluēdo non sit, aut quod litem tempore amisit, quæritur. sed hic^d iniquum est & domino & creditori eum teneri: nisi si quis putauerit, nullam in ea re debitorem iniuriam passurum, cum profit ei ad debiti quantitatem: & quod sit amplius, consecutus sit ab eo, vel ab initio in id quod amplius sit quam in debito, debitori dandam actionem. & ideo in his casibus in quibus creditori danda est actio propter inopiam debitoris, vel quod litem amisit, creditor quidem usque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, ut profit hoc debitori: ipsi autem debitori in id quod debitum excedit, competit Aquiliæ
2. actio. Si quis alienum vinum vel frumentum consumpserit, non videtur damnum iniuria dare. ideoque utilis danda est actio.

Culpa.

In hac quoque actione quæ ex hoc capitulo oritur, dolus & culpa punitur. ideoque si quis in stipulam suam vel spinam comburendæ eius causa ignem immiserit, & ulterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit, requiramus, num imperitia eius aut negligentia id accidit. nam si die ventoso id fecit, culpæ reus est. nam & qui occasionem præstat, damnum fecisse videtur. in eodem crimine est & qui non obseruauit ne ignis longius procederet. At si omnia quæ oportuit obseruauit, vel subita vis venti longius ignem produxit, caret culpa. Si vulneratus fuerit seruus non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso.

XXXI. IDEM libro decimo ad Sabinum

SI putator ex arbore ramum cum dei Eceret, vel machinarius hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, si is in publicum decidat, nec ille proclamauit, ^a vt casus eius euitari possit. sed Mucius etiam dixit, si in priuato idem accidisset, posse de culpa agi. culpam autem esse, quod cum à diligente prouideri poterit, non esset prouisum: aut tum denuntiatum esset, cum periculū euitari nō possit. secundum quam rationem non multum refert, ^b per publicum an per priuatū iter fieret: cum plerumque per priuata loca vltimo iter fiat. Quod si nullum iter erit, dolum dumtaxat præstare debet, ne immittat in eum quem viderit transeuntem. nam culpa ab eo exigenda non est: cum diuinare non potuerit an per eum locum aliquis transiturus sit.

*De damno dato à familia.*XXXII. GAIUS libro septimo ad Edictum Pro-
uinciale

ILLud quæsitum est, an quod proconsul in furto obseruat, quod à familia factum sit, id est vt non in singulos detur pœnæ persecutio: sed sufficeret ^c id præstari quod præstandum foret si id furtum vnus liber fecisset, debeat & in actione damni iniuriæ obseruari. sed magis visum est, idem esse obseruandum, & meritò: cum enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, eaq; ratio similiter & in actionem damni iniuriæ interueniat, sequitur vt idem debeat æstimari. præsertim cum interdum leuior sit hæc causa delicti: veluti si culpa, & non dolo damnum daretur. Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea deinde etiam occiderit, tenebitur & de vulnerato & de occiso: duo enim sunt delicta. aliter atque si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit: tunc enim vna erit actio de occiso.

Æstima-

^a proclamauit. & ita legitur S. item si putator. Liffit. et.

^b referret.

^c sufficere, sufficit

Aestimatio rerum.

XXXIII. PAVLVS libro secundo ad Plautium

SI^a seruum meum occidisti, nō affectiones aestimandas esse puto: veluti si filium tuum naturalē quis occiderit, quem tu magno^b emptum velles: sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Itaque eum qui filium naturalem possidet, non^c eo locupletiore esse, quōd eum plurimo^d si alius possideret redempturus fuit. nec illum qui filium alienum possideat, tantum habere, quanti eum patri vendere posset. in lege enim Aquilia *damnum* consequimur, & amississe dicemur quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur. In damnis quæ lege Aquilia non tenentur, in factum datur actio.

^a Cap. 63. ad leg. Falcid.

^b magno pretio, additum est verbum pretio, ab interprete aliquo, eoque non facta Latine perisse.

^c nec eo
^d plurimi

XXXIII. MARCELLVS libro vicensimo primo

Digestorum

Titio & Seio Stichum legauit: ^e liberante^f Seio, cum Titius vindicasset legatum, Stichus occisus est: deinde Seius repudiavit legatum. perinde Titius agere possit, & ac si soli legatus esset:

^e legauit:
^f deliberante, scilicet non est deliberante, & poterit, potest.

QXXXV. VLPPIANVS libro octauodecimo ad Edictū
Via retro adcreuisse dominium ei videretur.^h

^h videretur.

XXXVI. MARCELLVS libro vicensimo primo

Digestorumⁱ

NAm sicut repudiante legatario legatum, heredis est actio, perinde ac si legatus^k non esset, ita^l huius actio est, ac si soli legatus esset. Si dominus seruum quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberum & heredem esse iusserit, ei que postea Mæuius (exlitterit heres, non habebit Mæuius) cum Titio legis Aquiliæ actionem. scilicet secundum Sabini opinionem, qui putabat ad heredem actionem non transmitti, quæ defuncto competere non potuit. nam sanè absurdum accidet, vt heres pretium quasi occisi consequatur eius cuius^m heres extitit. Quod si ex parte eum dominus heredem cum libertate esse iusserit, coheres eius mortuo eo agat lege Aquilia.

ⁱ ad Edictum

^k legatum
^l ita quoque

^m cui heres

De iussu.

XXXVII. IAVOLENVS libro quartodecimo ex

Cassio

Liber homo si iussu alterius manu iniuriamⁿ dedit, actio legis Aquiliæ cū eo est qui iussit, si modò ius imperandi habuit. quod si non habuit, ^o cum eo agendum est qui fecit.

ⁿ damnū iniuriæ

^o adfuit,

Id quod interest.

Si quadrupes cuius nomine actio^p esset cū domino, quod pauperiem fecisset, ab alio occisa est, & cum eo lege Aquilia

^p contestata actio, dubium non est quin ex Accur. in contextu irrapserit contestata

Pars ij.

a

na

agitur,

agitur, æstimatio non ad corpus quadrupedis, sed ad causam eius in quo de pauperie actio est, referri debet. & tanti dammandus est is qui occidit, iudicio legis Aquilia, quanti actoris interest noxæ potius deditioe defungi^a quam litis æstimatione.^b

a fungi
b æstimationem
præstare.

XXXVIII. IDEM libro nono Epistularum

SI eo tempore, quo tui seruus quem bona fide emisti seruiebat, ipse à seruo tuo vulneratus est, placuit omnimodo^c me tecum rectè lege Aquilia experiri.

c omnino

XXXVIII. POMPONIVS libro septimodecimo
ad Quintum Mucium

QVINTUS^d Mucius scribit, equa cum in alieno pasceretur, in cogendo, quod prægnas erat eiecit, quarebatur, dominus eius possitne cum eo qui coëgisset, lege Aquilia agere, quia equam in iciendo^e ruperat. si percussisset, aut consultò vehementius egisset, visum est agere posse.

d Huc spectat Exod. cap. 22. 23. Dent. 22.

e egisset,
f eiciendo

Pecus deprehensum.

Pomponius: quamuis alienum pecus in agro suo quis deprehendisset, sic^g illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset: quoniam si quid ex ea re damnū cœpit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum & agro suo deprehenderit, non iure id includit. nec agere illud aliter debet quam, ut supra diximus, quasi suum. sed vel abigere debet sine damno, vel admonere dominum ut suum recipiat.

g sic tamen

Chirographum deletum.

XL. PAVLVVS libro tertio ad Edictum

IN lege Aquilia si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub condicione mihi pecunia debita fuerit, & interrim testibus quoque id probare possim, qui testes^h possunt non esse eo tempore quo condicio extitit, & siⁱ summatura re exposita, ad suspicionem iudicem adducam, debeam^j vincere. sed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti condicio extiterit. quòd si defecerit, condemnatio nullas vires habebit.

h & sic, si &

i debebo quidem

Testamentum deletum.

XLI. VLP IANVS libro quadragensimo primo ad Sabinū

SI quis testamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. & Marcellus libro quinto digestorum dubitans negat competere. quemadmodum enim, inquit, æstimatio^k inibitur? ego^l apud eum notavi, in testatore quidem hoc esse verum: quia quod interest eius, æstimari non potest. verumtamen in herede vel legatarijs diuersum: quibus testamenta pænè chirographa sunt. Ibidem Marcellus scribit, chirographo delero cõpetere legis Aquiliæ actionem. Sed & si quis tabulas testamenti apud se depositas dele-

k Inire æstimationem dicimus, ut inire rationem, hoc est, inuenire modum & rationem alicuius rei æstimandæ. Accurs. male legit, inibitur. Budaus hic.

l ego autem

rit, vel

rit, vel pluribus præsentibus legerit, vtilius est in factum, & iniuriarum agi, si iniuriæ faciendæ causâ secreta iudiciorum publicauit. interdum euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo furti non teneatur, sed tantum damni iniuriæ: vtpote si non animo furti faciendi, sed tantum damni dandi deleuit. nam furti non tenebitur: cum factò enim etiam animum furis furtum exigit.

XLII. IULIANVS libro quadragesimo octauo
Digestorum

Qui tabulas testamenti depositas, aut alicuius rei instrumentum ita deleuit, vt legi non possit, depositi actione, & ad exhibendum tenetur: quia^a corruptam rem restituerit, aut exhibuerit. legis quoque Aquiliæ actio ex eadem causa competit: corrupti enim tabulas rectè dicitur, & qui eas interleuerit.

Damnum datum, hereditate non adita.

XLIII. POMPONIVS libro nonodecimo ad Sabinum
OB id quod antequam hereditatem adires, damnum admissum in res hereditarias est, legis Aquiliæ actionem habes, quod post mortem eius cui heres sis acciderit. dominum enim lex Aquilia appellat non vtique eum qui tunc fuerit cum damnum daretur: nam isto modo ne ab eo quidem cui heres quis erit, transire ad eum ea actio poterit. neque ob id quod tunc commissum fuerit cum in hostium potestate esses, agere postliminio reuersus poteris. & hoc aliter constitui sine magna captione postumorum liberorum qui parentibus heredes erunt, non poterit. Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore furtim cæsis. Puto eadem dici posse etiam de hac actione quod vi aut clam: si modò quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eum intellegere debuisse, ab eis^b ad quos ea hereditas pertineret, si rescissent, prohibitum iri.

Culpa leuissima.

XLIII. VLPPIANVS libro quadragesimo secundo
ad Sabinum

IN lege Aquilia & leuissima culpa venit. Quotiens sciente domino seruus vulnerat vel occidit, Aquilia dominum teneri dubium non est.

XLV. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

Scientiam hic pro patientia accipimus: vt qui prohibere potuit, teneatur si non fecerit. Lege Aquilia agi potest & sanato vulnerato seruo. Si meum seruum cum liberum putares occideris, lege Aquilia teneveris. Cum stramenta ardentia transfilirent duo concurrerunt, amboque ceciderunt, & alter flamma consumptus est: nihil eo nomine potest agi, si non intellegitur vter ab vtro euersus sit.

^a quod dicitur

^b se, ad quos

^c Coniungit l. 27. de furtis.

Defensio.

Qui cum aliter tueri se non possunt, damni culpam dederint, innoxij sunt: vim enim vi defendere omnes leges omniaque iura permittunt. sed si defendendi mei causa lapidem in aduersarium misero, sed non eum sed prætereuntem percussero, tenebor lege Aquilia. illum enim solum qui vim infert, ferire conceditur: & hoc si tuendi dumtaxat non etiam vliscendi^a causa factum sit. Qui idoneum parietem sustulit, damni iniuria domino eius tenetur.

XLVI. VLP IANVS libro quinquagesimo ad Sabinum

SI vulnerato seruo lege Aquilia actum sit, postea^b mortuo ex eo vulnere, agi lege Aquilia nihilo minus potest.

XLVII. IVLIANVS libro octagesimo sexto Digestorum

SED si priore iudicio estimatione facta, postea mortuo seruo de occiso agere dominus instituerit, exceptione doli mali opposita compelletur: vt ex vtroque iudicio nihil amplius consequatur, quàm consequi deberet si initio de occiso homine egisset.

XLVIII. PAVLVS libro trigensimo nono ad Edictum

SI^c seruus ante aditam hereditatē damnum in re^d hereditaria dederit, & liber factus in ea^e re damnum det, vtraque actione tenebitur: quia alterius & alterius facti hæ res sunt.

XLVIII. VLP IANVS libro nono Disputationum

SI quis fumo facto apes alienas fugauerit vel etiam necauerit, magis causam mortis præstitisse videtur quàm occidisse. & ideo in factum actione tenebitur.

Iustus metus.

Quod dicitur damnum iniuria datū Aquilia persequi, sic erit accipiendum, vt videatur damnum iniuria datum quod cum damno iniuriam attulerit: nisi magna vi cogente fuerit factum. vt Celsus scribit circa eū qui incendij arcendi gratia vicinas ædes intercidit. nam hic scribit cessare legis Aquiliæ actionem: iusto enim metu ductus^f ne ad se ignis perueniret, vicinas ædes intercidit. & siue peruenit ignis siue ante extinctus est, existimat legis Aquiliæ actionem cessare.

L. IDEM libro sexto Opiniorum

QVI domum alienā inuito domino demolit,^g & eo loco^h balneas extruxit, præter naturale ius quod superficies ad dominum soli pertinet, etiam damni dati nomine actioneⁱ subicitur.

LI. IVLIANVS libro octagesimo sexto Digestorum

ITa^k vulneratus^l est seruus, vt eo ictu certum esset moriturum: medio deinde tempore heres institutus est, & postea ab alio

a Interdum tamen, vliscendi verbo defenso significatur: sic Cice. in Oratio. quibus te vliscii lacertus pessus: quo casu vim infertentem, vliscendi causa, ferire conceditur. l. de nouis. C. de metat. & epidemit. l. i. C. quando liceat vicinique sine iudi.

b post eo mortuo

c Sumptam ex tit. si quia testat. lib. i. infl. d. in rem hereditariam e in eandem rem

f metu duci, qui ne

g demolitur, h eoloci

i actioni subiicitur.

k Si ita

ab alio ictus decessit . quæro an cum utroque de occiso lege Aquilia agi possit. respondit, occidisse dicitur vulgo quidem qui mortis causam quolibet modo præbuit. sed lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi & quasi manu causam mortis præbuisset : tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo & à cæde. Rursus Aquilia lege teneri existimati sunt^a non solum qui ita vulnerassent, ut co Mfestim vita priuarent, sed etiam hi quorum *¶*ex[¶] vulnere certum esset aliquem vita excessurum. Igitur si quis seruo mortiferum vulnus inflixerit, eundemque alius ex interuallo ita percusserit, ut maturius interficeretur quam ex prioro vulnere moriturus fuerat, statuendum est, utrumque eorum lege Aquilia teneri. idque est consequens auctoritati veterum : qui cum à pluribus *¶*idem[¶] seruus ita vulneratus esset, ut non appareret cuius ictu perisset, omnes lege Aquilia teneri iudicauerunt. Aestimatio autem perempti non eadem in vtriusque persona fiet. nam qui prior vulnerauit, tantum præstabit quanto^b in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentum^c sexaginta quinque diebus . posterior^d in id tenebitur, quanti homo plurimi venire poterit in anno proximo quo vita excessit . in quo pretium quoque hereditatis erit. Eiusdem ergo serui occisi nomine alius maiorem alius minorem æstimationem præstavit . nec mirum : cum vterque eorum ex diuersa causa & diuersis temporibus occidisse hominem intellegitur. Quod si quis absurdè à nobis hæc constitui putauerit, cogitet longè absurdius constitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterum potius : cum neque impunita maleficia esse oporteat, nec facillè constitui possit vter potius lege teneatur.

^a Huc pertinet; cap. Exod. 21.

^b quanti
^c trecentis
^d posterior verò

Vtilitas praualet subtilitati.

Multa autem iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. vnum interim posuisse^e contentus ero. Cum plures trabem alienam furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent, furti actione omnes teneri existimantur : quamuis suptili ratione dici possit, neminem eorum teneri : quia neminem verum sit eam sustulisse.

L.II. ALFENVS libro secundo Digestorum

SI ex plagis seruus mortuus esset, neque id medici inscientia aut domini negligentia accidisset, rectè de iniuria occiso eo agitur. Tabernarius in semita noctu supra lapidem lucernam posuerat : quidam præteriens eam sustulerat : Tavernarius eum consecutus lucernam reposcebat, & fugientem retinebat : ille flagello quod in manu habebat, in quo dolo^f inerat, verberare tabernarium cœperat, ut se mitteret. ^g ex eo maiore

^f dolo, dolo: dolo flagellum est intra cuius virgam lateris pugis à filiendo Græcè dicitur. i. dolo, quod decipiat ferro: cum speciem ligni præferat. Seru. in 7. Aeneid. g dimitteret:

a Ex subiecto ad
questionem hanc re-
sponso cognoscitur.
non rectè hanc nega-
tionem à quibusdã
expungi. August. lib.
1. cap. 2.

b excessissent,

c sed cum homi-
nibus

d coninerentur,
conarentur; queis
harum lectioñũ sen-
sum idoneum efficit:
conuñti tamẽ anima-
lium nixam proprie
designat. Sic Cic. 1.
de Divina dixit, avie-
tes c. niti, & in Ara-
go, auram conuñti.
e & quod, atq; id
f & onus sustinere

g tamen si culpa

eo maiore rixa facta tabernarius ei qui lucernam sustulerat, oculum effoderat: consulebat num damnum iniuria non videtur dedisse, quoniã prior flagello percussus esset. respondi, nisi data opera effodisset oculũ, non videri damnũ iniuria fecisse: culpam enim pence eum qui prior flagello percussit recidere. sed si ab eo non prior vapulasset, sed cũ ei lucernã eripere vellet, rixatus esset, tabernarij culpa factum videri. In cliuo cap Etolino duo plostra onusta mulæ ducebant: prioris plostri muliones conuersum plostrũ subleuabant, quò facillè mulæ ducerent: interim superius plostrũ cessim ire cœpit. & cũ muliones qui inter duo plostra fuerũt, è medio exissent, posterius plostrũ à priore percussum retro redierat, & puerum cuiusdam obtriberat: dominus pueri consulebat, cum quo esse agere oporteret. respondi, in causa ius esse positum. nam si muliones qui superius plostrũ sustinissent, sua sponte se subduxissent, & ideo factum esset vt mulæ plostrũ retinere non possint, atq; onere ipso retraherentur, cum domino mularum nullam esse actionem: cum hominitus qui conuersum plostrũ sustinissent, lege Aquilia agi posse. nam nihilo minus eum damnum dare, qui quod sustineret mitteret sua voluntate, vt id aliquem feriret. veluti si quis asellũ cum agitasset, non retinisset. a què si quis ex manu telum aut aliud quid immisisset, damnũ iniuria daret. Sed si mulæ quia aliquid reformidassent, & muliones timore permoti ne opprimerentur, plostrum reliquissent, cum hominibus actionẽ nullam esse: cum domino mularum esse. Quòd si neque mulæ neque homines in causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent, aut cum coniteretur, lapsæ concidissent, & ideo plostrum cessim redisset, atque hi quò conuersum fuisset onus sustinere nequissent, neque cum domino mularum neque cum hominibus esse actionem. Illud quidem certè, quò modo res se haberet, cum domino posteriorũ mularum agi non posse: quoniam non sua sponte sed percussæ retro redissent. Quidam Voues vendidit ea lege, vt daret experiundos: postea dedit experiundos. emptoris seruus in experiundo percussus ab altero boue cornu est: quærebatur num venditor emptori damnum præstare deberet. respondi, si emptor Voues emptos haberet, non debere præstare. sed si non haberet emptos, tum si culpa hominis factum esset vt à boue feriretur, non debere præstari. si vitio bouis, debere.

Cum pila complures luderent, quidam ex his seruulum cum pilam percipere conaretur impulit, seruus cecidit, & crus fregit. quærebatur an dominus seruuli lege Aquilia cum eo cuius impulsu ceciderat, agere potest. respondi, non posse, cum casu magis quàm culpa videretur factum.

LIII. NERATIVVS libro primo Membranarum

BOues alienos in angustum locum coëgisti, eoq; effectum est vt dei Ecerentur. a datur in te ad exemplum legis Aquiliae in factum actio.

Si creditorrem sibi debitam peremerit.

LIIII. PAPINIANVS libro trigenimo septimo

Quæstionum

LEgis Aquiliae debitori b competit actio cum reus stipulandi ante moram promissum animal vulnerauit. idē est & si occiderit animal. quod si post moram promissoris, qui stipulatus fuerat occidit, debitor quidem liberatur, lege autē Aquilia hoc casu non rectē experietur: nam creditor ipse sibi potius quā alij iniuriam fecisse videtur.

LV. PAVLVS libro vicensimo secundo Quæstionum

STichum aut Pamphilum promisi Titio: cum Stichus esset decem milium, Pamphilus viginti, stipulator Stichum antemoram occidit. quælitum est de actione legis Aquiliae. respondi, cum viliozem occidisse proponitur, in hunc tractatum nihilum differt ab extraneo creditor. quanti igitur fiet æstimatio? vtrum decem milium quanti fuit occisus: an quanti est quem necesse habeo dare, id est quanti mea interest? & quid dicemus, si Pamphilus decesserit sine moram? iam pretium Stichi minuetur, quoniam liberatus est promissoris? & sufficiet fuisse pluris cum occideretur, vel intra annum. Hac quidem ratione etiam si post mortem Pamphili intra annum occidatur, pluris videbitur fuisse.

LVI. IDEM libro secundo Sententiarum

MVlier si in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliae conuenitur.

LVII. IAVOLENVS libro sexto ex Posterioribus
Labeonis

EQuum tibi commodauit: in eo tu cum equitates, & vnā cum plures equitarent, vnus ex his inruit in equum, teque deiecit: & eo casu crura equi fracta sunt. Labeo negat tecum vllam actionem esse. sed in equitis culpa factum esset, cum equite sanē non cum equi domino agi posse verum puto.

a deicerentur, eilcerent: mihi magis placet Floren. vt specius tractetur, in qua boues in angustia coëgisti sese precipitarint, de qua S. vlti. Instiit. eo. eucerent autē nō aqne conueniunt, quod de hac specie iam disputatum est sup. l. si seruus, & boues masculinon eijciant.
b actio & debitori competit

c num pretiū, Adu. hanc varietatem nocuit. Et interrogationem semper esse quomodo cumque negati.

DE HIS QUI EFFUDERINT VEL
DEIECERINT TIT. III.

Edictum quo proponitur actio.

ULPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

PRAETOR ait de his qui deiecerint vel effuderint, VN-
DE IN EVM LOCVM QVO VOLGO ITER
FIET, VEL IN QVO CONSISTETVR, DEIE-
CTVM VEL EFFVSVM QUID ERIT, QVANTVM^a
EX EA RE DAMNVN DATVM FACTVMVE ERIT,
IN EVM QVI IBI HABITAVERIT, IN DVPLVM
IVDICIVM DABO. SI EO ICTV HOMO LIBER
PERISSE DICETVR, QVINQVAGINTA AVREO-
RVN IVDICIVM DABO. SI VIVET, NOCITVM-
QVE EI ESSE DICETVR, QVANTVM OB EAM
REM AEQVVM IVDICI VIDEBITVR EVM CVM
QVO AGETVR CONDEMNARI, TANTI IVDICIVM
DABO. SI SERVVS INSCIENTE DOMINO FE-
CISSE DICETVR, IN IVDICIO ADICIAM, AVT^b
NOXAM DEDERE. Summa cum utilitate id praetorem
edixisse, nemo est qui neget: publicè enim utile est, sine metu
& periculo per itinera commeari.

a quanti ex ea

b vt noxam de-
dere liceat.

Viarum securitas.

Parvi autem interesse debet, vtrum publicus locus sit, an ve-
rò priuatus: dummodo per eum vOlgo iter fiat: quia iter fa-
cientibus prospicitur, non publicis vijs studetur. semper
enim ea loca per quæ vOlgo iter solet fieri, eandem securita-
tem debent habere. Ceterum si aliquando vulgus in illa via
non commeabat, & tunc deiectum quid vel effusum cum
adhuc secreta loca essent, modò^c coepit commeari, non debet
hoc edicto teneri. Quod cum suspenderetur decidit, magis^d
deiectum videri. sed & quod suspensum decidit, pro de-
iecto haberi magis est. Proinde & si quid pendens effusum
sit, quamuis nemo hoc effuderit, edictum tamen locum ha-
bere dicendum est.

c & modò

Contra quem detur.

Hæc in factum actio in eum datur qui inhabitat cum
quid deieceretur vel effunderetur: non in dominum adiunctum:
culpa enim penes eum est. nec adicitur culpæ mentio, vel
infirmitatis, vt in duplum detur actio. quamuis damni
iniuriæ vtrumque exigit.^d Sed cum homo liber perijt, da-
mni aestimatio nō fit in duplum: quia in homine libero nul-
la corporis aestimatio fieri potest. sed quinquaginta aureorū
condemna-

d exigat.

- 4 condemnatio fit. Hæc autem verba, SI VIVET, NOCITVM QVE EI ESSER DICETVR, non pertinent ad damna quæ in rem hominis liberi facta sunt, si fortè vestimenta eius vel quid aliud scissum, corruptumve est: sed ea^a quæ in
- 5 corpus eius admittuntur. Si filiusfamilias cenaculum conductum habuit, & inde deiectum vel effusum quid sit, de peculio^b in patrem non datur: quia^c non ex contractu venit. in ipsum itaque filium hæc actio competit. Cum servus habitator est, vtrum noxalis actio danda sit, quia nō est ex negotio gesto: an de peculio, quia non ex delicto servi venit? neq; enim rectè servi dicitur noxa, cum servus nihil nocuerit. sed ego puto impunitum servum esse non oportere:
- 7 sed extra ordinem officio iudicis corrigendum. Habitare autem dicimus vel in suo, vel in conducto, vel gratuito. Hospes planè non tenebitur, quia non ibi habitat, sed tantisper^d hospitatur. sed is teneatur qui hospitium dederit. multum^e autem interest inter habitatorem & hospitem: quantū interest inter domicilium habentem & peregrinantem. Si plures in eodem cenaculo habitent, vnde deiectum est, in quemvis hæc actio dabitur:

II. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

CVM sanè impossibile est scire, quis deieciſſet vel effuſiſſet:

III. VLPPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

ET quidem insolidum. Sed si cum vno fuerit actum, ceteri liberabuntur,

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

PERceptione, non litis contestatione: præstaturi partem damni societatis iudicio vel utili actione ei qui soluit.

V. VLPPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

- SI vero plures diuiso inter se cenaculo habitent, actio in eum solum datur qui inhabitabat eam partem vnde effusum
- 1 est. Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & clientibus vel suis vel vxoris, ipsum eorum nomine teneri Trebatius ait: quod verum est. Idem erit dicendum & si quis amicis suis modica hospitio distribuerit. Nam & si quis cenaculariam^f exercens, ipse maximam partem cenaculi habeat, solus tenebitur. Sed & si hospitaculi^g habeat, solus^h tenebitur. {sed si quis cenaculi ipse solus æque tenebitur,} Sed si quis cenaculariam exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur, quasi in hoc
- 2 cenaculo habitantes, vnde deiectum effusumve est. Interdum tamen, quodⁱ sine captione actoris fiat, oportebit prætorum æquitate motum in eum potius dare actionem, ex cuius

a sed ad ea, quæ

b Non datur, nisi mortuo filio patris litis contestationem. l. i. m. ex c. v. a. l. i. b. u. s. s. u. p. r. de iud. au. etiam eo condemnato. l. c. s. i. c. o. n. d. e. m. n. a. t. u. s. i. n. f. r. de noxa.

c qui non ex

d paulisper

e tantum autem

f Qui cenacularius dicitur, Al. lib. 4. p. v. c. 12. g hospitio h æque solus

i quod sine captione

a Cella est ad colligendum, aut meridicandum. i. meridic dereniendum, non re-lli i. ius Accur. interpretatur fenestram.
b i. medio, verbum architecturam est.
Bud. hic.

c hac actione

d quod hospes vel quis alius de cenaculo deiecit, merito ei

cubiculo vel exedra^a deiectum est: licet plures in eodem cenaculo habitent. quod si ex mediano^b cenaculi quid deiectum sit, verius est omnes teneri. Si horrearius aliquid deiecerit³ vel effuderit, aut conductor apothecæ, vel qui in hoc dumtaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faciat, vel doceat, in factum actioni locus est: etiam si quis operantium deiecerit vel effuderit: vel ⁴ *¶* si quis^d discentium. Cum autem legis Aquiliæ actione^c propter hoc quis condemnatus est, merito ei qui ob hoc^d quod hospes vel quis alius de cenaculo deiecit, in factum dandam esse Labeo dicit aduersus deiectorem. quod verum est. Planè si locauerat deiectori, etiam ex locato habebit actionem. Hæc autem actio quæ competit de effusis & deiectis, perpetua est, & heredi competit. ⁵ *¶* In heredem verò non datur. Quæ autem de eo competit, quod liber perisse dicitur, intra annum dumtaxat competit: neque (in heredem, sed nec heredi, similibusque) personis: *¶* nam est pœnalis & popularis. dummodo sciamus ex pluribus defiderantibus hanc actionem, ei potissimum dari debere cuius interest: vel qui ad finitatem cognatione defunctum contingit. sed si libero nocitum sit, ipsi perpetua erit actio. sed si alius velit experiri, annua erit hæc actio: nec enim heredibus iure hereditario competit. Quippe quod in corpore libero damni datur, iure hereditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium. nam ex bono & æquo oritur.

Alia actio.

e Suggrenda testis partes prominentes, quibus sillicidia à parietibus arceantur.
Bud. hic. Proseta autem & proicite, partes sunt domus prominentes, qualia sunt mensura & podia pensilia, unde est nobis aspectus in vicis & plateas. Bud. hic.

f in his locis.

g Hæc omnia &c. in quibusdam leguntur in casu auferendi.

Prætor ait, NE QVIS IN SVGGRENDAC^e PRO-⁶TECTOUE SVPRA EVM LOCVM QVA VOLGO ITER FIET, INVE QVO CONSISTETVR, ID POSITVM HABEAT, CUIVS CASVS NOCERE CUI POSSIT. QVI ADVERSVS EA FECERIT, IN EVM SOLIDORVM DECEM IN FACTVM IVDICIUM DABO, SI SERVVS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, AVT NOXAE DEDI IVBEBO. Hoc edictum superioris portio est. consequens etenim fuit, prætorem etiam in hunc casum prospicere: vt si quid in his partibus ædium periculosè positum esset, non noceret. Ait prætor, NE QVIS IN SVGGRENDAC^e PROTECTOUE. hæc verba NE QVIS ad omnes pertinent, vel inquilinos vel dominos ædium: siue inhabitent siue non, habent tamen aliquid expositum his^f locis. SVPRA EVM⁷ LOCVM QVA VOLGO ITER FIET, INVE QVO CONSISTETVR, ID POSITVM *¶* HABEAT. *¶* Accipere debemus POSITVM siue in habitationis³ vel cenaculi, siue etiam in horrei, vel cuius alterius edificij. Positum habere etiam

etiam is rectè videtur, qui ipse quidem non posuit, verùm ab alio positum patitur. quare si seruus posuerit, dominus autem positum patiat, non noxali iudicio dominus, sed suo nomine tenebitur. Prætor ait, *CVIVS CASVS NOCERE POSSET*. ex his verbis manifestatur, non omne quidquid^a positum est, sed quidquid sic positum est vt nocere possit, hoc solū prospicere prætorē, ne possit nocere. nec spectamus vt noceat: sed omnino si nocere possit, edicto locus fit. Coërcetur autē qui positū habuit, siue nocuit id quod positū erat, siue non nocuit. Si id quod positum erat deciderit, & nocuerit, in eum competit actio qui posuit, non in eum qui habitauerit: quasi hæc actio non sufficiat: quia positum habuisse non vtique videtur qui posuit: nisi vel dominus fuit ædium vel inhabitator. Nam & cum pictor in pergula^b clipeum vel tabulam expositam habuisset, eaque excidisset, & transeunti damni quid dedisset, Seruius respondit, ad exemplum huius actionis dari oportere actionem: hanc enim non competere palam esse: quia neque in su Gruenda neque in protecto tabula fuerat posita. Idem seruandum respondit & si amphora ex reticulo^c suspensa decidisset, & dāni^d dedisset; quia & legitima & honoraria actio deficit. Ista autem actio popularis est: & heredi,^e similibusque cōperit. in heredes autem non competit, quia pœnalis est.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

HOc edictum non tantum ad ciuitates & vicos, sed & ad vias per quas vulgo iter fit, pertinet. Labeo ait locum habere hoc edictum, si interdiu deiectum sit, non nocte. sed quibusdam locis & nocte iter fit. Habitator suam suorumque culpam præstare debet. Si de naue deiectum sit, dabitur actio utilis in eum qui naui præpositus sit.

VII. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

CVM liberi hominis corpus ex eo quod deiectum est, summeve quid erit, lesum fuerit, iudex computat mercedes medicis præstitas, ceteraque impendia quæ in curatione facta sunt, præterea operarum^f quibus caruit, aut cariturus est ob id quod inutilis factus est. Cicatricium autem aut deformitatis nulla fit æstimatio: quia liberum corpus nullam recipit æstimationem.

a quod positum

b Pergula pars domus porrecta et pro-pendens eius generis, quas artifices nestia salicines appellant, Bud. hi.

c reticulo
d damnum

e heredibus,

f fit,

f operas: vti legitur in pluriq; libro In-stitutio, §. in is. iij. de obl. qua ex quasi del.

Quæ sit noxalis actio.

C A I V S libro secundo ad Edictum Prouinciale

NOXALES actiones appellantur quæ non ex contractu sed ex noxa atque maleficio seruorū aduersus nos instituuntur. quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditioe ipsius corporis quod deliquerit, euitare litis æstimationem.

Scientia domini.

II. V L P I A N V S libro octauodecimo ad Edictum

SI^a seruus sciente domino occidit, in solidū dominum obligat: ipse enim videtur dominus occidisse. si autem insciente, noxalis est: nec enim debuit ex maleficio serui in plus teneri quàm vt noxæ eum dedat. Is qui non prohibuit, siue dominus manet siue desit esse dominus, hac actione tenetur: sufficit enim si eo tempore dominus quo non prohibeat fuit. in tantum vt Celsus putet, si fuerit alienatus seruus in totum vel in partem, vel manumissus, noxam caput non sequi. nam seruum nihil deliquisse: domino^b iubenti obtemperauit. Et sanè si iussit, potest hoc dici. si autem non prohibuit, quemadmodum factum serui excusabimus? Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam & legē duodecim tabularum. nam in lege antiqua,^c si seruus sciente domino furtum fecit vel aliam noxam commisit, serui nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur. At in lege Aquilia, inquit, dominus suo nomine tenetur, nō serui. vtriusque legis reddit rationē: duodecim tabularū, quasi voluerit seruos dominis in hac re non obtēperare: Aquiliæ, quasi ignouerit seruo qui domino paruit, periturus si non fecisset. Sed si placeat quod Iulianus libro octagesimo sexto scribit, si seruus furtum faxit, noxiāmve^d nocuit, etiā ad posteriores leges pertinere, poterit dici etiam serui nomine cum domino agi posse noxali iudicio: vt quod detur Aquilia aduersus dominum, non seruum excuset, sed dominum oneret. nos autem secundum Iulianum^e pro VaBimus. quæ //sententia// habet rationem. & à Marcello apud Iulianum probatur.

III. I D E M libro tertio ad Edictum

IN omnibus noxalibus actionibus, vbicumque scientia exigitur domini, sic accipienda est, si cum prohibere posset: nō prohibuit. aliud est enim auctorem esse seruo delinquenti, aliud pati delinquere.

IIII. P A V L V S libro tertio ad Edictum

IN delictis seruorum scientia domini quemadmodum accipienda est? vtrum cum consilio, an & si viderit tantum, quam

^a Ex tit. ad leg. Aquila.

^b qui domino

^c lege antiqua n. Tabul. quando seruus quasi sciente &c. n. Tabul. addita sunt ad interpretandam: de abest quasi à Flor. quod tamen Accur. scripsit.

^d noxiāmve

^e secundum sententiam Iuliani.

quamuis prohibere non potuerit? quid enim si ad libertatem proclamans, domino sciente faciat? aut qui^a conDemnat dominum? vel cum trans flumen sit seruus, vidente quidem, sed inuito domino noxiam noceat? rectius itaque dicitur, scientiam eius accipiendam qui prohibere potest. & hoc in toto edicto intellegendum est circa scientiæ verbum. Si extraneus seruus sciēte me fecerit, eumque redemero, noxalis actio in me dabitur: quia non videtur domino sciente fecisse, cum eo tempore dominus non fuerim. Cum dominus ob scientiam teneatur, an serui quoque nomine danda sit actio videntum est. nisi fortè prætor vnā pœnam à domino exigi voluit. ergo dolus serui impunitus erit. quod est iniquum. immo vtroque modo dominus tenebitur. vna autem pœna exacta quam actor elegerit, altera tollitur.

a quid si contumac.

Exceptio rei iudicata.

3 Si detracta noxæ deditio, quasi cū conscio domino actū sit qui nō erat cōsciū, absolutione facta & finito iudicio, amplius agēdo^b cū noxæ^c deditio, exceptione rei iudicatę summovebitur. quia res in superius iudiciū deducta & finita est.

b agens cum
c Eo quod noxa deditio posteriori iudicio additur, quia bene scio legis tribuitur. l. miles. §. 2. de re iud. non alia causa, neque actio est. Itaque adversus exceptionē rei iudicatę, potest replicari quasi alia actio fit.

Mutatio, & emendatio actionis.

Donec autem prius iudicium agitur, licentia agenti est, si cum de scientia domini arguenda pœniteat, tunc ad noxalem causam transire. Contra quoque si cum eo qui scit, cum noxæ deditio actum sit, amplius in dominum, detracta noxæ deditio, danda actio nō est. In ipso autem iudicio si voluerit & scientiam domini arguere, non est prohibendus.

De seruo communi.

V. VLP IANVS libro tertio ad Edictum

SI plurius seruus deliquerit omnibus ignorantibus, noxale iudicium in quemuis dabitur. sed si omnibus scientibus, quiuis eorum tenebitur detracta noxæ deditio: quemadmodum si plures deliquissent. nec altero conuento alter liberabitur. sed si alter^d scit, alter ignorauit, qui scit, detracta noxæ deditio conuenitur: qui nescit, cum^e noxæ deditio. Differentia autem harum actionum nō solum illa est, quod qui scit, infolidum tenetur: verum illa quoque quod siue alienauerit seruum qui scit, siue manumiserit, siue decesserit seruus, dominus^f tenetur. sed si ipse dominus decesserit, heres eius non tenetur,

d Agens igitur cum altero, si quid amplius est in dāni persequutione. l. si ex duobus. infra eo. alioqui si eum demum ab uno ceperit, non agit l. in delictis. §. cum dominus supra e conuenitur cum § dominus eius

S VI. IDEM libro octauodecimo ad Edictum

Ed || & || ipse seruus manumissus tenetur.

VII. IDEM libro tertio ad Edictum

NOxalis autem non aliàs datur, nisi apud me sit seruus. & si apud me sit, licet eo tempore nō fuit quo delinquebat, teneor. & heres meus tenetur, si noxius viuat. Pomponius

g sed & heres

nus

nus ait, si emptor serui noxali cōuentus fit, venditorem, quo-
ficiente factum est, conueniri iam non posse.

De seruo communi.

VIII. IDEM libro trigesimo septimo ad Edictum

SI seruus communis furtum fecerit, quiuis ex dominis in-
solidum noxali iudicio tenetur: eoque iure utimur. Sed
non aliàs poterit ^{lis} qui conuentus est, euadere litis æstima-
tionem, nisi insolidum noxæ dederit seruum. nec ferendus^a
et si partem dedere fuerit paratus. Planè si propter hoc quòd
socij dedere parati non fuerint, insolidum fuerit condemna-
tus, communi diuidundo vel familiæ eriscundæ iudicio ad-
uersus eos experietur. ante noxale sanè iudicium acceptum
poterit sua^b parte cedendo securitatem consequi, ne necesse
habeat^c suscipere iudicium. quamquam quis possit dicere
euenire, ut diu pars ei cedatur, amittat actionem: dominus
enim pro parte factus non potest cum socio noxali experiri.
fortassis nec communi diuidundo agere possit eius maleficij
nomine, quòd ante communionem admissum est. quod si nō
potest, euidenti iniuria adficietur. sed melius est dicere, com-
petere ei communi diuidundo iudicium.

VIII. PAVLV S libro trigesimo nono ad
Edictum

d Ex tit. de furis.

SI^d communis familia vel communis seruus furtum fecerit
altero ex dominis sciente, is qui scit, omnium nomine te-
nebitur: & conuentus alterum quoque liberat, nec à socio^e
quicquam debet consequi: sui enim facti nomine poenam
meruit. Quòd si is qui ignorauit, duplum præstiterit, à socio
simpulum consequetur.

X. IDEM libro vicesimo secundo ad Edictum

SED & eo nomine agere cum socio poterit, quòd seruum
communem deteriore fecit: quemadmodum cum quo-
libet alio qui rem communem deteriore fecisset. Ceterum
si nihil præterea post noxæ deditioem cōmune habebit, pro
socio, vel si socij non fuerint in factum agi poterit.

Possessor serui.

XI. VIPIANVS libro septimo ad Edictum

Bona fide serui possessor eius nomine furti actione tenebi-
tur: dominus non tenetur: sed^f noxæ de iendo non facit
quidem^g à storis. cum autem cœperit istum seruum domi-
nus vindicare, doli exceptione summouebitur, vel officio iu-
dicis consequetur ut indemnus maneat.

XII. PAVLV S libro sexto ad Edictum

SI bona fide possessor eum seruum quem bona^h fide possi-
debat, dimiserit, ne agi cū eo ex noxali causa possit, obliga-
ri eum actione quæ datur aduersus eos qui seruū in potestate
habeant

a est si

b suam partem
c nec necesse ha-
bebit

e Ex eo, quòd poena
nomine præstatur:
Partem enim eius
quòd seruus est præ-
statur. l. si ex duobus
instr. co. nam ob fur-
tum à seruo factum,
etiam dominus igno-
rans noxali actione
tene ur. l. i. si fam.
fur. sec. dica ur, qui
cum plerumque eligat
seruum noxæ deditio-
em, quàm poenam
que pretiū. serui ex-
cedit præstare, ini-
quum non est id eum
socio præstare quòd
ab iniusto excoqueri
potest. Delirai hic
Accur.
f licet
g eum

h bonæ fidei

habeant, aut dolo fecerint quo minus haberent: quia per hoc adhuc possidere videntur.

XIII. GAIVS libro tertiodecimo ad Edictum

Prouinciale

Non solum aduersus bona fide possessorem, sed etiam aduersus eos qui mala fide possident, noxalis actio datur. nam & absurdum videtur eos quidem qui bona fide possiderent, excipere actionem: prædones verò securos esse.

Occupantis melior conditio.

XIII. VLP IANVS libro octauodecimo ad Edictum

Si quis à multis conueniatur ex noxa eiusdem serui, vel si ab vno, ex pluribus tamen delictis, non necesse habet, quia omnibus dedere non potest, litis æstimationem offerre his quibus dedere non potest. Quid ergo est si à pluribus conueniatur? si quidem vnus occupauit, an melior sit conditio vt ipsi soli dedatur? an verò vel omnibus dedi debeat vel cauere debeat defensu iri aduersus ceteros? & verius est, occupantis meliorem esse condicionem. Ei itaque deditur, nõ qui prior egit, sed qui prior ad sententiã peruenit. & ideo ei qui postea vicerit, actionem denegari iudicati. Sed & si statuliber sit, & ante deditorem extiterit conditio, per fideicommissum^a libertas fuerit ante præstita, vel existente condicione legati dominium fuerit translatum, arbitrio iudicis absoluit cum oportet. & officij^b iudicis hoc quoque erit, vt caueatur ei cui deditur^c, ob euictionem^d ob suum factum contingentem.

a vel per fideicommissum, vel fideicommissaria
b sed & officium iudicis erit,
c cui deditur
d de euictione

De statulibero.

XV. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

Prator decernere debet translationem iudicij in statuliberum fieri. Si verò rei iudicandæ tempore adhuc in suspenso sit statuta libertas, Sabinus & Celsius liberari heredem putant tradendo seruum: quia toto suo iure cederet. quod & verum est.

e iudicatur

XVI. IULIANVS libro vicensimo secundo Digestorum

Si heres dolo malo fecerit, ne statuliberum in potestate haberet, & propter hoc iudicium sine noxæ deditioe accepit, & impleta condicione statutz libertatis condemnari debet, sicuti mortuo seruo condemnaretur.

De seruo communi.

XVII. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Si ex duobus dominis vno sciente altero ignorante seruus delinquit, si ante cum altero qui nesciebat, actum sit, & noxæ dederit seruum, iniquum est vilissimi hominis deditioe alterum quoque liberari. Igitur agatur & cum altero: & si quid amplius est in damni persecutione, consequetur

com-

ad pensare

computato pretio hominis noxæ dediti . ipsi tamen inter se
 ¶ sic debent pensare^a communi diuidūdo iudicium, vt (si) ille
 quo sciēte fecit, præstiterit, non totius partem ferat, sed par-
 tem eius quanti seruus est . sic & si alter aliquid præstiterit,
 eius partem fieri. Illud iniquum est, eum qui iussit seruū fa-
 cere, consequi aliquid à socio: cum ex suo delicto damnū pa-
 tiatur. Si plures eiusdem serui nomine noxali mecum age-
 re velint, vel ¶ si vnus pluribus iudiciis eiusdem serui nomi-
 ne agat, in quo vsusfructus tuus, proprietatis mea fit, officio
 iudicis continebitur cum eum noxæ dederō, vt etiam vsum-
 fructum actoris faciam. sed per prætorem id consequar ego
 dominus proprietatis, vt aut cogat prætor te pro æstimatione
 vsusfructus conferre ad litis æstimationem, aut vsufu-
 ctu^b cedere, si hoc expediat. & si ego dominus proprietatis
 eum seruū nolui defendere, defensio tibi permittēda est. &
 si damnatus hominem tradas, ¶ & ¶ aduersus me^c tueris.^d

vsusfructum

e me te
 d tueris. lesio
 Florent. planior est,
 & lingua latina cō-
 uenientior.

De fructuario.

XVIII. POMPONIVS libro octauodecimo ad
 Sabinum

IS qui vsusfructum in seruo habet, perinde cum domino
 I habet actionem furti, atque si quilibet alius esset. sed cum
 eo non est, quamuis seruiat ei. & ideo dominus damnatus
 fructuario noxæ dedens liberabitur.

De re communi.

XVIII. PAVLVS libro vicensimo secundo ad
 Edictum

SI in re communi mea & tua damnū nobis dederit Titij
 I seruus, si cum eo agemus, erit noxali Aquiliæ actioni lo-
 cus: ne damnatus in solidum singulis noxæ dedere cogatur.
 Sed potest dici, quasi vnus damnū sit & vna obligatio, aut
 vtrisque pecuniam sufferendam, ^e aut officio iudicis simul
 vtrisque noxæ dedendum. Sed & si alterutri nostrum in soli-
 dum noxæ deditus fuerit, & ob id ab vtroque dominus sit
 absolutus, rectè dicitur eum cui noxæ deditus sit, alteri tene-
 ri communi diuidundo iudicio: vt communicet seruū no-
 xæ sibi deditum, cum ob rem communem ¶ aliquid ¶ ad so-
 cium peruenit.

sufferendam,

De fructuario.

Si serui, in quo vsusfructus alienus est, dominus proprie-
 tatis operas conduxerit, verba^f efficiunt, vt cum noxæ dedi-
 tione damnetur.

verba dicit

De seruo vicario.

Si seruus tuus nauem exercuerit, eiusque vicarius & idem ²
 nauta in eadem naue damnū dederit, perinde in te actio
 danda est, ac si is exercitor liber, & hic vicarius seruus eius
 esset,

effet, vt de peculio serui tui ad noxam^a dedere vicariū dāneris: vt tamen si serui tui iussu, vel sciente & patiente eo dānum vicarius dederit, noxalis actio serui tui nomine esse debeat. idēque fit etiam si nautam facere iusserit.

XX. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale

Qui ex pluribus noxis diuersis temporibus experitur, ex vna noxia serui dominium nactus nullam amplius actionem habet aduersus eum qui dominus fuerat: cum actio noxalis caput sequatur. at si maluit dominus priori iudicio litis ætimationē sufferre, vel eidem vel alii ex alio maleficio agenti nihilo minus teneretur.

De suscipiendo iudicio.

XXI. ULPIANVS libro vicesimo tertio ad Edictum

Quotiens dominus ex noxali causa cōuenitur, si nolit suscipere iudicium, in ea causa res est, vt debeat noxæ dedere eum cuius nomine iudicium non suscipitur.^b aut si id non faciat, iudicium suscipietur^c omnimodo. sed non aliās condemnabitur quā si in potestate habeat, doloue malo fecerit quo minus haberet.

si. vt vicarium quod in peculio exercitoria est (nam vicarij serui in peculio ordinarij sunt) noxæ dedat. abij legunt aut ad noxā, quæ lectio hanc efficiat sententiam, vt de peculio exercitoris dānum faciat, aut vicarium noxæ dedat.

^b suscipit.

^c suscipiet

Absentis defensio.

1 Eos quorum nomine noxali iudicio agitur, etiam absentes defendi posse placuit. sed hoc ita demum, si proprij sint serui, nam si alieni, presentes esse oportet. aut si dubitetur, vtrum proprij sint an alieni, quod ita puto accipiendum, vt si constet vel bona fide seruire, etiam absentes possint defendi.

De eo qui negat se habere in potestate.

2 Prætor ait, SI IS IN CVIVS POTESTATE ESSE DICETVR, NEGAVIT SE IN SVAV POTESTATE SERVVM HABERE, VTRVM ACTOR VOLET, VEL DEIERARE IVBEBO IN POTESTATE SVA NON ESSE, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE QVO MINVS ESSET: VEL IVDICIVM DABO SINE NOXAE DEDITIONE. IN POTESTATE sic accipere debemus, vt facultatem & potestatem exhibendi eius habeat. ceterum si in fuga sit, vel peregre, non videbitur esse in potestate.

Contumax.

Quod si reus iurare nolit, similis est ei qui neque defendit absentem neque exhibet. qui^d condemnantur quasi contumaces.^e Si tutor vel curator extant, ipsi iurare debent, in potestate domini non esse. si autem procurator sit, dominus ipse iuret necesse est.

^d quia condemnatur
^e contumax

Iusjurandum.

4 Si iusjurandum exegit actor, reusque iuravit: deinde postea noxali velit actor experiri, videndum est an exceptio iur-

Pars ij n

rifitu-

rifiurandi debeat aduersus actorem dari. & Sabinus putat non esse dandam, quasi de alia re fit iuratum: hoc est tunc non fuisse in potestate. modò verò cum in potestate deprehendatur, de facto eius posse agi. Neratius quoque dicebat, post exactum iusiurandum posse actorem detracta noxæ deditio-
ne experiri: si modò hoc contendat, postquam iuratum est, cœpisse in potestate habere.

In potestate habere.

XXII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum

Si seruus depositus vel commodatus fit, cum domino agi potest noxali actione: ei enim seruire intellegitur: & quod ad hoc edictum attinet, in potestate eius est. maximè si copiã habeat recipendi hominis. Is qui pignori accepit, vel qui precario rogauit: non tenetur noxali actione: licet enim iussu possideant, non tamen opinione domini possident. sed hos quoque in potestate domini intellegi, si facultatem repetendi eos dominus habeat. Quid est ^a habere facultatem repetendi: habeat pecuniam, ex qua liberari potest. nam non debet cogi vendere res suas, vt soluat pecuniam & repetat seruum. Dominus qui seruum in sua potestate esse confitetur, aut exhibere eum debet, aut absentem defendere. quod nisi faciat, punitur, ^b atque si præsentem ^c non noxæ dederit.

Si negauit dominus in sua potestate esse seruum, permittit prætor actori arbitrium, vtrum iureiurando id decidere, an iudicium dictare sine noxæ deditioe velit. per quod vincet, si probauerit eum in potestate esse, vel dolo eius factum quo minus esset. qui ^d autem non probauerit in potestate aduersarij esse seruum, rem amittit.

XXIII. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

Sed etsi postea aduersarius eius in potestate habere cœperit seruũ, tenetur ex noua possessione denegata ei exceptione.

XXIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum

De illo videndum, vtrum aduersus eum tantum qui dolo fecit quo minus in potestate haberet, actio locum habeat noxalis, si ex dolo eius acciderit vt cesset noxalis actio, fortè si seruo suo fugam mandauit, an & ^{si} possit nihilo minus cum alio agi. quod accidit, cum alienatus manumissusve est. quod est verius. in quo casu electio est actoris, cum quo velit agere. Iulianus autem ait de eo qui manumissus, si paratus sit defendere se manumissus, exceptionem dandam ei qui manumissus. hoc & Labeo.

XXV. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

Idem est & si nouus dominus serui iudicium patiatur.

^a Quid est autem

^b Vt seruum noxæ de dolo cogatur.

^c si absentem, erratũ librarj est.

^d si autem

XXVI. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum

Lectio verò alterum liberabit . id enim prætor introduxit, ne eluderetur actor: non vt etiam lucrum faceret, ideòque
 1 exceptione à sequenti^a summouebitur . His consequens a à sequentibus
 est, vt si plures dolo fecerint quo minus in potestate haberēt,
 2 eligere debeat actor quem v. lit conuenire . Item si ex pluribus dominis quidam dolo malo partes suas deserint possidere, electio erit actoris, vtum directò agere velit cum eo qui possidet, an prætoria^b cum eo qui desit possidere.

3 Si seruum alienum alius in iure suum esse responderit, altero solvente alter liberatur . Si is quem deseris dolo possidere, decesserit prius quàm hac actione conuenireris, liberaris: quia hæc actio in locum directæ actionis succedit . diuersum dicemus, si moram feceris in iudicio accipiendo.

De eo qui mentitus est.

5 Neque heredi neque in heredem, quòd^c defunctus mentitus est, actio danda est: nec in ipsum quolibet tempore . nam liberum esse debet defendenti absentem seruum, huius edicti pœnam euitare: id est^d vt sine noxæ ditione conueniatur . Et ideo si negaueris seruum in tua potestate esse, postea fateri poteris: nisi si iam lis aduersus te contestata est: nam tunc audiri non debebis, vt Labeo ait . Octauienus ex causa etiam lite contestata tibi succurrendum : vtique si ætas tua ea sit, vt ignosci tibi debeat .

Ductus seruus iussu prætoris.

6 Si absente domino ductus sit seruus, vel etiam præsentem, & in eadem^e causa sit vt in integrum reilitui possit, defensio permittitur eius nomine qui ductus est: postulantibus enim exhiberi eum ad defendendum indulgere prætor debet . Idem concedendum est fructuario, vel cui pignoris nomine obligatus est, si præsens dominus defendere noluerit: ne alterius dolo aut desidia aliis noceat . Idem præstandum est in seruo cõmuni, quem alter ex dominis^f præsens^g noluit defendere . Sed & actori his casibus succurrendum est: quia placet dominij acquisitione extinguere actionem . iussu enim prætoris ductus in bonis sit eius qui duxit .

De seruo pignurato aut fructuario.

XXVII. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale

Sinoxale iudicio agitur de seruo qui pignoris iure tenetur, aut de eo^f cuius vsusfructus alterius est, admonendi sumus, si creditor vel vsusfructuarius præsens defensionem suscipere noluerit, proconsulem interuenturū, & pignoris persecutionem vel vsusfructus actionem negaturum . quo casu dici potest, ipso iure pignus liberari . nullū enim pignus est, cuius persecutio negatur . Vsusfructus autem etiam si persecutio

eius denegetur, ipso iure durat eouſq; donec non vtendo cō-
ſtituto tempore pereat. Ex his quæ diximus de ſeruo qui
alicui pignoris iure obligatus eſt, deſque ſtatulibero, & de eo
cuius vſusfructus alienus eſt, appareteum qui alienum ſer-
uum in iure ſuum eſſe reſponderit, quamuis noxali iudicio
teneatur, non tamen poſſe noxæ deditioe ipſo iure liberari:
quia nullum ad actorem dominium transferre poſſunt, cum
ipſi domini non ſint. Certè tamen ſi ex ea cauſa traditum po-
ſtea dominus vindicet, nec litis æſtimationem offerat, pote-
rit per exceptionem doli mali repelli.

XXVIII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtio-
num

ET generaliter ſi alieni ſerui nomine qui tibi iuſtam^a ſerui-
tutem ſeruiret, noxali tecum egerim, tūque eū mihi noxæ
dederis, ſiue me poſſidente dominus eum vindicet, exceptio-
ne doli mali, niſi litis æſtimationem offerat, eum ſummoue-
re^b poſſum, ſiue ipſe poſſideat, Publiciana n̄ ihi datur. & ad-
uerſus excipientem, ſi dominus^c eius ſit, vtilem mihi replica-
tionem doli mali profuturam. & ſecundum hæc vſu quoque
me capturum, quamuis ſciens alienum poſſideam. alioquin
ſi aliter conſtituatur, futurum vt ſumma iniquitate bonæ fi-
dei poſſeſſor adficiatur: ſi cum ipſo iure noxalis actio aduer-
ſus eum competit, neceſſitas ei imponatur vt litis æſtimationem
ſufferat^d. Eadēque dicenda ſunt etſi cum ab eo non
defenderetur, iuſſu prætoris eum duxerim: quoniam iſto quo-
que caſu iuſtam cauſam poſſidendi habeo.

XXVIII. GAIVS libro ſexto ad Ediſtum Pro-
uinciale

Non ſolum autem qui in poteſtate non habet,^e recuſare
(poteſt noxale iudicium, verum etiā habenti in) poteſta-
te liberum eſt euitare iudicium, ſi indefenſam eam perſonam
relinquat. ſed huic neceſſe eſt ius ſuum ad actorem tranſfe-
re, perinde ac ſi damnatus eſſet.

Absentia.

XXX. IDEM libro ad Ediſtum prætoris vr bani, titu-
lo de damno infecto

In^f noxalibus actionibus eorum qui bona fide abſunt ius
non corrumpitur, ſed reuerſis defendendi ex bono & æquo
poteſtas datur, ſi^g domini ſint ſiue aliquid^h in ea re ius ha-
beant: qualis eſt creditor, & fructuarius.

De furto facto à familia.

XXXI. PAVLVVS libro ſeptimo ad Plautium

Quod ait prætor, cum familia furtum faciat, ad eum mo-
dum ſe actionem daturum, vt tantum actor conſe-
quatur, quantum ſi liberⁱ feciſſet conſequeretur, quæritur

VTUM

a iuſta ſeruitute. i.
quem tu bona fide poſ-
ſideres.

b ſi libmoueri puto,
c ſi non dominus e-
ius ſit, ſi dominus e-
ius non ſim, reiici-
da ſunt hæc leſiones:
fruſtra enim mihi ob-
iiceretur exceptio
quod dominus non
ſim, cum ego id non
contendā. Nā quid
ago Publiciana, me
dominum non eſſe ſa-
scer.
d offerat.

e habet ſeruum,

f Corium de Lærum
de damn. inf.
g ſiue
h aliquid alioquin

ivnvs liber

vrtrum ad pecuniæ præstationem respiciat, an etiam ad noxæ deditio-
nem. vtrputa ^a si ex pretiis noxæ deditorum duplum colligatur, sequentes ^a actiones inhibeantur. Sabinus & Cas-
fius putant, pretium quoque noxæ deditorum imputari de-
bere. quod Pomponius probat, & est verum. nam & si ser-
uus indefensus ductus sit, æstimatio eius imputanda est. Cer-
tè non tantùm duplationis, sed & condictionis rationem ha-
bendam, Iulianus putat. furti ^b faciendi tempus spectandum
esse, an eiusdem familiæ sint serui. nam si hi qui plurium do-
minorum erunt, vnius esse postea cœperint, locus ^c edicto
non erit. ^d

XXXII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti
monitorij

IS qui in aliena potestate est, si noxam commississe dicatur,
si ^e non defendatur, ducitur. & si præsens est dominus, tra-
dere eum, & de dolo ^f malo promittere debet.

XXXIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad
Sabinum

NOxali iudicio inuitus nemo cogitur alium defendere: sed
carere debet eo quem non defendit si seruus ^g est. quòd si
liber est qui ^h in potestate sit, indistinctè ipsi sui defensio dan-
da est.

De filiofamilias.

XXXIII. IULIANVS libro quarto ad Vrseium
Ferozem^l

QVotiens enim nemo filiumfamilias ex causa delicti defen-
dit, in eum iudicium datur.

XXXV. VLPIANVS libro quadragesimo primo ad
Sabinum

ET ⁱ si condemnatus fuerit filius, iudicatum facere debet:
tenet enim condemnatio. quinimmo etiam illud dicendū
est, patrem quoque post condemnationem filij dumtaxat de
peculio posse conueniri.

Dominus conuenitur, licet res ab eo possit auferri.

XXXVI. IDEM libro trigesimo septimo ad
Edictum

SI quis seruum pigneratum, deinde à debitore subreptum,
emerit à debitore, nomine eius furti tenebitur dominio ser-
ui adquisito. nec oberit quòd Seruiana^k potest ei homo^l auo-
cari. Idèmq; & si à minore quis vigintiquinque annis emer-
rit, vel in fraudem creditorum sciens: hi enim, quamuis au-
ferri eis dominium possit, interim tamen conueniendi sunt.

^k Hæc propriè quæst
Seruiana vocatur. S.
Item Seruiana. Inst.
de offi.
^l is homo

XXXVII. TRUPHONINVS libro xv. Disputationum

SI alienus seruus furtum mihi fecerit, qui postea in meum dominium peruenerit, extinguitur furti actio, quæ mihi competierat, nondum in iudicium deducta. nec si postea alienauero eum quem ante litem contestatam emerã, furti actio restituetur. quòd si post litem contestatam eum redemero, condemnandus erit venditor:

XXXVIII. VLP IANVS libro trigensimo septimo ad Edictum

Quemadmodum si alij vendidisset. parui enim refert, cui vendiderit, aduersario an alij. suãque culpa litis æstimationem sublaturum^a qui vendendo noxæ deditioem sibi ademit.

^a subituum, quam lesionem malim, vel subituum est. nam venditor vendendo non tollit, sed subit litem æstimationem.
^b lib. 25. Dige.

Derelictus seruus.

Julianus autem libro vicensimo secundo^b digestorum scribit, si seruum pro derelicto habeam qui tibi furtum fecerat, liberari me: quia statim meus esse desinit. ne eius nomine qui sine domino sit, furti sit actio. Si seruus meus rem tuam subtraxerit, & vendiderit, tuncque nummos quos ex pretio habebat, ei excusseris, locus erit furti actioni vltro citroque: nam & tu aduersus me furti agens noxali serui nomine, & ego aduersus te nummorum nomine. Sed & si seruo creditoris mei soluerim nummos, vt is eos domino suo det, æquè locus erit furti actioni, si is nummos acceptos interceperit.

De seruo communi.

XXXVIII. IULIANVS libro nono Digestorum

SI plurius seruus furtum fecerit, & omnes^c dolo fecerint quo minus eum in potestate haberent, subsequi debet pretor iuris ciuili actione,^d & iudicium honorarium quod ex hac causa pollicetur, in eum^e dare quem actor elegerit. neque enim amplius præstare actori debet quam vt detracta noxæ deditioe agere possit cum eo: cum^e noxali iudicio experiri potuisset, si seruus exhiberetur.

^e omnes domini, ad dictum est domini ab alijs interpretare, quod tamen nihil necesse fuit.
^d actiones,

^c cum quo

Satisfactio.

Qui alienum seruum suum esse fateatur, quamuis noxali actione obligetur, nihilo minus causa cognita satisfacere debet. qui autem pro^f seruo conuenitur, satisfactione onerandus non est: non enim offert se defensionem^g alieni serui.

^f pro suo

^g defensionem

Si quis dicet dominum dolo fecisse quo minus in potestate eius seruus esset, ille autem contendat eum seruum ab alio defendi cum satisfactione, doli mali exceptione locus erit.

Sed & si post iudicium acceptum cum domino seruus apparuerit, & quia non defendebatur ductus sit, exceptione doli mali posita^h dominus absoluetur. Sed^h & mortuo seruo ante-

^h opposita

antequam iudicium accipiatur, omnino hac actione non tenebitur dominus.

XL. IDEM libro vicensimo secundo Digestorum

Si seruus legatus ante aditam hereditatem rem heredis futuri subtraxerit, poterit is cum legatario qui legatum agnouerit, furti agere. sed si idem seruus hereditariam rem subtraxerit, furti actio cessabit: quia huiusmodi rerum furtum non fit. ad exhibendum autem actio competit.

XL I. IDEM libro secundo ad Vrseium Ferocem

Cum seruus communis alteri dominorum damnum iniuria dedit, idcirco legis Aquiliae actio non est, quia si extraneo damnum dedisset, cum altero in solidum lege Aquilia agi posset. sicuti cum^a seruus communis furtum fecerit, cum altero domino furti agi non potest, sed communi diuidendo^b agi potest.^h

a & cum

XLII. VLP IANVS libro trigensimo septimo ad Edictum

Si ad libertatem proclamauerit is cuius nomine noxale iudicium susceptum est, sustineri debet id iudicium quoad de statu eius iudicetur. & sic // si quidem seruus fuerit pronuntiat, noxale iudicium exercebitur: si liber, inutile videbitur.

- 1 Si quis pro seruo mortuo, ignorans eum decessisse, noxale iudicium acceperit, absolui debet: quia desit verum esse pro-
- 2 pter eum dare oportere. Hæ actiones perpetuæ^b sunt, locumque habebunt tamdiu quamdiu serui dedendi facultatem habemus. nec tantum nobis verum etiam successoribus nostris competent. item aduersus successores: sed non quasi^c in successores: sed iure dominij. Proinde & si seruus^d ad alium peruenisse proponatur, iure dominij noxali iudicio nouus dominus conuenietur.

Locus delicti.

XLIII. POMPONIVS libro octauo Epistularum

Serui quorum noxa caput sequitur, ibi defendendi sunt, vbi delinxisse arguentur. itaque seruos dominus eodem loco exhibere debet, vbi vim intulisse dicentur. & carere omnium dominio potest, si eos non defendat.

^b Imittitur naturam earum actionum, ex quibus proficiunt: ergo si perpetuae sunt, ut furti manifesti actio, §. 1. de perpet. & temporal. act. noxales quoque perpetuae sunt: si annales, ut rapinae actio in viptum, §. 1. de bono. rapt. lost. annales quoque sunt.

^c quasi iure successionis,

^d seruus meus

LIBER DECIMVS.

FINIVM^a REGVNDORVM.

^a In hunc tractatum vide Iulij Frontini li bellum, & in ipsum Aggeni vrbici commentarium.

Mixta actio.

PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

h per vindicatione



BINCIVM regundorum actio in personam est, licet pro^b vindicatione rei est.

II. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

HAec actio pertinet ad praedia rustica, quavis aedificia interueniant. neque enim multum interest, arbores quis in confinio,

an aedificium^c ponat.

Adiudicatio.

Iudici finium regundorum permittitur, vt vbi non possit dirimere fines, adiudicatione controuersiam dirimat. & si forte amouenda veteris obscuritatis gratia per aliam regionem fines dirigere iudex velit, potest hoc facere per iudicationem^d & condemnationem.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

QVO casu opus est vt ex alterutrius praedio alij adiudicandum sit. quo nomine is cui adiudicatur, inuicem pro eo quod ei adiudicatur, certa pecunia condemnandus est.

IIII. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

SED & loci vnus controuersia in partes scindi adiudicationibus potest, prout cuiusque dominium in eo loco iudex comperit.

Id quod interest.

In iudicio finium regundorum etiam eius ratio fit, quod¹ interest. quid enim si quis aliquam utilitatem ex eo loco percipit quem vicini esse appareat? inique^e damnatio eo nomine fiet. Sed & si mensor ab altero^f solo conductus sit, condemnatio erit facienda eius qui non conduxit, in partem mercedis.

Fructus.

Post litem autem contestatam etiam fructus venient in² hoc iudicio: ^g nam & culpa & dolus exinde praestantur. sed ante iudicium percepti non omnimodo hoc in iudicium venient: aut enim bona fide percepit, & lucrari eum oportet, si ees consumpsit: aut mala fide, & condici oportet. Sed & si³ quis iudici non pareat in succidenda arbore, vel aedificio in fine posito deponendo, parte eius condemnabitur.

Cognitio de crimine.

Si dicatur termini deiecti vel exarati, iudex qui de crimine⁴ cogno-

^c Aedificio enim posito, actio finium regundorum vtilis competit, tamen si directam deueget. Paulus. l. sed de loci. §. vt. inf. co.

^d per adiudicationem. Reilius esse, adiudicationem, ostendit §. vt. de off. iudic. l. 1. §. l. sequens.

^e an inique faltem iro

^h in hoc iudicium:

5 cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. Si alter fundus duorum alter trium sit, potest iudex vni parti adiudicare locum de quo quæritur, licet plures dominos habeat: quoniam magis fundo^a quam personis adiudicari fines^b intelleguntur. hic autem cum sit adiudicatio pluribus, vnusquisq; portionem habebit, c quam in fundo habet: & pro indiuiso.

De communi fundo.

6 Qui communem fundum^d habent, inter se non condemnantur: neque enim inter ipsos accipi videtur iudicium. Si
7 communem fundum ego & tu habemus, & vicinum fundum ego solus, an^e finium regundorum iudicium accipere possumus? & scribit Pomponius, non posse nos accipere: quia ego & socius meus in hac actione aduersarij esse non possumus, sed vnus loco habemur. idem Pomponius neville quidem iudicium dandum dicit: cum possit qui proprium habeat, vel communem vel proprium fundum alienare, & sic
8 experiri. Non solum autem inter duos fundos, verum etiam inter tres pluresue fundos accipi iudicium finium regundorum potest. vtpote singuli^f plurium fundorum confines^g sunt, trium forte vel quattuor.

Cui competit hæc actio.

9 Finium regundorum actio & in agris vectigalibus, & inter eos qui vsumfructum habent, vel fructuarium & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui iure pignoris possident, competere potest.

Differentia prædiorum rusticorum & urbanorum.

10 Hoc iudicium locum habet in confinio prædiorum rusticorum. urbanorum displicuit. neque enim confines hi, sed magis vicini dicuntur: & ea communibus parietibus plerumque determinantur. & ideo etsi in agris ædificia iuncta sint, locus huic actioni non erit. Et in vrbe hortorum latitudo contingere^h potest, vt etiam finium regundorum agi possit. Siueⁱ via publica interuenit, confinium non intellegitur: & ideo finium regundorum agi non potest:

V. IDEM libro quintodecimo ad Sabinum

Q Via magis in confinio in eo via publica vel flumen sit, quam agervicini.

VI. IDEM libro vicensimo tertio ad Edictum

S Ed si riuus priuatus interuenit, finium regundorum agi potest.

VII. MODESTINVS libro decimo Pandectarum

D E modo^k agrorum arbitri dantur. & is qui maiorem locum in territorio habere dicitur, ceteris qui minorem locum possident, integrum locum adsignare compellitur. idq; ita rescriptum est.

a Hinc Q. F. Labeo arbiter Nelanis & Neapolitanis de finibus agri datus, malitiosè iudicasse dicitur: qui illorum fines ita terminauit, vt quod velicium erat in medio, populo Romano adiudicaret, qui nullum eo loci vicinū fundum possidebat. Cic. l. i. off.

b partes adiudicari, vel, adiudicari fines vel partes

c vnusquisque portionem in fundo habet: quam & pro indiuiso habebat.

d fundum inter se habent, & inter se, sublatum est sequenti membro.

e quæritur an finiu

f si singuli

g confines hic sunt, confinia hæc sunt,

h efficere
i Si verò flumē vel via

k De modo etiam

VIII. VLP IANVS libro sexto Opinionum

SI irruptione fluminis fines agri confudit inundatio, Sideoque vsurpandi quibusdam loca in quibus ius non habent, occasionem præstat, præses prouinciæ alieno eos abstinere, & domino suum restitui, terminosque per mensorem declarari iubet.

De officio iudicis.

Ad officium de finibus cognoscentis pertinet mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium quæstionem vt æquum est, si^a ita res exigit oculisque^b suis subiectis locis.

a & si ita
b oculis etiam

VIII. IULIANVS libro octauo Digestorum

Iudicium finium regundorum manet, quamuis socij communi diuidendo egerint, vel alienauerint fundum.

Iudicium duplex.

X. IDEM libro quinquagesimo primo Digestorum

Iudicium communi diuidendo, familiæ erciscundæ, finium regundorum tale est, vt in eo singulæ personæ duplex ius habeant: agentis,^c & eius quo cum agit.

c & agentis

Census & monumenta.

XI. PAPINIANVS libro secundo Responsorum

IN finalibus quæstionibus vetera monumenta, census auctoritas ante litem inchoatam ordinati sequenda est: modò si non varietate successioinum, & arbitrio possessorum fines additis vel detractis agris postea permutatos probetur.

XII. PAVLVVS libro tertio Responsorum

EOS terminos, quantum ad dominij quæstionem pertinet, obseruari oportere fundorum, quos demonstrauit is qui vtriusque prædij dominus fuit, cum alterum eorum venderet: non enim termini qui singulos fundos separabant, obseruari debent, sed demonstratio ad finium novos^d fines inter fundos constituere^e.

d quæ novos
e constituit.

f in hac actione

XIII. GAIVS libro quarto ad Legem duodecim tabularum

Sciendum est in^f actione finium regundorum illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illicita est: ΕΑΝΤΙΣ ΑΙΜΑΣΙΑΝ ΠΑΡ ΑΛΛΟΤΡΙΩ ΧΩΡΙΩ ΟΡΥΓΗ, ΤΟΝ ΟΡΟΝΜΗ ΠΑΡΑΒΑΙΝΕΙΝ. ΕΑΝ ΤΕΙΧΙΟΝ, ΠΟΔΑ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΟΙΚΗΜΑ, ΔΥΟ ΠΟΔΑΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΑΦΟΝ Η ΒΟΘΡΟΝ ΟΡΥΤΤΗ, ΟΣΟΝ ΤΟ ΒΑΘΟΣ Η, ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΑΠΟΛΙΠΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΦΡΕΑΡ, ΟΡΥΓΙΑΝ. ΕΛΑΙΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΣΥΚΗΝ, ΕΝΝΕΑ ΠΟΔΑΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΛΟΤΡΙΟΥ ΦΥΤΕΥΕΙΝ. ΤΑ ΔΕ ΑΛΛΑ ΔΕΝΔΡΑ, ΠΕΝΤΕ ὀ ΠΟΔΑΣ.

g Sic legitur apud Plur. in Solone & apud P. Harmenop. li. 2. tit. 4. malò Alc. lib. 2. diffinit. c. 6. et l. quinque pedum. C. finium regund. qui in Flouent. ai s lege 860

Causa huius actionis.

GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale

HAE C actio proficiscitur è lege duodecim tabularum. namque coheredibus volentibus à comunione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua^a inter eos res hereditariae distribuerentur. quæ quidem actio nihilo minus ei quoque ipso iure competit qui suam partem non possidet. sed si is qui possidet, neget eum sibi coheredem esse, potest eum excludere per hanc exceptionem, *SI IN EA RE QVA DE AGITVR, PRAEIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT*: quod si possideat eam partem, licet negetur esse coheres, non nocet talis exceptio. quo fit vt eo casu ipse iudex apud quem hoc iudicium agitur, cognoscat an coheres sit. nisi enim^b coheres sit, neque adiudicari quicquam ei oportet, neque aduersarius ei condemnandus est.

^a qui inter^b aut cerè existimetur esse, tamen si non sit. l. cum paratè. inf. c.*Que hereditas diuiditur.*

II. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum

PER familiam erciscundam actionem diuiditur hereditas: siue ex testamento siue ab intestato siue ex lege duodecim tabularum siue ex aliqua lege deferatur hereditas, vel ex senatusconsulto, vel etiam constitutione. & generaliter eorum dumtaxat diuidi hereditas potest, quorum^d peti potest || hereditas. || Si quarta ad aliquem^c ex constitutione Diui Pij adrogatum deferatur, quia hic neque heres neque bonorum possessor fit, vtile erit familiae erciscundae iudicium necessarium.

2 Item si filii familias militis peculium sit, fortius defendi potest, hereditatem effectam per constitutiones: & ideo hoc

3 iudicio locus erit. In familiae erciscundae iudicio vnusquisque

4 heredum & rei & actoris partes sustinet. Dubitandum autem non est, quin familiae erciscundae iudicium & inter pauciores heredes ex pluribus accipi possit.

^c Siue ex alia lege, vt Papia, Poppæa. Inst. de success. libert. §. postea.^d quorum & e ex constitutione diui Pij arrogatum ad aliquem, hæc lectio melior est: nam arrogatio ex constitutione diui Pij non est pr. facta, sed ex ea delata est illi quarta. l. si arrogator. de ad. p. sup. l. Papiianus. §. si quis impubes. sup. de ino. testa. f. hinc iudicio*De debitis & creditis.*

5 In hoc iudicio etsi nomina non veniunt, tamen si stipulationes interpositae fuerint de diuisione eorum, vt stetur ei, & vt alter alteri mandet actiones, procuratoremque eum in suam rem faciat: stabitur diuisioni.

^g rerum, rectior est Flor.

III. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale

PLANE ad officium iudicis nonnumquam pertinet, vt debita & credita singulis pro solido, aliis alia adtribuat: quia saepe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Nec tamen scilicet hæc adtributio illud efficit, vt quis solus totum debeat, vel totum alicui soli debeatur: sed vt siue agendum sit, partim suo partim procuratorio nomi-

nomin-

nomine agat: si ue cū eo agatur, partim suo partim procuratorio nomine conueniatur. Nam licet libera potestas {esse} maneat creditoribus cum singulis experiundi, tamen & his libera potestas est suo loco substituendi eos, in quos onera actionis officio iudicis translata sunt.

Queres diuidantur.

— IIII. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

Ceterę itaque res præter nomina, veniunt in hoc iudicium. Sin autem nomen vni ex heredibus legatum sit, iudicio familię eriscundę hoc heres consequitur. Mala medicamenta & venena veniunt quidem in ^a iudicium, sed iudex omnino interponere se in his non debet: boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet. Tantundem debet facere ||&|| in libris improbatę lectionis, magicis ^b fortè, vel ||his|| similibus: hæc enim omnia protinus corrūpenda sunt.

Sed & si quid ex peculatu vel ex sacrilegio adquæsitum^c erit, vel vi aut^d latrocinio aut adgressura, hoc non diuidetur.

De tabulis & cautionibus.

Sed & tabulas testamenti debet aut apud eum qui ex maiore parte heres est, iubere manere, aut in æde deponi. nam & Labeo scribit, vendita hereditate tabulas testamenti descriptas deponi oportere. heredem enim exemplum debere dare: tabulas verò authenticas ipsum retinere,^e aut in æde deponere.

V. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

SI quæ sunt cautiones hereditarię, eas iudex curare debet, vt apud eum maneant qui maiore ex parte heres sit: ceteri descriptum & recognitum faciant, ^f cautione interposita, vt cum res exegerit, ipsę exhibeantur. Si omnes isdem ex partibus heredes sint, nec inter eos conueniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet: aut ex consensu, vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur: vel in æde sacra deponi debent.

VI. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

NAM ad licitationem rem deducere, vt qui licitatione vicit hic habeat instrumenta hereditaria, non placet neque mihi neque Pomponio.

Res inter alios iudicata.

VII. VENVLEIVS libro septimo Stipulationum

SI heres vnus cum ^g sub conditione adiectum coheredem, Saut apud hostes adiectum {eo} haberet, dixerit se heredem esse, & actione expertus vicerit, deinde condicio heredis extiterit, vel postliminio redierit, an victorię commodum debeat cum eo communicari? nam^h indubitatè iudicati actio ei insolidum competit. & ⁱ electionem coheredi dandam,

fidei est ||

a in hoc iudicium
b *Quænammodū* *Co-*
in a. 116. Apost. c. 19.
multi ex em qui fuer-
ant curiosa festati,
contulerunt libros, et
combusserunt eos cor-
um omnibus.
c quæsitū: *In Flor.*
Legidum, ad quæsitū
d aut clam aut la-
trocinio,

e tenere,

f faciat,

g cum sub condi-
tione, aut apud hos-
tes adiectū cohæ-
redem haberet, di-
xerit se, *al. cum sub*
conditione adiectū
coheredē aut apud
hostes adiectū ha-
beret, dixerit se
h an indubitatè
i & puto electionē

Id est^a aut communicandam^b eam, aut experiundi facien-
dam^c potestatem huic qui post victoriam coheredis effectus
sit heres, aut reuersus sit in ciuitatem. Idemque obseruan-
dum, si postea natus sit postumus: non enim his personis si-
lentium imputari potest, cum ad hereditatem post victoriam
coheredis peruenerint.

De rationibus.

VIII. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

Pomponius scribit, si vni ex heredibus prælegatæ fuerint
rationes, non prius ei tradendas quàm coheredes descripse-
rint. Nam & si seruus actor, inquit, fuerit legatus,^d non a-
liàs eum tradendum quàm rationes reddiderit. Nos videbi-
mus numquid & cautio sit interponenda: vt quotiens desi-
deratæ fuerint rationes, vel actor prælegatus, copia eorum
fiat: plerumque enim authenticæ rationes sunt necessariæ a-
ctori ad instruenda ea quæ postea emergunt ad notitiam eius
spectantia. & necessarium est cautionem ab eo super hoc co-
heredibus præstari. idem || Pomponius. ||

De columbis & aliis huiusmodi.

Pomponius ait, columbas^e quæ emitti solent de colum-
Vario, venire in familiæ herciscundæ iudicium: cum nostræ
sint tamdiu quamdiu consuetudinem habeant ad nos reuer-
tendi. quare si quis eas adprehendisset, furti nobis competit
actio. Idem & in apibus dicitur: quia in patrimonio nostro
computantur. Sed & si quid è pecoribus nostris à bestia ere-
ptum sit, venire in familiæ erciscundæ iudicium putat, si fe-
ram euaserit: nam magis esse, vt non desinat nostrum esse,
inquit, quod à lupo eripitur vel alia Vestia, tamdiu quam-
diu ab eo fuerit consumptum.

VIII. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Veniunt in hoc iudicium res quas heredes vsuceperunt,
cum defuncto traditæ essent. hæ quoque res quæ heredi-
bus traditæ sunt, cum defunctus emisisset:

X. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

Item prædia quæ nostri patrimoniij sunt: sed & vectigalia,
vel superficiaria: nec minus hæ quoque res quas alienas de-
functus bona fide possidet.^f

XI. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Partum quoque editum * & * post aditam hereditatem,

XII. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

ET post litem contestatam Sabinus scribit in familiæ ercisc-
cundæ iudicium venire, & adiudicari posse. Idem erit &
si seruis hereditariis ab extraneo aliquid datum sit.

De re legata sub conditione.

Res quæ sub conditione legata est, interim heredum g est:

&

a Sensus est, aut vi-
torem debere cohe-
redi communicare a-
ctionem indicatina-
tam ex victoria, aut
pro parte eorum ea
experi, & potesta-
tem coheredi facere
experiendi prima
actioni.

b communicandi
c potestatem fa-
ciendi

d prælegatus.

e & columbas

f possidet.

g hereditatis

& ideo venit in familiæ erciscundæ iudicium, & adiudicari potest, cum sua scilicet causa: vt existente condicione eximatur ab eo cui adiudicata est: aut deficiente condicione ad eos reuertatur, à quibus ^a relicta est. Idem & in statulibero dicitur: qui interim est heredum: existente ^b autem condicione ad libertatem perueniat.

a quibus, sequere
Florent. Si enim le-
gas qui ius, manife-
stum mendum est.
b donec existente

XIII. P A P I N I A N V S libro septimo Quæstionum

Alienationes enim post iudicium acceptum interdictæ sunt, du taxat voluntariæ: non quæ vetustiore causam & originem iuris habent necessariam.

XIIII. V L P I A N Y S libro nonodecimo ad Edictum

Sed & si vsucapio fuerit cœpta ab eo qui heres non erat, ante litem contestatam, & postea impléta fuerit, rem de iudicio subducit.

De usufructu.

Vsusfructus an in ^c iudicium deducatur quæritur: vt puta si deducto usufructu fundus fuit *ab* heredibus ^d legatus:

XV. P A V L V S libro vicensimo tertio ad Edictum

Vel si seruo hereditario usufructus legatus sit: nec enim à personis discedere sine interitu sui potest.

XVI. V L P I A N V S libro nonodecimo ad Edictum

ET puto officio iudicis contineri, vt si volent heredes à communione usufructus discedere, morem ^e ei gerat cautionibus interpositis. Iulianus ait, si alij fundum alij vsufructum fundi iudex adiudicauerit, non communicari vsufructum. Vsusfructus & ex certo tempore & vsque ad certum tempus & alternis annis adiudicari potest. Id quod amnis fundo post litem contestatam illuit, ^f æquè venit in hoc iudicium. Sed & si dolo vel ^g culpa quid in vsufructum ab vno ex heredibus factum sit, hoc quoque in iudicium venire Pomponius ait. Nam ^h & ⁱ omnia quæ quis in hereditate dolo aut culpa fecerit, in iudicium familiæ erciscundæ veniunt, sic tamen, si quasi heres fecerit. Et ideo si viuo testatore vnus ex heredibus pecuniam sustulerit, in familiæ erciscundæ iudicium ea non venit: quia tunc nondum heres erat. vbi autem quasi heres fecit, etsi aliam præterea quis actionem habeat, tamen teneri eum familiæ erciscundæ iudicio Iulianus scribit.

De damno dato à coherede.

Denique ^h ait, si vnus ex heredibus rationes hereditarias deleuerit ⁱ vel interleuerit, ^j teneri quidem lege Aquilia, quasi corruerit: non minus autem etiam familiæ erciscundæ iudicio. Item si seruus hereditarius propriam rem heredum vnus subripuerit, Ofilius ait, esse familiæ erciscundæ actionem, & communi diuidendo. furtique actionem

e in hoc iudicium
d De iratha particu-
la, ab, magnam pepe-
verat hic absurditas,
quæ restituta ex P. d.
Flor. lucem quoque
restituât Accur.

e morem eis,

f alluit, quod restituit
est: vide tamen, ne le-
gatum sit attulit, vt
d. ad d. S. præterea.
inf. de acq. rer. dom.
g. S. præterea. inf. de
re diuis. duriuscu-
lum enim est alluit.
g & culpa

h Idemque

nem cessare. Quare agentem familiae erciscundae iudicio con-
secuturum, ut aut ei seruus adiudicetur, aut litis aestimatio
in simplum offeratur.

XVII. GAIUS libro septimo ad Edictum Prouinciale

D Amno commissio ab vno herede, conueniens ^a est dice-
re, simpli habendam aestimationem in familiae erciscun-
dae iudicio.

XVIII. VLPPIANVS libro nonodecimo ad Edictum

H Is consequenter Iulianus ^b ait, si ex pluribus heredibus
vni seruus sit generaliter per optionem legatus, & here-
des Stichum tabulas hereditarias interleuisse dicant vel cor-
rupisse, & propter hoc renuntiauerint, ne optaretur seruus,
deinde optatus vindicetur, poterunt, si eis vindicetur, doli
mali exceptione uti: & de seruo quaestione habere.

Quaestio de morte defuncti.

- 1 Sed an in familiae erciscundae iudicium de morte testa-
toris vel de morte uxoris liberorumque suorum habebunt quaes-
tionem heredes, quaeritur: & rectissime Pomponius ait, haec
ad diuisionem rerum hereditariarum non pertinere.

Voluntas defuncti.

- 2 Idem ^c quaerit, si quis testamento cauerit, ut seruus ex-
portandus veniat, officio familiae erciscundae iudicis conti-
neri, ut voluntas defuncti non intercitat. Sed & cum mo-
numentum iussit testator fieri, familiae erciscundae agent ^d ut
fiat. Idem tamen temptat, quia heredum interest quos ius mo-
numenti sequitur, praescriptis verbis posse eos experiri, ut
monumentum fiat.

Vsura sumptuum.

- 3 Sumptuum quos vnus ex heredibus bona fide fecerit,
vsuras quoque consequi potest a coherede ex die morae se-
cundum rescriptum Imperatorum Seueri & Antonini.

Solutio debitorum.

- 4 Celsus etiam illud eleganter adicit, coheredem, etsi non
soluit, habere familiae erciscundae iudicium, ut cogatur coheres
soluere: cum aliàs non sit liberaturus rem creditor, nisi inso-
lidum ei satisfiat. Si filius familias patri ^e heres pro parte
extitisset, & a creditoribus peculiaribus conueniretur: cum
paratus sit soluere id omne quod debetur, per doli exceptio-
nem consequetur a creditoribus mandari sibi actiones. sed
etiam familiae erciscundae iudicium cum coheredibus habet.

- 6 Cum ^f vnus ex heredibus legatum exsoluit ei qui missus
fuerat in possessionem legatorum seruandorum causa, pu-
tat Papinianus, & verum est, familiae erciscundae iudicium
ei competere aduersus coheredes: quia non aliàs discederet le-
gataris ^h a possessione quam vice pignoris erat consecutus,
quam

^a conueniens esse
dicitur, id est, si aga-
tur famil. ercisc. iu-
dicio. Nam si lege
Aquila duplum con-
sequitur alior. Hoc
pestius l. ist. veniit.
S. cum praediximus
de pes. hered.
^b ut Iulianus

^c Idemque ait

^d agerit: Quod si
heredes sese minus
non cogant, pontifica
li auctoritate com-
pelluntur ad obse-
quium suprema vo-
luntati. l. hereditaria
sup. de pes. her.

^e cum p. mil

^f sed & cum

quàm si totum *¶* ei *¶* legatum fuisset exsolutum. Sed & si quis Titio debitum soluerit, ne pignus veniret, Neratius scribit, familiæ erciscundæ iudicio eum posse experiri.

XVIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale

Item ex diuerso similiter prospicere iudex debet, vt quod vnus ex heredibus ex re hereditaria percepit, stipulatûsue est, non ad eius solius lucrum pertineat. Quæ ita scilicet confuetur iudex, si aut reputationes inter eos fecerit, aut *¶* si *¶* curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda & incommoda.

De collatione dotis.

XX. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

Si filia nupta quæ dotem conferre debuit, per errorem coheredum ita cauit, vt quod à marito reciperasset, pro partibus hereditariis solueret, nihilo minus arbitrum familiæ erciscundæ sic arbitraturum Papinianus scribit, vt etiam si constante matrimonio ipsa diem suum obierit, conferatur dos. nam imperitia, inquit, coheredum iurisdictionis formam mutare non potuit. Si filius familias iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere. sed & si in rem patris vertit, idem placet. & si de peculio, peculium præcipiet^a, & ita Imperator noster rescripsit. Hoc amplius filius familias heres institutus dotem vxoris suæ præcipiet, nec immeritò: quia ipse onera matrimonij sustinet. integram igitur dotem præcipiet: & cauebit defensum iri coheredes qui ex stipulatu possunt conueniri. idem *¶* & *¶* si alius dotem dedit, & stipulatus est. nec solùm vxoris suæ dotem, sed etiam filij sui vxoris: quasi hoc^b quoq; matrimonij onus ad ipsum spectet: quia filij onera & nurus ipse adgnosceret necesse habet. Præcipere autem non solùm patri datam dotem filium oportere, verum etiam ipsi^c filio Marcellus scribit: sed filio datam tamdiu quamdiu peculium patitur, vel in rem patris versum sit.

Diuisio facta à patre.

Si pater *†* in filios sine scriptura bona diuisit, & onera æris alieni pro modo possessionum distribuit, non videri simplicem donationem, sed potius supremi iudicij diuisionem Papinianus ait. Planè, inquit, si creditores eos pro portionibus hereditariis conueniant, & vnus placita detrectet, posse cum eo præscriptis verbis agi. quasi certa lege permutationem fecerint: scilicet si omnes res diuisæ sint. Familiæ erciscundæ iudicium amplius quàm semel agi non potest, nisi causa cognita^d, quod si quædam res indiuisæ relictæ sunt, communij diuidundo de his agi potest^e.

a præcipit

b huius quoque

c ipsius

† inter

d *Causa iusta, in qua querenda erant se Acc. traditur in l. tres fratres, sup. de pat.*

e *Hæreditate tamen consensu coheredum diuisa, hoc iudicio agi potest l. 2. C. eo.*

Onus æris alieni.

5 Papinianus ait, si vni ex heredibus onus æris alieni iniungitur citra speciem legati, officio iudicis familiæ erciscundæ cognoscentis suscipere eum id oportere: sed non vltra dodrantem portionis suæ, vt quadrantem illibatum habeat. indemnis^a igitur coheredes suos prætare cauebit.

a indemnes

Præceptio.

Idē scrivit & si filius in muneribus publicis in quibus pater ei consentit, reliquatus^b est, & pro parte heres scriptus est, hoc quoq; debere præcipere: quia & hoc patris æs alienū fuit. sed si qua munera post mortem patris suscepit, ab his heredes patri soluti sunt. Neratius autē respondit^c, eum qui plures filios haberet, vnum ex filiis ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑΝ^d suscepturum professum esse: & prius quàm honore fungeretur mortuum esse, omnibus filiis heredibus institutis: & quantum esse, an is filius quod in eam rem impendisset, familiæ erciscundæ consequatur. || eiq; || respōdissē nulla actione idē^e consequi posse. quod meritō displicet. debet itaque hoc in familiæ erciscundæ iudicium venire. Item Papinianus scribit, si maritus alterum ex heredibus onus dotis soluendæ quæ in stipulationem venit, suscipere iussit, & mulier aduersus vtrumque dirigat dotis petitionem, coheredem esse defendendū ab eo qui suscipere onus iussus est. Sed legata quæ ab vtroque pro dote data, electa dote retinentur, in cōpendio coheredis || esse || qui debito leuatur, nō oportet. videlicet vt coheres qui onus æris alieni suscepit, officio iudicis legatum consequatur: & verum est hoc, nisi aliud testator edixit. Idem scribit, quod vni ex coheredibus statuliber conditionis implendæ nomine dedit de peculio, in hoc iudicium non venire, nec communicari debere.

b obligatus

c reculit,
d Τὴν ἀρχὴν τῆς
γυμνασίου: inselli-
git agnothesia muer-
nus, de quo Alcim. 1.
parerg. c. 22.
e id consequi

XXI. PAVLVVS libro vicensimotertio ad Edictum

I Dem & ^f in communi diuidundo.

f est &

De thesauro.

XXII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum

I Tem Labeo scribit, si vnus heredum thesaurum relictum à testatore effodit, familiæ erciscundæ iudicio eum teneri, & si cum extraneo conscio partitus sit.

Adiudicatio.

1 Familiæ^g erciscundæ iudex || ita || potest pluribus eandem rem adiudicare, si aut pluribus fuerit vnus rei præceptio relictæ. vbi etiam necessitatem facere Pomponius scribit, vt pluribus adiudicetur: vel si certam partem vnicique coheredum adsignet: sed potest etiam licitatione admissa vni rem adiudicare. Sed & regionibus diuisum fundum posse adiudicare secundum diuisionem, nemo dubitauerit. Sed

g item familiæ

etiam cum adiudicat, poterit imponere aliquam seruitutem, ut alium alij seruum faciat ex Is quos adiudicat. sed si pure alij^a adiudicauerit fundum, alium adiudicando amplius seruitutem imponere non poterit.

a alium

Præstationes.

Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus cõstat: id est rebus atque præstationibus: que sunt personales actiones. Papinianus de re quæ apud hostes est, Marcellum reprehendit, quod non putat in præstationes^b eius rei venire in familiæ erciscundæ iudicium quæ apud hostes est: quid^c enim impedimentum est rei præstationem venire, cum & ipsa veniat

b inter præstationes
c quod enim

XXIII. PAVLVVS libro vicesimo tertio ad Edictum

Propter spem postliminij? scilicet cum cautione: quia possunt non reuerti. nisi si tantum æstimatus sit dubius euentus.

XXIII. VLPPIANVS libro nonodecimo ad Edictum

Sed & eius rei quæ in rebus humanis esse desiit, veniunt præstationes. & ego Papiniano consentio.

Inter quos locum habeat hoc iudicium.

Familiæ erciscundæ iudicium & inter bonorum possessores, & inter eum cui restituta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto, & ceteros honorarios successores locum habet.

XXV. PAVLVVS libro vicesimo tertio ad Edictum

Heredes eius, qui apud hostes decessit, hoc iudicium^d experiri possunt. Si miles alium castrensiū alium ceterorum bonorum heredem fecerit, non est locus familiæ erciscundæ iudicio: diuisum est enim per constitutiones inter eos patrimonium. quemadmodum cessat familiæ erciscundæ iudiciū, cū nihil in corporibus, sed omnia in nominibus sunt.^e

d hoc iudicio

Quantum verò ad accipiendum familiæ erciscundæ iudiciū, nihil interest possideat quis hereditatem nec ne.

Vna actio de pluribus rebus.

De pluribus hereditatibus quæ inter eosdem ex diuersis causis communes sint, vnum familiæ erciscundæ iudicium sumi potest. Si inter me & te Titiana hereditas communis sit, inter me autem & te Titium Seiana, posse vnum iudicium accipi inter tres Pomponius scribit. Item si plures hereditates inter nos communes sunt, possumus de vna familiæ erciscundæ iudicium^f experiri. Si testator rem communem cum extraneo habebat, siue rei suæ partem alicui legauit, aut^g heres ante iudicium familiæ erciscundæ acceptum partem suam alienauit, ad officium iudicis pertinet, ut eam partem quæ testatoris fuit, alicui iubeat tradi.

Quid veniat in hoc iudicium.

Quod pro emptore vel pro donato, puta, coheres possidet,

6
in

e Nomina enim, id est, debita ipso iure diuisa sunt, quo actiones hereditariae pro portionibus hereditariae in heredes transferruntur: nec manent communes, ut corpora, quæ per iudicem in partes diuisas distribuuntur: cum non nisi per partes pro indiuiso in heredes ipso iure transferantur. l. ea, qua. C. eod. l. non possumus. sup. Si pars hered. pet. Baro in manualibus.
f iudicio experiri.
g siue hæres

in familiae erciscundae iudicium venire negat Pomponius.

7 Idem scribit, cū ego & tu heredes Titio exitissemus, si tu partem fundi quem totum hereditarium dicebas^a, à Sempronio petieris, & victus fueris, mox eandem partem à Sempronio emero, & traditus mihi fuerit, agēte te familiae erciscundae iudicio, non veniet^b non solum hoc quod pro herede possidetur, sed nec id quod pro emptore: cum enim per iudicem priorem apparuit, totam non esse hereditatis, quē admodum in familiae erciscundae iudicium veniat?

^a dicebat, à Semp.

^b non solum non veniet

De iis, quae diuisionem non recipiunt.

8 An ea stipulatio qua singuli heredes in solidum habent actionem, veniat in hoc iudicium, dubitatur: veluti si is qui viam, iter, actus stipulatus erat, decesserit: quia talis stipulatio per legem duodecim tabularum non diuiditur: quia nec potest: sed verius est non venire eam in iudicium, sed omnibus in solidum competere actionem. & si^c non praestetur via, pro parte hereditaria condemnationem fieri oportet.

^c Sed & si

9 Contra si promissor viae decesserit pluribus heredibus institutis, nec diuiditur obligatio, nec dubium ||est|| quin daret: quoniam viam promittere^d & is potest qui fundum non habet: igitur quia singuli in solidum tenentur, officio iudicis cautiones interponi debere, vt si quis ex his conuentus litis aestimationem praestiterit, id pro parte à ceteris consequatur. Idem dicendū est & si testator via legauerit. In illa quoque stipulatione prospiciendum est coheredibus, si testator promiserat, NEQVE PER SE NEQVE

^d Et tenetur actione personali ex stipulatione, ad id quod inter est, si viam praestare non possit. non est contraria l. 1. com. praed. sup. vt creditur. Accur. in qua diuersa species tractatur.

10 PER HEREDEM SVVM FIERI QVO MINVS IRE AGERE POSSIT: quoniam vno prohibente, in solidum committitur stipulatio: ne vnus factum ceteris damnosum sit. Idem iuris est in pecunia ||promissa|| à testatore, si sub poena promissa sit: nam licet haec obligatio diuidatur per legem duodecim tabularum, tamen quia nihilum^e prodest ad poenam euitandam partem suam soluere, siue nondum soluta est pecunia, nec dies venit, prospiciendum est per cautionem, vt de indemnitate caueat per quem factum fuerit ne omnis pecunia solueretur: aut vt caueat, se ei qui solidum^f soluerit, partē praestaturum: siue etiam

^e nihil prodest

11 § soluit vnus vniuersam pecuniam quam defunctus promittit ne poena committeretur, familiae erciscundae iudicio à coheredibus partes recipere poterit. Idem obseruatur in pignoribus †soluendis: nam nisi vniuersum quod debetur

^f in solidum
^g iam soluit

12 offerretur, iure pignus creditor vendere potest. Si vnus ex coheredibus noxali iudicio seruum hereditarium defenderit, & litis aestimationem optulerit, cum hoc expediret, id pro parte hoc iudicio consequatur. Idem est & si vnus legatorum

† lucendis

nominecauerit, ne in possessionem mitterentur. & omnino quæ pro parte expediri non possunt, si vnus cogente necessitate fecerit, familiæ eriscundæ iudicio locus est.

De dolo, & culpa.

Non tantum dolum, sed & culpam in re hereditaria præstare debet coheres : quoniam cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum. non tamen diligentiam præstare debet, qualem diligens paterfamilias : quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi : & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit . talem igitur diligentiam præstare debet, qualem in suis rebus . Eadem sunt, si duobus res legata sit : nam & hos coniunxit a T societatem non consensus, sed res. Si incerto homine legato, & postea defuncto legatario aliquis ex heredibus legatarij non consentiendo impedierit legatum, is qui impedit, hoc iudicio ceteris quanti interficit eorum damnabitur. Idem a est si è contrario vnus ex heredibus, à quibus generaliter homo legatus est quem ipsi elegerint, noluerit consentire vt præstetur quem solui omnibus expediebat : & ideo conuenti à legatario iudicio, pluris damnati fuerint. Item culpæ nomine tenetur qui cum ante alios ipse adisset hereditatem, seruitutes prædiis hereditariis debitas passus est non vtendo amitti. Si filius cum patrem defenderet, condemnatus soluerit vel viuo eo vel post mortem, potest æquius dici, habere petitionem b à coherede in familiæ eriscundæ iudicio. Iudex familiæ eriscundæ nihil debet indiuisum relinquere . Item curare debet vt de euictione caueatur his quibus adiudicat. Si pecunia quæ domi relicta non est, per præceptionem relicta sit, vtrum vniuersa à coheredibus præstanda sit, an pro parte hereditaria, quemadmodum si pecunia in hereditate relicta esset, dubitatur. & magis dicendum est vt id præstandum sit, quod præstaretur, si pecunia esset inuenta.

XXVI. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

Officio autem iudicis conuenit, iubere rem hereditariam venire vnâ pluresue : pecuniamque ex pretio redactam ei numeraricui legata sit.

Res iudicata pro parte valere non potest.

XXVII. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

In hoc iudicio condemnationes & absolutiones in omnium persona faciendæ sunt : & ideo si in alicuius persona omiſsa sit damnatio, in ceterorum quoque persona quod fecit iudex non valebit : quia non potest lex vno iudicio res iudicata in partem valere, in partem non valere.

XXVIII. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

Rem pignori creditori datam si per præceptionem legauerit

a Idem etiam & si

b cum repetitione

c Qui quidem hoc iudicio egriunt : nam aliquos tantum ex co heredibus, nō autem omnes agere posse hoc iudicio constat. l. 2. §. dubitandum, supra cit.

rit

rit testator, officio iudicis continetur, vt ex communi pecunia luatur^a: eamque ferat is cui eo modo fuerat legata.

a solnatur⁹

De re pignori data.

xxviii. PAVLVVS libro vicenlimo tertio ad Edictum

SI pignori res data defuncto sit, dicendum est, in familiae erciscundae iudicium venire: sed is cui adiudicabitur, in familiae erciscundae iudicio pro parte coheredi erit dammandus. nec cauere debet coheredi indemnem eum fore aduersus eum qui pignori dederit: quia pro eo erit^b ac si hypothecaria vel Seruiana actione petita litis aestimatio oblata sit: vt & is qui optulerit, aduersus dominum vindicantem exceptione tuendus sit. Contra quoque si is heres cui pignus adiudicatum est, velit totum reddere^c, licet debitor nolit, audiendus est. Non idem dici potest, si alteram partem creditor emerit: adiudicatio enim necessaria est, emptio voluntaria: nisi si obiciatur creditori, quod animose licitus^d est. sed huius rei ratio habebitur: quia quod creditor egit, pro eo habendum est ac si debitor per procuratorem egisset: & ^e eius quod propter necessitatem^f impendit, etiam vltro^g est actio creditori.

b dedit

c reddi

d licitatus

e vt & eius
f necessitatem vel
vltro impendit,
g sit actio credito-
ri: magis placet Flor.
cuius sensus est, ne-
cessariae impense no-
mine creditoris ex par-
te sua agere posse.
h & pupillae
i veritate partibus,
Relius est.
k puellae ibi

De loco religioso.

xxx. MODESTINVS libro sexto Responsorum

FVndus mihi communis est pupillae^h coheredi: in eo fundo reliquiae sunt conditae, quibus religio ab vtriusqueⁱ partibus debebatur: nam parentes quoque eiusdem pupillae^k ibi sepulti sunt: sed tutores distrahere fundum volunt: ego non consentio: sed portionem meam possidere malo, cum vniuersitatem emere non possim, & velim pro meo arbitrio exsequi ius religionis: quæro an rectè arbitrum communi diuidendo ad hunc fundum partiendum petam: an etiam is arbiter qui familiae erciscundae datur, isdem partibus fungi possit, vt hanc possessionem exemptis^l ceteris corporibus hereditariis, pro iure cuique nobis partiatur. Herennius Modestinus respondit, nihil proponi cur familiae erciscundae iudicio adiectus^m arbiter officium suum etiam in eius fundi de quo agitur, diuisionem interponere non possit: sed religiosa loca in iudicium non deduci, eorumque ius singulis hereditibus in solidum competere.

l exceptis cæteris

m aditus arbiter

xxxxi. PAPINIANVS libro septimo Quaestionum

SI seruus pignori obligatus luatur ab vno ex heredibus, qua nuius postea decedat, officium tamen arbitri durat: sufficit enim communionisⁿ causa quæ præcessit, quæque odie^o duraret, si res non intercidisset.

n communis
o hodie

Diuisio facta à patre.

XXXII. IDEM libro secundo Responsorum

QVæ pater inter ^a filios non diuisit, post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro hereditaria portione pertinent: modò si cetera quæ non diuisit, in vnum generaliter non contulit, vel res datas non sequuntur.

XXXIII. IDEM libro septimo Responsorum

SI pater familias singulis heredibus fundos legando diuisionis arbitrio fungi voluit, non aliter partem suam coheres præstare cogetur quàm si vice mutua partem nexu ^b pignoris liberam consequatur.

Æstimatio quæ fit tempore diuisionis, non facit emptionem.

XXXIII. IDEM libro octauo Responsorum

Seruos inter coheredes tempore diuisionis æstimatos, non emendi sed diuidendi animo pretiis adscriptos videri placuit: quare suspensa condicione mortuos tam heredi quàm fideicommissario deperisse.

XXXV. IDEM libro duodecimo Responsorum

Pomponius Philadelphus dotis causa prædia filia, quam habebat in potestate, tradidit: & reditus eorum genero solui mandauit: an ea præcipua filia retinere possit, cum omnes filios heredes instituisset, quærebatur ^c. iustam causam retinendæ possessionis habere filiam, quoniam pater prædia de quibus quærebatur, dotis esse voluit, & matrimonium post mortem quoque patris steterat, respondi: filiam etenim quæ naturaliter agros tenuit, specie dotis cuius capax fuisset defendi.

Diuisione facta per iudicem cum opinato heredem, non est locus repetitioni.

XXXVI. PAVLVS libro secundo Quæstionum

CVM putarem te coheredem meum esse, idque verum non esset, egi tecum familiaris eriscundæ iudicio, & à iudice inuicem adiudicationes & condemnationes factæ sunt: quero, rei veritate cognita vtrum condictio inuicem competat, an vindictio: & an aliud in eo qui heres est, aliud in eo qui heres non fit, dicendum est. respondi, qui ex assè heres erat, si cum putaret se Titium coheredem habere, acceperit cum eo familiaris eriscundæ iudicium, & condemnationibus factis soluerit pecuniam, quoniam ex causa iudicati soluit, repetere non potest. Sed tu videris eo moueri, quòd non est iudicium familiaris eriscundæ nisi inter coheredes acceptum: sed quamuis non sit iudicium, tamen sufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis se putat condemnatum. Quòd si neuter eorum heres fuit, sed quasi heredes essent, acceperint familiaris eriscundæ iudicium, de repetitione idem in vtrisque dicendum est quod diximus in altero ^d. Planè si sine iudice diuise-

^a in filios^b à nexu^c quæretur.

^d supra in altero: supra redudat: & altero, missa elegans est quàm altero.

diuiferint res, etiam condictionem^a earum rerum, quæ ei ceſſerunt quem coheredem eſſe putaBit^b qui fuit heres, competere dici poteſt: non enim tranſactum inter eos intelligitur, cum illi coheredem eſſe putauerit.

XXXVII. SCAEVOLA libro duodecimo Quæſtionum

Q Vi familiæ erciſcundæ iudicio agit, non conſitetur aduerſarium ſibi eſſe coheredem.

XXXVIII. PAVLVS libro tertio Reſponſorum

L Vcius & Titia fratres emancipati^c à patre, adulti^d curatores acceperunt: hi communes pecunias ex reditibus redactas ſingulis ſubmiſtrauerunt: poſtea ſomne^e patrimonio diuiferunt: & poſt diuiſionem Titia ſoror Lucio fratri ſuo cœpit quæſtionem mouere, quaſi amplius accepiffet quàm ipſa acceperat: cum Lucius frater eius non amplius ſua portione, immo minus quàm dimidiam^e conſecutus fit: quero, an Titie competat aduerſus fratrem actio. Paulus reſpondit, ſecundum ea quæ proponuntur. ſi Lucius non amplius ex reditu prædiorum communium accepit quàm pro hereditaria portione ei competeret, nullam ſorori eius aduerſus eum competere actionem. idem reſpondit, cum ex decretis alimentis à prætore amplius fratrem accepiffet diceretur quàm ſororem: non tamen ultra partem dimidiam.

Sumptuum ratio in hoc iudicio.

XXXVIII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum

E X parte heres inſtitutus cauſam de totis bonis, quam omnes heredes patiebantur^f ob inultam^f mortem, ſuſcepit, & optinuit. coheres ab eo partem ſuam petebat, nec partem ſumptuum factorum in litem præſtare volebat: quæſitum eſt, an doli exceptio noceret. reſpondi, ſi idcirco amplius erogatum eſſet, quòd ipſius quoque cauſa deſenſa eſſet, habendam rationem ſumptuum. Sed & ſi omiſerit doli exceptionem, agere poteſt de recipienda portione ſumptuum.

Species, in qua dos non conſertur ex voluntate deſuncti.

1 Inteltatò moriens codicillis prædia ſua omnia & patrimonium inter libros diuiſit: ita vt longè amplius filio quàm filiæ relinqueret: quæſitum eſt, an ſoror fratri dotem comferre deberet. reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ſi nihil indiuiſum reliquiſſet, rectius dici ex voluntate deſuncti

2 collationem dotis ceſſare. Seruo^g libertatem dedit qui erat annorum quindecim, cum erit annorum triginta: eidem ex die mortis ſuæ quoad uiueret ciVariorum nomine denarios denos, veſtiarij, denarios viginti quinque^h præſtari ſe velle ſignificauit. quæſitum eſt, an vtile eſſet ciVariorum & veſtiariorum legatum, cum Stichus ante libertatis tempus deceſſerit. & an ſi non eſt vtilis, heres qui præſtiterat, à coherede

2 o iij

repetere

a etiam conditio est

b eſſe putauerint, & reliqua huius legis verba deſunt in aliis codicibus: que tamen oſiſſa nō ſunt. Vide Alc. lib. 1. diſput. c. 2.

c & emancipati
d & adulti

e dimidia

f Deſunt hæc verba, que non eſſe oſioſa, nec rectè expōſita puſo: continet enim iſtam cauſam hereditatis ab hereditibus auferēda. l. heredem de his, que, vt ind. aufer.

g Stichus

h vicenos quinos

repetere possit, apud quem morabatur, respondi, non quidem debita fuisse: sed si id quod darum est in alimenta, consumptum sit, repeti non posse.

Frater fratri coheredi debita non imputat.

Filius reipublicæ debita quæ post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hereditaria reputare non potest, si non in omnibus socij essent: licet hereditatem paternam communem haberent, & pater pro altero filio in patria magistratu a functus decessit.

a magistratu auctus

De prælegato.

Duos filios scripsit heredes, & certos homines vnicuique eorum prælegauit, in quibus vni Stephanum cum peculio: is viuo testatore manumissus decessit: deinde pater: quæsitum est, an id quod in peculio habuit Stephanus prius quam manumitteretur, ad utrosque filios pertineat, an verò ad eum solum cui cum peculio prælegatus fuerat, respondi, secundum ea quæ proponerentur, ad utrosque^b. Pater † in 5 filios diuisit bona, & eam diuisionem testamento confirmauit: & cauit vt es alienum quod vnusquisque eorum habet siue habebit, solus sustineret: postea vnus ex filiis cum pecunia Mutuaretur, interuenit pater: eiusque cōsensu prædia quæ filio adsignauerat, pignori data sunt: post mortē patris eadē prædia idem filius possedit: vsuras soluit: quero an familiæ erciscunde iudicio, si prædia pignori data distrahat creditor, aliquid ei a coherede præstandum sit: respondi, secūdum ea quæ proponerentur, non c esse præstandum.

f ad utroque pertinere: glossa est, pertinere.
† inter

e nihil esse

De fidei commissario.

X L. G A I V S libro secundo Fideicommissorum

S I ex affe heres institutus rogatus sit mihi partem aliquam restituere, veluti dimidiam, vtile familiæ erciscundæ iudicium rectè inter nos agetur.

Diuisio alimentorum nulla.

X L I. P A V L V S libro primo Decretorum

Q Vædam mulier^d ab iudice appellauerat, quòd diceret eum de^e diuidenda hereditate inter se & coheredem non tantum res, sed & liberos diuisisse: & alimenta quæ dari testator certis libertis iussisset: nullo enim iure id eum fecisse. Ex diuerso respondebatur, consensisse eos diuisioni: & multis annis alimenta secūdum diuisionem præstitisse. Placuit standum esse alimentorum præstationi. sed & illud adiecit, nullam esse libertorum diuisionem.

X L I I. P O M P O N I V S libro sexto ad Sabinum

S I ita Legatum fuerit vni ex heredibus, Q V O D M I H I D E B E T, P R A E C I P I T O, officio iudicis familiæ erciscundæ coninetur, ne ab eo coheredes exigant. nam & si quod alius deberet,

d Camelia Pia ab Hermogene, vt constat ex l. vlt. de iur. patr. inscriptio enim et res ipsa ostendit, eandem speciem utroque loco tractari.

e in diuidenda

deberet, præcipere vnus iussus fuerit, officio iudicis actiones ei præstari debebunt pro portione coheredis.

Vnus heredum rectè prouocat alios ad diuisionem.

XLIII. VLP IANVS libro trigensimo ad Sabinum

Arbitrum^a familiae erciscundæ vel vnus petere potest. nam ^a arbitrium
prouocare apud^b iudicem vel vnum heredem posse pa- ^b ad iudicem
lam est. igitur & præsentibus ceteris & inuitis poterit vel
vnus arbitrum^c poscere. ^c arbitrium

Communi diuidendo.

XLIIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum

Inter coheredes etiam communi diuidendo^d agi potest, vt ^d diuidendo iudi-
res^e dumtaxat quæ eorum communes sint, & causæ ex his ^e vt ex res
rebus pendentes in iudicium veniant. de ceteris verd in inte-
gro^f sit familiae erciscundæ iudicium. ^f integre sit: hæc le-
gitio iustitia est. itaque
nonnulli legunt inte-
grum sit, mihi placeat
Florens. quod in verum
stissimo libro reperia-
tur.

Adiudicatio.

- 1 Si familiae erciscundæ, vel communi diuidendo actum sit, adiudicationes prætor tuetur, exceptiones aut actiones dan-
- 2 do. Si coheredes absente vno coherede rem vendiderunt, & in ea re dolo malo fecerunt quo plus ad eos perueniret, vel familiae erciscundæ iudicio præstabunt ei qui afuit, vel hereditatis petitione.

De fructibus.

- 3 Fructus quos ante aditam hereditatem ex fundo hereditario heres capit, non aliter familiae erciscundæ iudicio^g præstare cum Iulianus ait, quàm si cum scire hereditarium fundum esse ceperit^h

Iudicium duplex.

- 4 Qui familiae erciscundæ, & communi diuidendo, & finium regundorum agunt, & actores sunt & rei. ¶ & ideo iurare debent non calumniæ causa litem intendere, ¶ & non calumniæ causa adⁱ infitias ire.

An aduersus coheredem detur repetitio.

- 5 Quod ex facto suo vnus ex coheredibus ex stipulatione hereditaria præstat, à coherede non repetet: veluti si à se heredéque suo dolum malum afuturum defunctus spondit: vel neque per se neque per heredem suum fore quominus quis eat agat. immo & si^k reliqui propter factum vnus teneri cœperint, quasi^l condicio stipulationis hereditariæ exstiterit, habebunt familiae erciscundæ iudicium cum eo propter què
- 6 commissa sit stipulatio. Si quis stipulatus fuerit, Titium heredemque eius ratum habiturum, & Titius pluribus heredibus relictis decesserit, eum solum teneri qui non habuit ratum. & ^m solum ex heredibus stipulatoris acturum à quo
- 7 fuerit petatum. Vt usufructu vxori legato donec ei dos soluat, per arbitrum familiae erciscundæ tam id quod cohere-

^g Directo: nam vtili præstare debet exem-
plis eius, qui bona fide
hereditatem possedit
l. sed & si lege. s. per.
& vlt. s. supra de pet.
hæc. Arx.
h esse eos perceperit.
Sequitur Flor.
quod paulo ante ita
locutus sit Paulus.
i Deest, & rectè: vix
enim Latini auctores
hanc præpositionem ad-
dunt.

^k imo si
liqua condicio

^m & eum solum

a recuperari

dis nomine ex dote solutum fit recipere ^a potest¹, quam vt coheres soluat, effici posse Cassius ait. & verum est.

Si duo coheredes damnati sint statuam ponere, & altero cessante alter eam fecerit, non esse iniquum Iulianus ait, familiae eriscundae iudicium dare ^b, vt pars impendiorum boni viri arbitrato praestetur.

b dari

XLV. POMPONIUS libro tertiodecimo ad Sabinum

c si id quod

SI ^c quid contendis ex hereditate mihi tecum commune esse, quod ego ex alia causa meum proprium esse dico, id in familiae eriscundae iudicium non venit. Dolus quem seruus heredis admisit, iniudicium familiae eriscundae non venit^d: nisi si domini culpa in hoc erat, quod ^e non idoneum seruum rei communi applicuerit.

d Hoc enim iudicio non venit qui de eo, quod praestitit, ergo non de dolo serui sine ulla sua culpa commissio. l. qui heres erat, infra.
e qui non

Præceptio dotis.

XLVI. PAULVS libro septimo ad Sabinum

f actio pendet

SI maritus sub conditione à patre ^h heres ⁱ institutus sit, interrim vxoris de dote actione ^f pendere. Planè si post mortem fo-ceri diuortium factum sit, quamuis pendente conditione institutionis, dicendum est præceptioni ^l dotis ^l locum esse: quia mortuo patre quaedam filios sequuntur, etiam antequam fiant heredes: vt matrimonium, vt liberi, vt tutela. igitur & dotem præcipere debet qui onus matrimonij post mortem patris sustinuit: & ita Scaeuolae quoque nostro visum est.

Pendente hoc iudicio, heredes agunt pro sua quisque parte.

XLVII. POMPONIUS libro vicesimo primo ad Sabinum

IN iudicio familiae eriscundae vel communi diuidendo, si dum res in arbitrio sit, de iure praedij controuersia sit, placet omnes eos inter quos arbiter sumptus sit, & agere & opus nouum nuntiare pro sua quemque parte posse. & cum adiudicationes ab arbitro fiant, si vni adiudicetur totus fundus, caueri oportet vt quae ex his actionibus recepta fuerint reddantur: aut quae in eas impensae factae fuerint praestentur. & si cum res in iudicio esset, eo nomine actum non fuerit, eum sequi ^g integram actionem, cui totus fundus ^l adiudicatus fuerit: ^l aut pro quacumque parte adiudicatus erit. Item quae res moueri possint, & in ea iudicia veniant, si interea subrepte sint, furti agere eos quorum istae res periculo fuerunt posse.

g consequi

De pluribus heredibus vnius ex litigatoribus mortui.

XLVIII. PAULVS libro duodecimo ad Sabinum

SI familiae eriscundae vel communi diuidendo vel finium regundorum actum sit, & vnus ex litigatoribus decesserit pluribus heredibus relictis, non potest in partes iudicium scindi. sed aut omnes heredes accipere id debent, aut dare vnū pro cura-

curatorem, in quem omnium nomine iudicium agatur.

De alienatione necessaria.

XLVIII. VIPIANVS libro secundo Disputa-
tionum

Quierat heres ex parte institutus, testatorem^a iussus à præ-
tore sepelire, seruum cui erat testamento data libertas,
ideo distrahit, duplãmque promissit: & ex ea cautione cõuē-
tus præstitit, quæritum est an familiae erciscundæ iudiciõ con-
sequatur quod ex duplæ stipulatione abest. primò videamus
an hic debuerit duplãm^b cauere. & mihi videtur non debui-
se. hienim demum ad duplæ cautionem compelluntur, qui
sponte sua distrahunt. ceterum si officio distrahentis fungi-
tur^c, non debet^d adstringi. non magis quàm si quis ad exte-
quendã sententiam à prætore datus distrahat. nam & hic in
ea condicione est, ne cogatur implere quod coguntur hi qui
suo arbitrio distrahunt. nam inter officium suscipientis^e &
voluntatem distrahentis multũ interest. quapropter re qui-
dem integra stipulationem duplæ interponere non debuit.
sed decernere prætor debet, esse factori aduersus heredem exi-
stentem actionem ex empto, si res distracta fuisset euiçta. si
autem heres errauit, & cauit, & seruus perueniat ad liberta-
tem, stipulatio committetur. quæ si fuerit commissã, æquum
erit vtilẽ actionem ei aduersus coheredem dari, defecto^f iu-
dicio familiae erciscundæ, ne in damno moretur. nam vt fami-
liæ erciscundæ iudicio^g agere quis possit, non tantũm here-
dem esse oportet, verũm ex ea causã, agere ¶ vel conueniri,^h
quam gessit, quodqueⁱ admisit posteaquam heres effectus
sit. ceterum cessat familiae erciscundæ actio. & ideo si antequã
quis sciret se heredem esse, in hereditate aliquid gesserit, fami-
liæ erciscundæ iudicio non erit locus: quia non animo he-
redis gessisse videtur. Quare qui ante aditam hereditatẽ quid
gessit, veluti si testatorem sepeliuit, familiae erciscundæ iudi-
cium non habet: sed si post aditam hereditatem id fecit, con-
sequenter dicemus, familiae erciscundæ iudicio consequi cum
posse sumptum quem fecit in funus.

De eo, quod pater impendit pro filio studiorum causa.

L. IDEM libro sexto Opinionum

Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregre agẽ
ti subministravit, si non credendi animo pater misissit
se fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem
portionis quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet,
computari æquitas non patiturⁱ.

a à testatore. iussus
à prætore distrahe-
re, cum hac verba ex-
ponit causam, cur eoa
litus fuerit heres ser-
uum distrahere: & in
vetustissimis quibus-
que exemplaribus re-
periuntur, nihil videtur
fuisse, cur expungeret
tur. itaq; sequere Flo-
renti.
b de dupla
c funguntur,
d non debent
e officium susci-
piẽtes, & voluntate
distrãhentes

† emptori

f directo

g iudicio cessante:
aditum est. id ius, quĩ
loco, defecto, legitur,
directo.
h quãmque

Pr.e-

i Non de trien. & se
mis. S. illud. peritiae
ad ea quæ simpliciter,
non autem ob causam
data sunt, plurimum cõ-
ferri receptum est: ac
proinde hoc caput per
eam non emendari.

Præceptio dotis.

L. I. IULIANVS libro octauo Digestorum

FVndus qui dotis nomine socero traditus fuerit, cum socer filium ex aliqua parte heredem instituerit, per arbitrum^a familiæ erciscundæ præcipi ita debet, vt ea causa filij sit, in qua^b futura esset, si dos per præceptionem legata fuisset. quare fructus post litem contestatam percepti ad eum redigendi sunt, habita ratione impensarum. qui verò ante litem contestatam percepti fuerint, æqualiter ad omnes heredes pertinebunt. & ^c impensarum ratio haberi debet: quia nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat.

Concursus iudicii familiæ erciscundæ, & petitionis hereditatis.

Si ego à te hereditatem petere vellem, tu mecum familiæ erciscundæ agere, ex causa vtrique nostrum mos gerendus est. nam si ego totam hereditatem possideo, & te ex parte diuidia heredem esse commiteor, sed à communione discedere volo, impetrare debeo familiæ erciscundæ iudicium: quia aliter diuidi inter nos hereditas non potest. Item si tu iustam causam habes, propter quam per hereditatis petitionem potius quàm familiæ erciscundæ iudicium negotium distrahere velis, tibi quoque permittendum erit hereditatem petere. nam quædam veniunt in hereditatis petitionem, quæ in familiæ erciscundæ iudicio^d non deducuntur. veluti si ego debitor hereditarius sim, iudicio familiæ erciscundæ non consequeris id quod defuncto debui. per hereditatis petitionem cõsequeris.

Quod fuit defuncti, vel eius occasione obuenerit, in hoc iudicium venit.

L. II. IDEM libro secundo ad Vrscium Perocem

MAeuius qui nos heredes fecit, rem communem habuit cum Attio: si cum Attio communi diuidendo egissemus, & nobis ea res adiudicata esset, venturam eam in familiæ erciscundæ iudicio^e Proculus ait. Seruus liber & heres esse iussus, id quod ex rationibus quas patrifamilias gessisset, & penes se retineret, iudicio familiæ erciscundæ^f coheredibus suis præstabit.

Adiudicatio.

Arbiter familiæ erciscundæ inter me & te sumptus quædam mihi quædam tibi adiudicare volebat: pro his rebus alterum alteri condemnandos^g esse intellegebat: quæsitum est an possit pensatione vltro citroque condemnationis^h facta eum solum cuius summa excederet, eius dumtaxat summæ quæ ita excederet, damnare. & placuit posse id arbitrum facere.

Æstimatio.

Cum familiæ erciscundæ vel communi diuidendo agitur, 3
vniuersæ res æstimari debent: non singularum rerum partes.

L. III.

a arbitrium
b quæ futura

c Sed & impensarum

d iudicium

e iudicium

f Dum modo gessisset
ante mortem testato-
ris: quæ enim post mor-
tem eius gessit, iudi-
cio negotiorum gesto-
rum præstat. l. eius
qui. in princ. infra s.
de res. pet.

g condemnandum
h vltro citroque fa-
cta condemnatione

LIII. VLP IANVS libro secundo Responsorum

Pecuniam quam filius emancipatus ita credidit vt patrisolueretur, ita demum in hereditatem patris numerari, si patri aduersus filium eiusdem quantitatis nomine actio competebat.

Pars alienata ab uno heredede desinit esse hereditaria.

LIIII. NERATIUS libro tertio Membranarum

EX hereditate Lucij Titij quæ mihi & tibi cõmunis erat, fundi partem meam alienaui: deinde familiæ erciscundæ iudicium inter nos acceptum est. neq; ea pars quæ mea fuit, in iudicio veniet, cum alienata de hereditate exierit, neque tua: quia etiam si remanet in pristino iure, hereditariæque est, tamen alienatione meæ partis exit de communione. vtrum autem vnus heres partem suam non alienauerit, an plures, nihil interest: si modò aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus, hereditaria esse desinit.

Difficultas diuisionis.

LV. VLP IANVS libro secundo ad Edictum

Si familiæ erciscundæ, vel communi diuidendo iudicium ^{a iudicio} agatur, & diuisio tam difficilis sit, vt pænè inpossibilis esse videatur, potest iudex in vnus personam totam condemnationem conferre, & adiudicare omnes ^{b ei omnes} bres.

Fructus.

LVI. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Non solum in finium regundorum, sed & c familiæ erciscundæ iudicio præteriti quoq; temporis fructus veniunt. ^{c in familie}

Diuisio facta pendente iudicio.

LVII. PAPINIANVS libro secundo Responsorum

Arbitro quoque accepto fratres communem hereditatem a consensu diuidentes, pietatis officio funguntur. quam reuocari non oportet, licet arbiter sententiam iurgio perempto non dixerit, si non intercedat ætatis auxilium.

C O M M V N I D I V I D V N D O TIT. III.

Causa huius actionis.

PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

CO M M V N I diuidendo iudicium ideo necessariũ fuit, quodd pro socio actio magis ad personalis inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionem. Denique cessat communi diuidendo iudicium, si res communis non sit. ^d

II. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

Nihil autem interest, cum societate an sine societate res inter aliquos communis sit: nam vtroque casu locus est communi diuidendo iudicio. cum societate res communis est,

d Neque suis, quæ esse fuit, non ament sit, utile communi diu. iudicium competit. l. ff. quis putatus in p. v. infra ca.

est, ^hveluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt. sine societate communis est, ^hveluti inter eos quibus eadem res testamento legata est. In tribus ^a duplicibus iudiciis, familiae erciscundae, comuni diuidundo, finium regundorū, quaeritur quis actor intellegatur, quia par causa omnium videtur. sed magis placuit eum videri actore qui ad iudiciū prouocasset.

Quid veniat in hoc iudicium.

III. VLP IANVS libro trigesimo ad Sabinum

IN communi diuidundo iudicio nihil peruenit ^b ultra diuisionem rerum ipsarum quae communes sunt: ^c & si quid in his damni datum factūve est, siue ^d quid eo nomine aut abest alicui sociorum, aut ad eum peruenit ex re communi. Si quid ipsi sine dolo malo inter se pepigerunt, id in primis & familiae erciscundae & comuni diuidundo iudex seruare debet.

IIII. IDEM libro nonodecimo ad Edictum

PER hoc iudicium corporalium rerum fit diuisio, quarum rerum dominium habemus: non etiam hereditatis. De puteo quaeritur, an communi diuidundo iudicio agi possit. & ait Mela ita demum posse, si solum eius commune sit.

Hoc iudicium bonae fidei est. quare si vna res indiuisa relicta sit, valeat utique & ceterarum diuisio. & poterit iterū communi diuidundo agi de ea quae indiuisa mansit. Sicut autem ipsius rei diuisio venit in communi diuidundo iudicio, ita etiam praestationes veniunt. & ideo si quis impensas fecerit, consequatur ^e. sed ^f si non cum ipso socio agat, sed cum herede socii, Labeo recte existimat impensas & fructus à defuncto perceptos venire. Planè fructus antè percepti quàm res communis esset, vel sumptus ante facti in communi diuidundo iudicio non veniunt. Ea propter scribit Iulianus, si missi in possessionem damni infecti simus, & antequam possidere iuberemur, ego insulam fulsero, sumptum istum communi diuidundo iudicio consequi ^g me non posse.

V. IULIANVS libro secundo ad Vrseium Ferocem

SED si res non defenderetur, & ideo iussi sumus à praetore eas aedes possidere, & ex hoc dominium earum ^h nascisceremur, respondit Proculus, communi diuidundo iudicio partem eius impensae me seruaturum esse.

VI. VLP IANVS libro nonodecimo ad Edictum

SI quis putans sibi cum Titio fundum communem esse, fructus perceperit, vel sumptum fecerit, cum esset cum alio comunis, agi poterit ⁱutili ⁱⁱcomuni diuidundo iudicio. quare & si fundū Titius alienauerit, licet hic comuni diuidundo iudicio locus non sit, quia à comunione discessum est, utili tamen locum futurū, quod datur de praestationibus, quotiens comunis ^k esse desit. Siue autem locado fundū comunem

a in tribus istis

b venit ultra
c quàm si quid
d vel quid op

e consequetur
f sed & si

g Summo iure: sua-
dei tamen equitas, ut
consequatur: ne eviden-
ti iniuria adficiat. l. si
seruus communis, in fi.
sup. de noxa. a. ff.
h eorum nasciscere
mur,

i Deest, non rectè: ex
eo enim quòd res com-
munis non est, appa-
ret utile iudicium co-
potere, non diuisum.
k communio

siue

- siue colendo, de fundo communi quid socius consecutus sit, communi diuidendo iudicio tenebitur. & si quidem communi nomine id fecit, neque lucrum neque damnum sentire cum oportet. si verò non communi nomine, sed vt lucretur solus, magis esse oportet vt & damnum ad ipsum respiciat. Hoc autem ideo præstat communi diuidendo iudicio, quia videtur
- 2 partem suam non potuisse expedite locare. Ceterum non aliàs communi diuidendo iudicio locus erit, vt & Papinianus scribit, nisi id demum gessit ^a, sine quo partem suam rectè administrare non potuit. alioquin si potuit, habet negotiorum gestorum actionem: eaq; tenetur. Siquid post acceptum communi diuidendo iudicium fuerit impensum: Nerua rectè existimat etiam hoc venire. sed & partem venire Sabinus & Artificinus responderunt. sed & accessionem & decessionem hoc iudicium accipere Idem existimauerunt. Si quis in communem locum mortuum intulerit, an religiosum fecerit videndum est. || sanè ius quidem inferendi in sepulchrum vnicuique insolidum competit. locum autem purum alter non potest facere religiosum. Trebatius autem & Labeo quamquam putant non esse locum religiosum factum, tamen putant in factum agendum. Si damni infecti insolidum præ-
- 5 dibus caueris, Labeo ait communi diuidendo iudicium tibi non esse: cum neesse tibi non fuerit insolidum cauere: sed sufficere ^b pro parte tua. quæ sententia vera est. Si fundus communis nobis sit, sed pignori datus à me, venit quidem in communi diuidendo, sed ius pignoris creditori manebit etiam si adiudicatus fuerit. nam & si pars socio tradita fuisset, integrum maneret. Arbitrum autem communi diuidendo hoc minoris partem aestimare debere, quòd ex pacto vendere eam rem creditor potest, Iulianus ait. Idem Iulianus scribit, si is cum quo seruum communem habebam, partem suam mihi pignori dederit, & communi diuidendo agere coeperit, pigneraticia exceptione cum summoneri debere. sed si exceptione usus non fuero, officium iudicis erit, vt cum debitori totum hominem adiudicauerit, partis ^c aestimatione eum condemnet. manere enim integrum ius pignoris. quòd si adiudicauerit iudex mihi, tanti dumtaxat me condemnet, quanto pluris pignus sit quam pecunia credita. & debitorem à me iubeat liberari.
- 8 Officio iudicis etiam talis adiudicatio fieri potest, vt alteri fundum alteri vsum fructum adiudicet. Cetera eadem ^d sunt, quæ in familiæ circiscundæ iudicio tractauimus. Ulpianus ait, cum in communi ædificij vicinus nuntiauit ne quid operis fieret, si vnus ex sociis ex hac causa damnatus fuisset, posse eam pœnam à socio pro parte seruare. Iulianus autem rectè notat, ita demum hoc verum esse, si interfuit ad iudicium hoc fieri.

a gessit aliquis,

+ pro edibus

b sed sufficeris

c in partis aestimatione

d Eadem est enim ratio hereditatis, & in iustibus alterius rei communis: vt eleganter Ciceronem in Orat. pro Roscio Comodo, circa finem ostendit.

*Vectigalis fundus.*VII. IDEM libro vicensimo ^a ad Edictum

Comuni diuidendo iudicium locum habet & in vectigali agro. Vectigalis ^b ager an regionibus diuidi possit, videndum: magis autem debet iudex abstinere huiusmodi diuisione. alioquin præstatio vectigalis confūdetur. Neratius scribit, arbitrum, si regionibus fundum non vectigalem diuisum duobus adiudicauerit, posse quasi in duobus fundis seruitutem imponere. Qui in rem Publicianam habent, etiam communi diuidendo iudicium possunt exercere. Ex quibusdam autem causis vindicatio cessat. si tamen iusta causa est possidendi, vtile communi diuidendo cōpetit, vtpote si ex causa indebiti soluti res possideatur.

Inter quos detur hoc iudicium.

Inter prædones autem hoc iudicium locum non habet. nec si precario possideant, locum habebit. nec si clam ^d. quia iniusta est possessio ista. precaria verò iusta quidem, sed quæ non pergat ad iudicij vigorem. Iulianus scribit, si alter possessor prouocet, alter dicat eum vi possidere, non debere hoc iudicium dari, nec post annum quidem: quia placuit etiã post annum in eum qui vi deiecit, interdictum reddi. & si precario, inquit, dicat eum possidere, adhuc cessabit hoc iudiciũ: quia & de precario interdictum datur. Sed & si clam dicatur possidere qui prouocat, dicendum esse ait, cessare hoc iudicium: nam de clandestina possessione competere interdictum inquit. Si duo sint qui rem pignori acceperunt, æquisimum esse vtile communi diuidendo iudicium dari. Sed & si de vsu fructu sit inter duos controuersia, dari debet. Item si duo à prætore missi sint in possessionem legatorum: est enim iusta causa possidendi custodia gratia. Ergo & si duo ventres, idẽ erit dicendum. quod habet rationem. Planè si iam ^e damni infecti missus iussus sit possidere, non erit huic utili iudicio locus, cum vindicationem habere possit. Cum de vsufructu communi diuidendo iudicium ^f agitur, iudex officium suũ ita diriget, vt vel regionibus eis vti frui permittat, vel locet vsufructum vni ^g ex illis, ^h vel tertiæ personæ, vt hi pensiones sine vlla controuersia percipiant: vel, si res mobiles sint, etiam sic poterit, vt inter eos ⁱ cōueniat, caueantque per tempora se vsuros & fruituros: hoc est vt apud singulos mutua vice certo tempore sit vsufructus. Neq; colonis neque eis qui depositum susceperunt, hoc iudicium competit, quamuis naturaliter possideant. Inter eos qui pignori acceperunt, talis diuisio fieri debet, vt non vero pretio aestimetur pars, sed in tantum dumtaxat, quantum pro ea parte debetur. & ^h adsignetur quidem pignus vni ex creditoribus, licentia tamen nõ dene-

^a lib. 30. ad Sab.^b Si vectigalis^c De quibus etiam^d nec si vi, aut clã.^e causa damni^f iudicio agitur,^g inter se conueniant^h & si adsignetur

denegetur debitori debitum offerre, & pignus suum luere. Idemque dicitur & ^hsi possessor pignoris litis æstimatione pigneraticiam ^a in rem agenti offerat. Si debitor ^b communis prædij partem pignori dedit, & à domino alterius partis prouocatus creditor eius, aut ab alio creditore alterius debitoris, licendo ^c superauit, & debitor eius cui res fuit adiudicata, velit partem suam prædij recipere soluto eo quod ipse debuit, eleganter dicitur non esse audiendum, nisi & eam partem paratus sit recipere quam creditor per adiudicationem emit. Nam & si partem vendideris rei, & prius quam traderes emptori, communi diuidendo iudicio prouocatus fueris, aliâque ^d pars tibi adiudicata sit, consequenter dicitur ex empto agi non posse: nisi totam rem suscipere fuerit paratus: quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit. quin immo etiam ex vendito posse conueniri emptorem, vt recipiat totum. solum illud spectandum erit, num fortè fraus aliqua venditoris interuenit. Sed & si distracta parte cesserit victus licitatione venditor, æquè pretium vt restituat, ex empto tenebitur. Hæc eadem & in mandato, ceterisque huius generis iudiciis seruantur ^e.

^a Pigneraticia propriè in personam competit. Itaq; pigneraticia pro hypothecaria hic posita est, vt C. l. 3. S. est autè. infra ad exhibita. ^b Idem visum est Celsus, in eadem specie. Idem Iulianus. S. idè Celsus. de alt. emp. c. licitando

^d alterâque

^e seruabuntur.

VIII. PAVLVS libro vicensimo tertio ad Edictum

ET si non omnes qui rem communem habent, sed certi ex his diuidere desiderant, hoc iudicium inter eos accipi potest. Si incertum sit an lex Falcidia locum habeat, inter legatarium & heredem communi diuidendo agi potest, aut incertæ partis vindicatio datur. Similiter fit & si peculium legatum sit: quia in quantum res peculiares deminuit id quod domino debetur incertum est.

Quid veniat in hoc iudicium.

2 Venit in communi diuidendo iudicium etiam si quis rem communem deteriore fecerit: fortè seruum vulnerando, aut animum eius corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo. Si communis serui gratia noxæ nomine plus præstiterit, æstimabitur seruus, & eius partem consequetur. Item si vnus insolidum de peculio conuentus & damnatus sit, est cum socio communi diuidendo actio, vt partem peculij consequatur.

^f plus præstitit socius;

VIII. AFRICANVS libro septimo Quæstionum

SED postquam socius serui communis nomine de peculio insolidum damnatus esset, si apud socium res peculiares intercidant, nihilo minus vtile erit iudicium communi diuidendo ad recipendam partem pecuniæ. alioquin iniquum fore, si tota ^h ea res ad damnum eius qui iudicium acceperit, pertineat. cum vtriusque ⁱ domini periculum in rebus pecularibus esse debeat. Nã & eum qui mandatu domini defen-

^g sed & postquam

^h vt totares. ⁱ neutrius: sed melior est I. lorens. Aug. lib. l. c. 3.

tionem serui suscepit, omne quod bona fide præstiterit, seruaturum: quãuis peculiũ postea interciderit. Hæc ita, si neutrius culpa interuenerit. Etenim dominũ cum quo de peculio agitur, si paratus sit rebus peculiaribus petitori cedere, ex causa audiendum putauit. scilicet si sine^a dolo malo & frustratione id faciat.

X. PAVLV S libro vicensimo tertio ad Edictum

Item quamuis legis Aquiliæ actio in heredem non competit, tamen hoc iudicio heres socij præstet^b, si quid defunctus in re cõmuni admisit quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur. Si vsus tantum noster sit, qui neq; venire neq; locari potest^c, quemadmodum diuisio potest fieri in cõmuni diuidendo iudicio, videamus. sed prætor interueniet, & rem emẽda Vit: vt si iudex alteri vsum adiudicauerit, non videatur alter qui mercedem accepit, non vti: quasi plus faciat qui^d videtur frui, quia hoc propter necessitatem fit. In communi diuidendo iudicio iusto pretio rem æstimare debet iudex. & de euictione quoque cauendum erit.

XI. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale

In summa admonendi sumus, quod si post interitum rei cõmunis is cui aliquid ex communione præstari oportet, eo nomine agere velit, cõmuni diuidendo iudiciũ vtile datur. veluti si actor impensas aliquas in rem communem fecit: siue socius eius solus aliquid ex ea re lucratus est, velut operas serui mercedẽsve, hoc iudicio eorum omnium ratio habetur.

XII. VLP IANVS libro septuagesimo primo ad Edictum

Sædes communes sint, aut paries communis, & eum reficere vel demolire^e vel in eum immittere quid opus sit, cõmuni diuidendo iudicio erit agendum^f, aut interdicto vti possidetis experimur.

XIII. IDEM libro septuagesimo quinto ad Edictum

In iudiciũ cõmuni diuidendo omnes res veniunt: nisi si quid fuerit ex cõmuni consensu exceptũ nominatim ne veniat.

XIIII. PAVLV S libro tertio ad Plautium

In hoc iudiciũ hoc^g venit quod cõmuni nomine actum est, aut agi debuit ab eo qui scit se socium habere. Impendia autem quæ dum proprium meum fundũ existimo feci, quæ scilicet si vindicaretur fundi pars, per exceptionẽ doli retinere possẽm, an etiã si communi diuidendo iudicio mecum agatur, æquitate ipsius iudicij retinere possim considerandũ est. quod quidẽ magis puto: quia bonæ fidei iudicium est cõmuni diuidendo. sed hoc ita, si mecũ agatur. Ceterum si aliena uero partẽ meam, non erit vnde retinere possim. sed is qui à me emerit an retinere possit, videndum est. nam^h & si vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine quæ ego fecissem, ita vt

ego

a non dolo

b præstat,

c debeat,

d quia videtur

e demoliri

f Quod si non egeris, id iure suo illi non licet. l. parietem. de seruis. vrb. præd.

g hoc

h nam

ego, poterat retentionem facere. & verius est, vt & in hac specie expensæ retineantur. Quæ cum ita sint, rectissimè dicitur, etiam impendiorum nomine vtile^a iudiciũ dari debere mihi in sociũ etiam manente rei communione. diuersum est enim cum quasi in rem meam inpendo, quæ sit aliena aut communis: hoc enim casu vbi quasi in rem meã inpendo, tantũ retentionẽ habeo: quia neminẽ mihi obligare volui. at cum pu- to rem Titij esse quæ sit Meij, aut esse mihi comunẽ cum alio quàm est, id ago vt alium mihi obligem. & sicut negotiorum gestorũ actio datur aduersus eum cuius negotia curauit, cum putarem alterius ea esse, ita & in proposito. igitur & si ab aliena uero prædiũ, quia in ea causa fuit, vt mihi actio dari deberet, danda mihi erit, vt Iulianus quoque scribit, negotiorum gestorũ actio. Si conueniat ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habere manifestissimum est. Sin^b autem intra certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet. Si inter socios conuenisset, ne intra certum tempus societas diuideretur, quin vendere liceat ei qui tali conuentione tenetur, non est dubiũ, quare emptor quoque communi diuidendo agendo, eadem exceptione sum mouebitur qua auctor eius sum moueretur. Si paciscatur socius ne partem suam petat, effectu tollitur societas.

XV. IDEM libro quinto ad Plautium

SI socius serui communis nomine conuentus & condemnatus sit, aget communi diuidendo & antequam^c præstet, nam & si noxali iudicio cum vno actum sit, statim aget cũ socio vt ei pars traderetur: cautionibus interpositis, vt si non dederit, reddet.

XVI. IDEM libro sexto ad Plautium

CVm socij diuidunt societatem, de eo quod sub conditione deberetur, cautiones interuenire solent.

XVII. MODESTINVS libro nono Regularum

QUI coheredes habet, si fundum pignori datum à testatore suo, comparauerit à creditore, non debet à coheredibus iudicio communi diuidendo conueniri.

Officium iudicis.

XVIII. IAVOLENVS libro secundo Epistularum

VT fundus hereditarius fundo non hereditario seruiat, arbiter disponere non potest: quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest.

Differentia rei quæ duorum est pro parte certa, & quæ communis est pro indiviso.

XVIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum

ARBOR quæ in confinio nata est, item lapis qui per vtrumque fundum extenditur, quamdiu coheret^d fundo, è regione

a Res, vtile: quia ita species proponitur, vt impedia facta sint ab eo, qui proprium suum esse fundum tantum existimabat, ac proinde verus dominus non erat, id quod iudicant quoque sequentia, diuersũ &c

b Si autem ne intra

c etiam antequam

d co'irent

gione cuiusque finium vtriusque sunt: nec in communi diuidendo iudicium veniunt. sed cum aut lapis exemptus, aut arbor eruta vel succisa est, communis pro indiuiso fiet: & veniet in communi diuidendo iudicium. nam quod erat finitis partibus, rursus confunditur. Quare^a duabus massis duorum dominorum conflatis, tota massa communis est, etiam si aliquid ex prima specie separatim maneat. ita arbor & lapis separatus à fundo, confundit ius dominij.

Quæ res non veniunt in hoc iudicium.

De vestibulo^b communi binarum ædium arbiter commu-
ni diuidendo inuito utrolibet dari non debet: quia qui de ve-
stibulo liceri cogatur, necesse habeat interdum totarum ædiũ
pretium facere, si aliàs aditum non habet. Si per eundem
locum via nobis debeatur, & in eam^c impensa facta sit, du-
rius ait Pomponius, communi diuidendo vel pro socio agi
posse: quæ enim communio iuris separatim intellegi potest?
sed negotiorum gestorum agendum. Iudex communi di-
uidendo, item familiæ erciscundæ, de seruo qui in fuga est,
iubere debet^d liceri eos inter quos iudex est. & tunc eum ad-
iudicare^e penes quem licitatio remansit. nec erit periculum
ne ex senatusconsulto pœna legis Fauia committatur.

Aquarum iter in iudicium communi diuidendo non ve-
nire Labeo ait. nam aut ipfius fundi est, & ideo in iudicium
non venit: aut separatim à fundo, diuisum tamen aut men-
sura aut temporibus. Sed possunt iura interdum & separata
à fundo esse, & nec mensura nec temporibus diuisa. veluti
cum is cuius fuerunt, plures heredes reliquit, quod cum acci-
dit, consentaneum est & ea in arbitrio familiæ erciscundæ
venire. nec videre^f inquit Pomponius, quare minus in com-
muni diuidendo, quàm familiæ erciscundæ iudicium veniat.
Igitur in huiusmodi^g speciebus & etiam in communi diui-
dendo iudicio venit, vt præfata iura aut mensura aut tempo-
ribus diuidantur.

XX. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum

SI is cum quo fundum communem habes, ad delictum^h nõ
respondit, & ob id motu iudicis villa diruta est, aut arbu-
sta succisa sunt, præstabitur tibi detrimentum iudicio com-
muni diuidendo. quidquid enim culpa socij amissumⁱ est,
eo iudicio continetur.

Officium iudicis.

XXI. VLPIANVS libro trigensimo ad Sabinum

Iudicem in prædijs diuidendis, quod omnibus vtilissimum
est, vel quod malint litigatores, sequi conuenit.

XXII.

a Quareficur

b Iniquum autem es-
set san vilis accessio-
nis nomine, scilicet, ve-
stibuli cogi totas ad-
disstrahere, itaque con-
tra regulã. d. arbitriũ
suprà. fam. ercisc. vesti-
tium est etiam vno pos-
cente dari arbitrum.
c in ea impensa

d potest licere
e ad iudicare ei

f nec videre se, nec
videtur
g in omnibus huius-
modi

h ad edictũ, vel de-
lectum: quo modo lo-
quutus est Arrianns.
l. q. de re milit. Dna.
s. disp. c. 4.
i amissum

XXII. POMPONIVS libro trigesimo tertio ad Sabinum
SI meo & vicini nomine parietem ædificem, vel repetiturus
 ab eo pro parte impensam, vel donationis gratia, commu-
 nis fiet paries.

XXIII. VLP IANVS libro trigesimo secundo ad
 Edictum

SI^a conuenerit inter te & socium tuum, vt alternis annis
 fructum perciperetis, & non patiatur te socius tui anni fru-
 ctum percipere, videndū vtrum ex conducto fit actio, an ve-
 rō communi diuidundo. Eadem quæstio est, & si socius qui
 conuenerat vt alternis annis fruere, pecus immisit^b, & ef-
 fecit vt futuri anni fructus quos sociū percipere oportuit, cor-
 rūperentur. & puto magis communi diuidundo iudicium
 quàm ex cōducto locū habere: quæ enim locatio est, cū mer-
 ces nō intercesserit: aut certè actionē incerti ciuilē reddēdam.

XXIII. IULIANVS libro octauo Digestorum

Communis seruus si ex re alterius dominorum adquisie-
 rit, nihilo minus comunē id erit. sed is ex cuius re ad-
 quisitum fuerit, communi diuidūdo iudicio eam summam
 percipere^c potest: quia fidei bonæ conuenit, vt vnusquisque
 præcipuum^d habeat quod ex re eius seruus adquisierit.

De alienatione iudicii mutandi causa.

Cum agere tecum communi diuidundo vellem, partem
 tuam Titio tradidisti mutandi iudicij causa. teneris mihi præ-
 toria actione, quod^e fecisses ne tecum communi diuidundo
 ageretur.

XXV. IDEM libro duodecimo Digestorum

SI Stichus cōmunis meus & tuus seruus habuerit Pamphi-
 lum vicariū aureorum decem, & mecum actum de pecu-
 lio fuerit, condemnatusque decē præstitero, quamuis postea
 Pamphilus decesserit, nihilo minus actione communi diui-
 dundo, vel pro socio quinque {milia} præstare debebis: quia
 te hoc ære alieno liberaui. longè magis consequar, si Stichus
 post mortem Pamphili alium vicarium adquisierat^f.

XXVI. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum

Communis seruus cum apud alterum esset, crus fregit in
 opere. quærebatur, alter dominus quid cū eo penes quem
 fuisset, ageret. respondi, si † quidem culpa illius magis quàm
 casu res communis damni cepisset, per arbitrum^g communi
 diuidundo posse recipere^h.

Quæstio.

XXVII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni
 digestorum

DE communi seruo vnus ex sociis quæstionem habere ni-
 si communis negotij causa iure non potest.

Potior causa prohibentis.

XXVIII. P A P I N I A N V S libro septimo Quæstionum

Sabinus ^a, in re communi neminem dominorum iure face-
re quicquam inuito altero posse. vnde manifestum est pro-
hibendi ius esse: in re enim pari potiorē causam esse prohi-
bentis constat. Sed etsi in communi prohiberi socius à socio
ne quid faciat potest, vt tamen factum opus tollat cogi non
potest, si cum prohibere poterat, hoc prætermisit. & ideo per
communi diuidendo actionem damnum sarciri ^b potest. sin
autem facienti consensit, nec pro damno habet actionem.
quod si quid absente socio ad læsionem eius fecit, tunc etiam
tollere cogitur.

Sumptuum repetitio.

XCVIII. P A V L V S libro secundo Quæstionum

Si quis cum existimauerit fundum communem sibi cum
Mauiō esse, quem cum Titio communem habebat, impen-
disset, rectè dicitur etiam communi diuidendo iudicium ei
sufficere. hoc enim est, si sciam rem communem esse, ignorem
autem cuius socij. neque enim negotia socij gero, sed propriam
rem tueor. & magis ex re in quam impenditur, quam ex per-
sona socij actio nascitur. Denique ea actione pupillum ^c tene-
ri dicimus, vt impendia restituat officio iudicis. Diuersa cau-
sa est eius qui putat se in rem propriam impendere, cum sit
communis: huic enim nec communi diuidendo iudicium cō-
petit, nec vtile dandum est. ille enim qui scit rem esse commu-
nem, vel aliena ^d negotia, eo animo gerit vt aliquem sibi obli-
get, & ^e in persona labitur. Pomponius scripsit, posci iudicē
posse à quolibet sociorum. sed etiam si vnus ex sociis mutus
erit ^f, rectè cum eo communi diuidendo agi.

XXX. S C A E V O L A libro primo Responsorum

Communi diuidendo iudicio rectè agi ^g, siue neuter pos-
sideat, siue alter sociorum fundum ^h non possideat.

XXXI. P A V L V S libro quintodecimo Responsorum

Bina mancipia quæ ex hereditate paterna iussu prætoris pu-
pillis ministerij causa reseruata ⁱ essent diuisa non videri:
sed omnium communia permanisse.

A D E X H I B E N D V M T I T . I I I I .

Causa huius actionis.

V L P I A N V S libro vicenimo quarto ad Edictum

Hæc actio perquam necessaria est, & vis eius in vsu
cottidiano est. & maximè propter vindicationes
inducta ^k est.

II. P A V L V S libro vicenimo primo ad Edictum

Exhibere est facere in publico potestatem, vt ei qui agat,
Experiendi sit copia.

^a Sabinus ait^b sarciri^c & pupillum^d vel alienam
^e licet in persona^f inuitus erit. Re-
stituo mutus: hic
enim, vt pupillus, vbi
ex re alio venit, obli-
gatur. l. furiosus. de
obl. & act.^g rectè agi potest,
^h tantum non pos-
sideat. Vtæque testis
eandem habet senten-
tiam.
ⁱ seruata^k introduca

III. PAVLVVS libro vicensimo quarto ad Edictum

1 **I**N hac actione actor omnia nosse debet & dicere argumē-
ta rei de qua agitur. Qui ad exhibendum agit, non utiq;
dominum se dicit, nec debet ostendere: cum multæ sint causæ
ad exhibendum agendi.

Iusiurandum in litem.

2 Præterea in hac actione notandum est, quòd reus contu-
max per in litem iusiurandum petitoris damnari possit ei, iu-
3 dice quantitatem taxante. Est autē personalis^a hæc actio:
& ei competit qui in rem acturus est qualicumque in rem
actione: etiam pigneraticia Seruiana, siue hypothecaria, quæ
creditoribus competunt^b. Sed & vsumfructum petitorio cõ-
petere ad exhibendum Pomponius ait. Sed & si quis inter-
4 dicturus, rem exhiberi desideret, audietur. Item si optare
velim seruum vel quam aliam rem cuius optio mihi relicta
est, ad exhibendum me agere posse constat, vt exhibitis^c pos-
5 sim vindicare. Si quis noxali iudicio experiri velit, ad exhi-
bendum ei actio est necessaria. quid enim si dominus quidem
paratus sit defendere, actor verò destinare^d non possit nisi ex
præsentibus, quia aut seruum non recognoscit, aut nomen
non tenet? nõnne æquum est ei familiam exhibere, vt no-
xium^e seruum adgnoscat? quod ex causa debet fieri, ad desi-
gnandum eum cuius nomine noxali quis agit, recensionem^f
6 seruorum facta. Si quis extrà heredem tabulas testamenti
vel codicillos vel quid aliud ad testamentum pertinens ex-
hiberi velit, dicendum est, per hanc actionem agendum non
esse: cum sufficiunt sibi^g interdicta in hanc rem competentia:
& ita Pomponius.

Actio ad exhibendum competit ei cuius interest.

7 Sciendum est autem non solum eis quos diximus, compe-
tere ad exhibendum actionem, verum ei quoque cuius inter-
est exhiberi. iudex igitur summationem debet cognoscere an
eius intersit, non an^h eius res sit, & sic iudicare vel exhiberi:
8 vel non, quia nihilⁱ interest. Plus dicit Iulianus, etsi^j vin-
dicationem non habeam, interim posse me agere ad exhi-
bendum, quia^k mea interest exhiberi. vt puta si mihi seruus
legatus sit quem Titius optasset: agam enim ad exhiben-
dum, quia mea interest exhiberi^l vt Titius optet, & sic vin-
dicem: quamuis exhibitum ego optare non possim. Si me-
cum fuerit actum ad exhibendum, ego ob hoc quòd con-
uentus sum ad exhibendum actione, agere ad exhibendum
non possum: quamuis videatur interessè mea ob hoc quòd
teneor ad restituendum. sed hoc non sufficit, alioquin &
qui dolo fecit quo minus possiderat, poterit ad exhibendū a-
gere, cū^m neq; vindicaturus neq; interdicturus sit: & fur velⁿ ra-

a Quòd facere eum
opo. teat, hoc est exhi-
bere, vel dare quanti
ea res erit. Baro in
manualib.

b competit.

c exhibitum

d designare, destinare
i. designare: qui igno-
ravit hanc significa-
tionem, expunxerunt
destinare, & interpre-
tationem contextus in
seruorum: ita accipit-
tur in l. iustitiam. i. i-
fra. de reb. oblig.
e noxium suum. Re-
titius est seruus: quam
suum. Sic. notavit
Gonea. in l. obseruare.
i. supra. de off. pro. pro-
fuo. l. gendū seruos.
f recensionem

g non autem & an-
h nihil illius
i eam si

l si mea interest

lquanquam
m & raptor

ptor poterit. quod nequaquam verum est. Elegāter igitur definit Neratius, iudicem ad exhibēdum hactenus cognoscere, an iustam & probabilem causam habeat^a actionis || propter quam exhiberi^b sibi desideret. Pomponius scribit, eiusdem^c hominis nomine rectē plures ad exhibendum agere posse: fortē si homo primi sit, secundi in eo vsufructus sit, tertius possessionem suam contendat, quartus pignoratam sibi cum adfirmer. omnibus igitur ad exhibendum actio competit: quia omnium interest exhiberi hominem.

De exceptionibus.

Ibidem subiungit, iudicē per arbitrium sibi ex hac actione commissum etiā exceptiones estimare, quas possessor obicit: & si qua tam evidens sit, vt facile repellat agentē, debere possessorē absolui. si^d obscurior, vel quæ habeat altiore quaestione, differendā in directum iudicium, re exhiberi iussa. de quibusdam tamen exceptionibus omnimodo ipsum debere disceptare, qui ad exhibendū^e actioni iudicat. veluti pacti conuenti, doli mali, iurisiurandi, rei || quæ || iudicata^f est.

Actio in factum.

Interdum æquitas exhibitionis efficit, vt quamuis ad exhibendum agi non possit, in factum tamen actio detur, vt Iulianus tractat. Seruus, inquit, vxoris meæ rationes meas conscripsit: hæ rationes à te possidentur: desidero eas exhiberi. ait Iulianus si quidem mea charta scriptæ sint, locum esse huic actioni: quia & vindicare eas possum. nam cum charta mea sit, & quod scriptum est, meum est. sed si charta mea nō fuit, quia vindicare non possum, nec ad exhibendum experiri. in factum igitur mihi actionem competere.

Contra quem.

Sciendum est, aduersus possessorē hac actione agendum: non solūm cum qui ciuilitate, sed & eum qui naturaliter incumbat possessioni. Denique creditorem qui pignori rem accipit, ad exhibendum teneri placet.

IIII. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum

NAM & cum eo apud quem deposita, vel cui commodata vel locata res sit, agi potest.

V. VLPIANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

CELsus scribit, si quis merces quas exuehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi potest. item si mortuo conductore heres existat, cum herede agendum. sed si nemo heres sit, cum horreario agendum. nam si à nullo, inquit, possidentur, verum est aut horreariū possidere, aut certē ille est qui possit exhibere. Idem ait, quomodo autem possidet qui vehendas conduxit? an quia pignus tenet? quæ species ostendit etiam eos qui facultatem exhi-

^a habeat actor
^b cum exhiberi
^c eiusdem hominis,
vel, vnus rei nomi-
^{ne}

^d si verò

^e qui in ad exhibendum actione
^f iudicatur

^g pignori tenet pignori autem obligata sunt, nomine velle. l. huius, infra, qui pot. in pign. hab.

- 1 exhibendi habent, ad exhibendum teneri. Iulianus autem ita scribit, ad exhibendum actione teneri eum qui rerum vel legatorum seruandorum causa in possessione sit. sed & eum qui vsusfructus nomine rem teneat^a: quamuis nec hic utiq; possideat. Inde^b Iulianus quaerit, quatenus hos oporteat exhibere. & ait priorem quidem sic, ut actor possessionem habeat: is autem cum quo agatur, rei seruandae causa sit in possessione. eum vero qui vsusfructum habeat, sic ut actor rem possideat: is eum quo agatur, utaturfruatur. Idem Iulianus scribit, emptorem qui ruta caesa non restituit, ad exhibendum teneri in quantum in litem iurauero. sed ibi adicit, si emptor possideat, aut dolo fecit quo minus possideat.
- 2
- 3 Item Celsus scribit, stercus quod in aream meam congesti, per ad exhibendum actionem posse te consequi ut tollas. sic tamen ut totum tollas. ceterum aliàs non posse. Sed & si ratis delata sit vi fluminis in agrum alterius, posse eum conueniri ad exhibendum Neratius scribit. Vnde quaerit Neratius, utrum de futuro dumtaxat damno, an & de praeterito domino agri cauendum sit. & ait etiam de praeterito cauere oportere. Sed & si de ruina aliquid in tua aream vel in tuas aedes deciderit, teneberis ad exhibendum, licet non possideas.
- 4
- 5 Item si quis facultatem restituendi non habeat, licet possideat, tamen ad exhibendum non tenebitur. ut puta si in fuga seruus sit. ad hoc planè solum tenebitur, ut caueat se exhibiturum si in potestatem eius peruenerit. sed & si non sit in fuga, permiseris autem ei ubi velit morari, idem erit dicendum. aut peregrè à te missus sit, vel in praediis tuis agat, ad hoc solum teneberis, ut caueas.

VI. PAVLVS libro quartodecimo ad Sabinum

Gemma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vindicari non potest. sed ut excludatur, ad exhibendum agi potest. Aliter atque in tigno iuncto aedibus^c: de quo nec ad exhibendum agi potest, quia lex duodecim tabularum solui ueraret: sed actione de tigno iuncto ex eadè lege in duplū agitur.

VII. VLPIANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

Tigni appellatione omnem materiã in lege duodecim tabularum accipimus, ut quibusdam^d rectè videtur. Sed si rotam meam vehiculo^e aptaueris, teneberis ad exhibendum. & ita Pomponius scribit: quamuis tunc ciuilitè non possideas. Idem & si armario vel naui tabulã meam, vel ansam scypho iunxeris, vel emblemata^f phialè vel purpuram vestimento intexeris, aut brachium statuae coadunaueris. Itè municipales ad exhibendum conueniri possunt: quia facultas est restituendi. nam & possidere & vsucapere eos posse constat. idem || & in

1

2 collegiis, ceterisq; corporibus dicendum erit. Si quis non possideat

^a remaneat: rectè teneat, inulio restitit est quã remaneat.
^b Idem Iulianus

^c aedibus alienis,

^d Cato. l. alle. §. cum in suo. de adq. ver. dom. & l. Tigni. de verb. signif. e vehiculo tuo

^f Infra, & iniuncta ornamenta, quae eximi poterant cum libertum erat. Eud. hic,

fideat litis contestata tempore, //sed// postea ante sententiam possidere cœperit, oportere dici putamus, debere condemnari, nisi restituat. Si quis cum iudicij accepti tempore possideret, postea sine dolo malo possidere desierit, absolui eum oportet. quãuis sit, inquit Põponius, quod ei imputetur, cur non statim restituit: sed passus est secũ litẽ contestari. Idem scribit, si quis litis cõtestatæ tempore possederit, deinde desierit possidere, mox cœperit siue ex eadẽ causa siue ex alia, condemnari eum oportere, nisi restituat. Ibidẽ nõ malè Pomponius iungit ^a, eius qui ad exhibendum egit, vtroque tempore interfuisse oportere rem ei restitui: hoc est & quo lis contestatur, & quo fit condemnatio. & ita Labeoni placet.

VIII. IULIANVS libro nono Digestorum

SI ad exhibendum actum est cum eo qui neq; possidebat, neque dolo malo fecerat quo minus possideret, deinde eo defuncto, heres eius possidet rem, exhibere eam cogẽdus erit. Nam si ^b fundum vel hominem petiero, & heres ex eadem causa possidere cœperit, restitui tueri cogitur.

VIII. VLPIANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

Iulianus scribit, si quis hominẽ quem possidebat, occiderit, siue ad alium transtulerit possessionẽ, siue ita rem corruperit ne haberi possit, ad exhibendũ tenebitur: quia dolo ^c fecit, quo minus possideret. Proinde & si vinum vel oleũ vel quid aliud effuderit, vel confregerit, ad exhibendum tenebitur.

Glans ex arbore tua in fundũ meum incidit: eam ego immisso pecore depasco: qua actione possum teneri? Põponius scribit, competere actionem ad exhibendũ, si dolo pecus immisi vt glandem comederet. Nam & si glans extaret, nec pateris me tollere, ad exhibendum teneberis. quemadmodum si materiam meam delatam in agrum suum quis auferre non pateretur. Et placet nobis Pomponij sententia, siue glans extet, siue consumpta sit, sed si extet, etiam interdicto de glande legenda, vt mihi tertio quoque die legendæ glandis facultas esset, vti potero, si damni infecti cauero. Si quis rem fecit ad alium peruenire, videtur dolo fecisse quo minus possideat: si modò hoc dolosè fecerit. Sed si quis rem deteriore exhibuerit, æquè ad exhibendum eum teneri Sabinus ait, sed hoc sibi vtrique verum est, si dolo malo in aliud corpus res sit translata: veluti si ex scypho massa facta sit, quamquam enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur: nam mutata forma propè interemit substantiam rei. Marcellus ^e scribit, si tibi decem nomifinata sint sub conditione legata, & mihi decem vsufructus purè, deinde heres pendente ^f conditione non exacta cautione decem fructuario soluerit, ad exhibendum eum actione teneri, quasi dolo fecerit quo minus possideret.

^a Pomponius scribit,

Nam & si

^c dolo malo

^d decidit:

^e vt Marcellus scribit, si pendente eorum

deret. dolus autem in eo est, quod cautionem exigere super-
fedit à fructuario : effectumque vt legatum tuum euanesce-
ret, cum iam nummos vindicare non possis. Ita demum au-
tem locum habebit ad exhibendum actio, si condicio extite-
rit legati. Potuisti tamen tibi prospicere stipulatione legato-
rum. **¶** & si prospexisti, non erit tibi necessaria ad exhiben-
dum actio. Si tamen ignarus legati tui à fructuario satis
non exegit, dicit Marcellus cessare ad exhibendum : scilicet
quia nullus ^a dolus est. succurrendum tamen legatario in fa-
ctum aduersus fructuarium actione ait.

^a nullus hic

Quid sit exhibere.

- 4 Quantum **¶** autem **¶** ad hanc actionem attinet, exhibere est
in eadem causa prestare in qua fuit cum iudiciū acciperetur,
vt quis copiam rei habens possit exsequi actione ^b quam de-
stinauit, in nullo ^c casu quam intendit, læsa : quamuis non de
5 restituendo, sed de exhibendo agatur. Proinde si post litem
contestatam vsucaptum exhibeat, non videtur exhibuisse:
cum petitor intentionem suā perdiderit, & ideo absolui eum
non oportere, nisi paratus sit repetita ^d die intentionem susci-
pere: ita vt fructus secundum legem æstimentur.

^b actionem
^c in nullo causa:
Budi. vt sit causæ,
quam intendit, in nul-
lo læsa, id est, nullo
modo.
^d id est, retrosum pe-
tita. Budi. hic.

Quid veniat in hoc iudicium.

- Quia tamen causā petitori in hac actione restituitur, Sa-
binus putauit partum quoque restituendum : siue prægnas
fuerit mulier, siue postea conceperit. quam sententiam &
7 Pomponius probat. Præterea utilitates, si quæ amissæ sunt
ob hoc quod non exhibetur, vel tardius **¶** exhibetur, æ-
stimandæ à iudice sunt. & ideo Neratius ait utilitatem actoris
venire in æstimationem, non quanti res ^e sit. quæ utilitas, in-
quit, interdum minoris erit quam res **¶** erit[¶].

^e ea res sit, sed
quæ eius interlit.

X. PAULVS libro vicensimo sexto ad Edictum

SI optione intra certum tempus data, iudicium in id tem-
pus extractum est quo frustra exhibetur, utilitas petitoris
conseruetur. quod si per heredem non stetit quominus exhi-
beret tempore iudicij accipiendi, absoluendus est heres.

XI. VLPIANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

SED & si hereditas amissæ sit ob hoc quod seruus non ex-
hibeatur, æquissimum est æstimari officio iudicis damnū
hereditatis.

De sumptibus.

Quo autem loco exhiberi rem oporteat, vel cuius sumptibus,
videamus. & Labeo ait, ibi exhibendum vbi fuerit cum lis
contestaretur, periculo ^f & in pendijs actoris perferendā, per-
ducendāve eò loci vbi actum sit. Pascere planè seruū, vestire,
curare ^g, possessorem oportere ait. ego autem arbitror inter-
dum etiā hæc actorem agnoscere oportere: si fortè ipse seruus

^f periculo autem
^g Hæc omnia visus
est Paulus completi
nomine cibariorū. l. si
res. supr. de rei vind.
exemplo Vlpiani, qui
victus nomine consti-
tueri ait. l. verbo vi-
ctus. de verb. sign.

ex

ex operis vel artificio suo solebat se exhibere, nunc vero cogitur vacare. Proinde & si apud officium fuerit depositus exhibendus, si varia debeat agnoscere qui exhiberi desideravit, si non solebat possessor seruum pascere. nam si solebat, sicuti pascit, ita & si varia potest non recusare. Interdum tamen eo loci & exhiberi debet suis sumptibus. si forte proponas ^c data opera eum in locum abditum res contulisse, ut actori incommodior esset exhibitio. nam in hunc casum suis sumptibus & periculo debeat exhibere in eum locum ubi agatur: ne ei calliditas sua profit. Si de pluribus rebus conveniatur, & litis contestatae tempore omnes possedit, licet postea quasdam deserit quamvis sine dolo malo possidere, dandum, nisi exhibeat eas quas potest.

XII. PAULVS libro vicenimo sexto ad Edictum

DE eo exhibendo quem quis in libertatem vindicare velit, huic actioni locus esse potest. Et filius familias ea actione tenetur, si facultatem rei exhibendae habet.

De exceptione rei iudicatae.

Sæpius ad exhibendum agenti, si ex eadem causa agat, obstat ¹uram exceptionem Iulianus ait. nouam autem causam interuenire, si is qui vindicandi gratia egisset, post acceptum iudicium eam ab aliquo accepit. & ideo exceptionem ei non officere. Item si ei qui furti acturus, ad exhibendum egisset, iterum furtum factum sit. Denique si quis optandi gratia ad exhibendum egisset, & post litem contestatam alterius testamento ^b optio data sit, ad exhibendum agere potest. Si quis ex vuis meis mustum fecerit vel ex oliuis oleum, vel ex lana vestimenta, cum sciret hæc aliena esse, vtriusque nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia quod ex re ^c nostra fit, nostrum esse verius est. Si post iudicium acceptum ² homo mortuus sit, quamvis sine dolo malo & culpa possessoris, tamen interdum tanti damnandus est, quanti actoris interfuerit per eum non effectum quo minus tunc cum iudicium acciperetur ^d, homo exhiberetur. tanto magis si apparebit eo casu mortuum esse, qui non incidisset si tum exhibitus fuisset. Si iusta ex causa statim exhiberi res non possit, iussu iudicis cauere debeat, se illo die exhibiturum.

Contra quem detur.

Heres non quasi heres, sed suo nomine hac actione ³ uti potest. Item heres possessoris suo nomine tenetur. Igitur non procedit querere, an heredi & in heredem danda sit. Planè ex dolo defuncti danda est in heredem hæc actio, si locupletior hereditas eo nomine facta sit. veluti quod pretium rei consecutus sit.

Causa

† exhibere
a proponatur

b testimonio

c Ab eo qui sciebat
aliena esse: alioqui
si ignorabas, species
ex his materiis esse-
ria eius est, qui fecit.
l. Idem Pomponius.
§. Idem scribit. supra
de rei vind.
e acciperet,

Causa actionis.

XIII. GAIUS libro ad Edictū prætoris vrbani titulo de liberali causa

SI liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictum^a ad-
 uersus eū qui detinere dicitur, de exhibendo eo potest quis
 habere. nam ad exhibendū actio in eā rē inutilis videtur: quia
 hæc actio ei creditur competere, cuius peculiariter^b interest.

a interdum

b peculiariter

XIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum

SI vir nummos ab vxore sibi donatos sciens suos factos non
 esse, pro re emptā dederit, dolo malo fecit quo minus pos-
 sideat: & ideo ad exhibendum actione tenetur.

Species, in qua datur actio ei, qui iurat de calumnia.

XV. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum

THENSAURUS meus in tuo fundo est, nec eū pateris me effo-
 dere: cum eum loco non moueris, furti quidem aut^c ad
 exhibendum eo nomine agere rectè non posse me Labeo ait:
 quia neq; possideres eum, neque dolo feceris quo minus pos-
 sideres. utpote cum fieri possit, ut nescias illum thensaurum
 in tuo fundo esse. Non esse autem iniCuum, iurati mihi non
 calumniæ causa id postulare, vel interdictum vel iudicium^d
 ita dari, ut si per me non stetit quo minus damni infecti tibi
 operis nomine caueatur, ne vim facias mihi quo minus eum
 thensaurum effodiam, tollam, exportem. Quod si etiam fur-
 tius iste thensaurus est, etiam furti agi potest.

c & ad exhibendū

d vel exhibitionē

XVI. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

CVm seruus tenet aliquid, dominus ad exhibendum suo
 nomine tenetur. si autem seruus citra scientiam domini
 dolo fecit quo minus habeat, vel furti actio^e, vel de dolo ma-
 lo noxalis serui nomine danda est. ad exhibendum autem vti-
 lis nulla constituenda est.

e furti actio

Exhibere quid sit.

XVII. VLPPIANVS libro nono de Omnibus tribunalibus

SI quis hominem debilitatum exhibeat vel eluscatum, ad
 exhibendum^f quidem absolui debet: exhibuit enim, &
 nihil impedit directam actionem talis exhibitio. poterit tam-
 en^g agere actor ex lege Aquilia de hoc damno.

f ad exhibendum
actione

g autem agere

Exhibitio instrumentorum.

XVIII. IDEM libro sexto Opinionum

SOLutione chirographo inani^h facto, & pignoribus libera-
 tis, nihilo minus creditor, ut instrumēta ad eū contractum
 pertinētiaⁱ ab alio quàm debitore exhibeantur, agere potest.

h Id est, obligacione
sublatæ.

i tam ab alio

k hoc edicto, hæc ac-

tio, hoc dicto: Fletu-

le dicitur apiam senten-

tiam cineset: nec ab-

surdū est hæc, licet

edicto, relique mē-

tus conueniant.

Interesse hic accipimus, ex iusta aliqua & probabili causa.

XVIII. PAVLVS libro quarto Epitomarum Alfeni

AD exhibendum possunt agere omnes quorum interest.
 Sed quidam consuluit, an possit efficere hæc actio^k, ut
 rationes

rationes

a Verba captari dicimus, cum torquentur in aliam significationem, quam is, qui pronuntiauit, voluit. Augu. i. encl. d. ca. 15.

b iudicandos, indicandos: quoniam modo legas conuenienter sua elicias.

c Interrogatoria dicitur, quae ex interrogati responsione datur, perinde ac si obligatus esset. l. de crate. l. vlt. infra. co. Et haec etiam actio confessoria dicitur, l. proinde. sup. ad l. Aquil. Duar. 1. dispus. cap. 43. quo loco multa ad hunc locum pertinentia traduntur. d. actionibus sublati.

c Forè haec verba sunt Triboniani vsq; ad fin. Hocem. in orat. pro Cae. f. & tantum modò

g Deest aditæ: quod tamen non rectè sublatum est.

h vt de portione

rationes aduersarij sibi exhiberentur, quas exhiberi magni eius interesset. respondit, non oportere ius ciuile calumniari: neque verba captari^a. sed qua mente quid diceretur, animaduertere conuenire. nam illa ratione etiam studiosum alicuius doctrinae posse dicere, sua interesse, illos aut illos libros sibi exhiberi: quia si essent exhibitum, cum eos legisset, doctior & melior futurus esset.

XX. VLP IANVS libro secundo Regularum
Questionis habendæ causa ad exhibendum agitur ex delictis feruorum ad vindicandos^b conscios suos.

LIBER VNDECIMVS.

DE INTERROGATIONIBVS IN

IVRE FACIENDIS ET INTERROGATORIIS^c ACTIONIBVS.^d

Causa edicti.

CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij



DITIENS heres in iure^e interrogandus est qua ex parte heres sit, quotiens aduersus cum actio instituitur, & dubitat actor qua ex parte is cum quo agere velit, heres sit. Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio, & ita si certum petetur. ne dum ignoret actor qua ex parte aduersarius defuncto heres extiterit, interdum plus petendo aliquid damni sentiat. Interrogatoriis^e autem actionibus hodie non utimur: quia nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere. ideoque minus frequentantur, & in defuetudinem abiierunt: sed^f tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea quae ab aduersa parte expressa fuerint apud iudices vel in hereditatibus, vel in aliis rebus quae in causis vertuntur.

II. VLP IANVS libro vicentesimo secundo ad Edictum
Edictum de interrogationibus ideo praetor proposuit, quia sciebat difficile esse ei qui heredem bonorumue possessorem conuenit, probare aliquem esse heredem bonorumue possessorem.

III. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum

Quia plerumque difficilis probatio^g aditæ^h hereditatis est.

III. VLP IANVS libro vicentesimo secundo ad Edictum
Voluit praetor adstringere eum qui conuenitur, ex sua in iudicio responsione, ut vel confitendo vel mentiendo se se oneret. simul etiam portionis^h pro qua quisque heres extitit, ex interrogatione certioretur. Quod ait praetor, **Q**VI IN IVRE INTERROGATVS RESPONDE-
 RIT,

¶ IT, sic accipiendum est, apud magistratus populi Romani, vel præfides prouinciarum, vel alios iudices. ius enim eum solum locum esse, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia consistat: vel si domi, vel itinere hoc agat.

Tempus ad deliberandum.

V. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale

Qui interrogatur, an heres vel quota ex parte sit, vel an in potestate habeat eum cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tempus impetrare debet. quia si perperam confessus fuerit, incommodo adficitur:

VI. VLPPIANVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Et quia hoc defunctorum interest, vt habeant successores: interest & viuentium, ne præcipitentur, quamdiu iuste deliberant. Interdum interrogatus quis an heres sit, non cogitur respondere: vt puta si controuersiam hereditatis ab alio patiat. & ita Diuus Hadrianus constituit: ne aut negando ille heredem, præiudicet sibi: aut dicendo heredem, illigetur etiam ablata sibi hereditate.

VII. IDEM libro octauodecimo ad Edictum

Si quis in iure interrogatus^b, an quadrupes quæ pauperem fecit eius sit, responderit^c, tenetur.

VIII. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Si quis interrogatus de seruo qui damnum dedit, respondit suum esse seruū, tenebitur lege Aquilia quasi dominus. & si cum eo actū sit qui respōdit, dominus ea actione liberatur.

VIII. VLPPIANVS libro vicensimo secundo ad Edictum

Si sine interrogatione quis responderit se heredem, pro interrogato habetur. Interrogatū nō solum à prætore accipere debemus, sed & ab aduersario. Sed si seruus interrogetur, nulla erit interrogatio: non magis quàm si seruus interroget.

2 Alius pro alio nō debet respondere cogi, an heres sit: de se enim debet quis in iudicio interrogari: hoc est cū ipse cōuenitur. **3** Celsus libro quinto digestorū scribit, si defensor in iudicio interrogatus, an is quē defendit, heres, vel quota ex parte sit, falsò responderit, ipse quidē defensor aduersario tenebitur: ipsi autem quem defendit, nullum facit præiudicium. veram itaque esse Celsi sententiam dubiū non est. An ergo non videatur defendere si non responderit, videndum. quod vtique & consequens erit dicere: quia non plenè defendit.

4 Qui interrogatus heredem se responderit, nec adiecerit ex qua parte, ex aise^f respondisse dicendum est. nisi fortè ita interrogatur, an ex dimidia parte heres sit, & responderit heres sum: hic enim magis^{leum}puto ad interrogatum respōdisse.

5 Illud quæritur, an quis cogatur respondere vtrum ex testamento heres sit: & vtrum suo nomine ei quæsitā sit hereditas,

ad

^a Ex tit. si pauper. quadrup. fec. dic.

^b Interrogatur,

^c respondere tene-

tur. Sequere *Idor.* vs

conueniat hoc caput

cum l. 1. §. interdum.

supr. si quadr. paup.

fec. dic. conuictos an

tem fuisse apud *Vl-*

prian. hec locus similit

inscriptio arguit.

^d Ex *ist.* ad leg.

Aquil.

^c ratione

^f ex aise *Idor.*

a an verò per

b quæretur,

c respondere

d Et si de

e aut si resistendum

f in interrogatus inter
dum: plausior est hæc
sententia.

an^a per eos quos suo iuri subiectos habet, vel per eum cui heres extitit. Summatim igitur prætor cognoscere debebit, cum quæretur^b, an quis respondere debeat quo iure heres sit: vt si valde interesse compererit, plenius responderi^c iubeat. quæ optinere debent non solum in heredibus, sed etiã in honorariis successoribus. Denique Iulianus scribit, eum quo-⁶ que cui est hereditas restituta, debere in iure interrogatũ respondere, an ei hereditas sit restituta. Si^d de peculio agatur, non oportere responderi à patre, vel domino, an in potestate habeat filium, vel seruum: quia hoc solum quæritur, an peculium apud eum cum quo agitur est.

X. PAVLVVS libro quadragesimo octauo ad Edictum

NON alienum est, eum à quo damni infecti stipulari velimus, interrogare in iure, an ædes eius vel locus sit, ex quo damnum timeatur: & pro qua parte, vt si neget suum prædiũ esse, nec caueat damni infecti, aut cedere, aut^e resistendum putauerit, quasi dolo versatus tradere compellatur.

XI. VLP IANVS libro vicensimo secundo ad Edictum

DE ætate quoque interdum* interrogatus^f respondere debebit.

Falsa responsio.

Si quis cum heres non esset, interrogatus responderit ex¹ parte heredem esse, sic conuenietur atque si ex ea parte heres esset: fides enim ei contra se habebitur. Qui ex quadrante heres, vel omnino cum heres non esset, responderit se heredem ex assẽ, in assẽm instituta actione conuenietur. Si cum esset² quis ex semisse heres, dixerit se ex quadrante, mendacij hanc pœnam feret, quod insolidum conuenitur: non enim debuit mentiri, dum se minoris portionis heredem adseuerat. Interdum tamen iusta ratione potest opinari esse heredem ex minore parte. quid enim si nescit sibi partẽ adcreuisse, vel ex incerta parte fuit institutus? cur ei responsum noceat?

Contumacia pœna.

Qui tacuit³ quoque apud prætorem, in ea causa est, vt instituta actione insolidum conueniatur, quasi⁸ negauit se heredem esse. nam qui omnino non respondit, contumax est. contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, vt insolidum conueniatur, quemadmodum si negasset: quia prætorem contemnere videtur. Quod autẽ ait prætor, OMNINO NON⁴ RESPONDISSE, posteriores sic exceperunt, vt omnino non respondisse videatur qui ad interrogatum non respondit, id est ΠΡΟΣ^h ΕΠΟΣ. Si interrogatus quis an ex assẽ⁵ heres esset, responderit ex parteⁱ: si ex dimidia esset, nihil ei nocere responsum. quæ sententia humana est.

h quia quasi

h Quasi dixerit, ad verum: Accur. ait græca significare. pro se posuit, & hic plane delirat. Alc. li. 2. disp. ca. 10. i responderit se ex parte heredem esse.

Obscura responsio.

6 Nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

Interdum ex suo responso non tenetur.

7 Ex causa succurri ei qui interrogatus respondit, non dubitamus. nam & si quis interrogatus an patri heres esset, responderit, mox † probato testamento inuentus sit exheredatus, † prolato equissimum est succurri ei. & ita Celsus scribit. hic quidem & alia ratione, quod ea quæ postea emergunt, auxilio indigent: quid enim si occultæ tabulæ & remotæ postea prolatae sunt? cur noceat ei qui id responderit quod in presentiarum videbatur? Idem dico & si qui heredem se responderit, mox a falsum vel inofficiosum vel irritum testamentum fuerit pronuntiatum: non enim improbe respondit, sed scriptura ductus.

Obligatio ex responsione.

8 Qui interrogatus responderit, sic tenetur quasi ex contractu obligatus pro quo pulsabitur, dum ab aduersario interrogatur. sed & si à prætore fuerit interrogatus, nihil facit prætoris auctoritas; sed ipsius responsum huc mendacium.

Iustus error.

9 Qui iusto errore ductus negauerit se heredem, venia dignus est. sed & si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit absolui eum debere: nihil culpa dolo proxima fit.

Pœnitentia.

10 Celsus scribit, licere responsi pœnitere, si nulla captio ex eius pœnitentia sit actoris. quod verissimum mihi videtur. maximè si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis vel epistulis amicorum iuris sui electus.

XII. PAVLVVS libro septimodecimo ad Ediçtum

SI filius qui abstinuit se paterna hereditate, in iure interrogatus responderit se heredem esse, tenebitur: nam ita respondendo, pro herede gessisse videtur. sin autem filius qui se abstinuit, interrogatus tacuerit, succurrendum est ei: quia hunc qui abstinuit, prætor non habet heredis loco.

De exceptionibus.

1 Exceptionibus quæ institutis in iudicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is uti potest qui ex sua responsione conuenitur. veluti pacti conuenti, rei iudicatæ, & ceteris.

Obligatio ex confessione.

XIII. IDEM libro secundo ad Plautium

CONFSSIONIBUS falsis respondententes ita obligantur, si eius nomine de quo quis interrogatus sit, cum aliquo sit actio: quia quæ cum alio actio esset, si dominus esset in nosmet confessione nostra conferemus. Et si eum qui in potestate patris esset, respondissem filium meum esse ita me obligari, si

c respondentem
d presentia, in libro
Narcia est scriptum,
sed librarius error esse videtur. cum
gust. lib. emend. x. a. 6.
c de iure suo

ætas eius pateretur, vt filius meus esse possit: quia falsæ confessiones naturalibus conuenire deberent. propter quæ fiat, vt patrisfamilias nomine respondendo non^a obliget. Eum qui patremfamilias suum esse responderit seruū, non teneri noxali actione, ac ne si bona fide liber homo mihi seruiat, necum noxali iudicio agi potest: & si actum fuerit, manebit integra actio cum ipso qui admisit.

XIIII. IAVOLENVS libro nono ex Cassio

b noxale iudicium

SI is cuius nomine noxæ^b iudicium acceptum est, manente iudicio liber iudicatus est, reus absolui debet: nec quicquam interrogatio in iure facta proderit. quia eius personæ cuius nomine quis cum alio actionem habet, obligationem transferre non potest in eum qui in iure suum esse confitetur: velut alienum seruum suum esse confitendo. liberi autem hominis nomine, quia cum alio actio non est, ne per interrogationem quidē aut confessionem transferri poterit. quo casu eueniet, vt nō rectē hominis liberi nomine actum sit cum eo qui confessus est. In totum autē confessiones ita rate sunt, si id quod in confessionē^c venit & ius & naturā^d recipere potest.

XV. POMPONIVS libro octauodecimo ad Sabinum

c confessione
d natura

SI ante aditam hereditatem seruum hereditarium meū esse respondeam, teneor: quia domini loco habetur hereditas. Mortuo seruo quem in iure interrogatus suum esse confessus sit, non tenetur is qui respondit. quemadmodum si^e proprius eius fuisset, post mortem eius non teneretur.

e & si proprius

XVI. VLPIANVS libro trigensimo septimo ad Edictum SI seruus ab hostibus captus sit, de quo quis in iure interrogatus responderit in sua potestate esse, quamuis iura postluminiorum possint efficere^f dubitare nos, ad Dramen non puto locum esse noxali actione^g: quia non est in nostra potestate. Quamquam autem placet etiam eum teneri qui alienum seruum suum falsus esset, ad Dramen rectissimè placuit eum demum teneri qui suum^h potuit habere. ceterum si dominium quærere non potuit, non teneri.

f Corruptus est hic locus apud Accur. qui legit relicere: nec habet dubitare, ex quo modo factum est, vt hic hæravit. temerè quoque addidit hic negationem Heruigius. Aug. lib. 1. qmen. c. 2.
g actioni: quia
h qui cum seruum

XVII. IDEM libro trigensimo octauo ad Edictum

i & si haberent

SI seruus non sit vnus sed plurium, & omnes mentiti sunt seum in sua potestate non esse, vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt quo minus sit in potestate, vnusquisque illorum tenebitur in solidum. quemadmodum tenerentur siⁱ haberent in potestate. Is verò qui nihil dolo fecerit quo minus in potestate haberet, vel non negauit, non tenebitur.

Confessio vnus an liberet alium.

XVIII. IULIANVS libro quarto ad Vrsicium Ferocem

k erat, cum vel

QVI ex parte dimidia heres erit^k, cum absentē coheredem suum defendere vellet, vt satisfationis onus euitare possit,

possit, respondit se solum heredem esse, & condemnatus est. querebat actor, cū ipse soluendo non esset, an rescisso superio re iudicio, in eum qui re vera heres erat, actio dari deberet. Proculus respondit, rescisso iudicio posse agi. idq; est verum.

XVIII. P A P I N I A N V S libro octauo Quæstionum

SI filius, cum pro^a patre suo ageret, taceat^b interrogatus, omnia perinde obseruanda erunt, ac si non esset interrogatus.

a qui cum patre
b tacuit

An confessio vnius alium liberet.

XX. P A V L V S libro secundo Quæstionum

Qui seruum alienum responderit suum esse, si noxali iudicio conuentus sit, dominum liberat. aliter atque si quis confessus sit se occidisse seruum quem alius occidit: vel si quis responderit se heredem. nam his^c casibus non liberatur qui fecit, vel qui heres est. Nec hæc inter se contraria sunt. nam superiore casu ex persona serui duo^d tenentur, sicut in seruo communi dicimus, vbi altero conuento alter quoque liberatur. at is qui confitetur se occidisse vel vulnerasse, suo nomine tenetur. nec debet impunitum esse delictum eius qui fecit, propter eum qui respondit: nisi quasi defensor eius qui admittit, vel heredis, litem subiit hoc genere. tunc enim in factum exceptione data^e summouendus est actor: quia ille negotiorum gestorum vel mandati actione recepturus est quod præstitit^f. Idem est in eo qui mandatu heredis heredem se esse respondit, vel cum eum aliàs defendere vellet.

c his duobus casibus

d duo non

e danda

f Non est æquum, vbi de eadem re idem conueniatur. l. 3. S. inde quæritur. de tabul. exhib. Et l. quod si possessor. in fin. de petit. hered.

In iure interrogatus an fundum possideat, quæro an respondere cogendus sit & quota ex parte fundum possideat. respondi, Iauolenus scribit, possessorem fundi cogi debere respondere, quota ex parte fundum possideat, vt si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem quæ non defenderetur, in possessionem actor mittatur. Idem^g & si damni infecti caueamus. nam & hic respondere debet, quota ex parte eius sit prædium: vt ad eam partem stipulationem accommodemus. Pœna autem non repromittentis hæc est, vt in possessionem eamus. & ideo^h edictum pertinet scire an possideat^h.

g Idem est

h possideant.

XXI. V L P I A N V S libro vicesimo secundo ad Edictum

Vicumque iudicem æquitas mouerit, æquè oportere fieri interrogationem, dubium non est.

Effectus falsæ responsionis.

XXII. S C A E V O L A libro quarto Digestorum

Procuratore Cæsaris ob debitum fiscale interrogante, vnus ex filiis qui nec bonorum possessionem acceperat, nec heres erat, respondit se heredem esse. an quasi interrogatoria creditoribus ceteris teneatur? respōdit, ab his qui in iure non interrogassent, exⁱ responso suo conueniri non posse.

i eum ex responso

DE QUIBUS REBUS AD EUNDEN IUDICEM
FATUR TITVLVS II.

POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum

SI INTER plures familiæ eriscundæ agetur, & inter eosdem communi diuidendo, aut finium regundorum, eundem iudicem^a sumendum^b. præterea quo facilius coire coheredes vel focij †possunt, in eundem locum omnium præsentiam^c fieri oportet.

^a Qui cognitis de iudicio fam. erisc. ne alium iudicē rursus eisdem rem docere necesse sit, Bero in manualib.
^b sumi.
[†] possunt
^c præsentia

II. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum

CVM ex pluribus tutoribus vnus, quod ceteri non sint idonei, conuenitur, postulante eo omnes ad eundem iudicem mittuntur. & hoc rescriptis principum continetur.

DE SERVO CORRUPTO TITVLVS III.

Edictum & eius interpretatio.

VLPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

AIT prætor, QVI SERVVM SERVAM ALIENVM ALIENAM^d RECEPISSE, PERSVASISSE VE QVID EI DICETVR DOLO MALO, QVO EVM IAM^e DETERIOREM FACERET, IN EVM QVANTI EA RES ERIT IN DVPLVM IVDICIVM DABO. Qui bona fide seruum emit, hoc edicto non tenebitur: quia nec ipse poterit serui corrupti agere. quia nihil eius interest seruum non corrupti. & sanè si quis hoc admiserit, eueniet vt duobus actio serui corrupti cõpetat. quod est absurdum. Sed nec eum cui bona fide homo liber seruit, hanc actionem posse exercere opinamur. Quod autem prætor ait, RECEPISSE, ita accipimus, si susceperit seruum alienum ad se. & est propriè recipere refugium abscondendi causa seruo præstare vel in suo agro vel in alieno loco ædificiõne.

^d alienamue^e eamue

^f Non verò fuerat restitutum hic locus à Cavelliano Cotta, et Alcibi. præterea. ac ne à Budo quidè hic.

Per-suadere autem est plus quàm compelli, atque cogi: sibi parere. sed persuadere TON ME EN F ESTIN: nam & bonum consilium quis dando potest suadere, & malum. & ideo prætor adiecit, DOLO MALO, QVO EVM DETERIOREM FACERET. neque enim delinquit nisi qui tale aliquid seruo persuadet, ex quo eum faciat deteriore. qui igitur seruum sollicitat ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè, hic videtur hoc edicto notari. Sed vtrum ita demum tenetur, si bonæ^g frugis seruum perpulit^h ad delinquendum, an verò & si malum ortatus est, vel malo monstravit què admodum faceret? & est verius, etià si malo monstravit in quem^h modum delinqueretⁱ, teneri cum immo & si^m erat seruus omnimodo fugiturusⁿ, vel furtum facturus, hic verò laudator huius propositi extitit, tenetur: nõ enim oportet lau-

^g His verbis, probum efficitur sumq; e. assumptè significabantur apud Gal. legitur bonæ frugis. Budo. hic. h. perpulit i. delinqueret? k. quem admodum l. delinqueretur, m. etiam si n. fugiturus.

tet lau-

4 tet laudando aūgeri malitiam. Siue ergo bonum seruum fecerit malum, siue malum fecerit deteriore, corrupisse videbitur. Is quoque deteriore facit, qui seruo persuadet vt iniuriam faceret vel furtum, vel fugeret, vel alienum seruum vt sollicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator existeret vel erro^a, vel malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus, vel si actori suauit^b verbis siue pretio, vt rationes dominicas intercederet, adulteraret, vel etiam vt rationem sibi commissam turbaret.

a vel errori,
b suauit, siue

II. PAVLVVS libro nono decimo ad Edictum

V^{EL} c luxuriosum^d vel contumacem fecit: quiue vt stuprum pateretur^e persuadet.

e vel si
d luxuriosum
e perpetraret, pateretur

III. VLP IANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

D^Olo malo adiecto calliditatem notat praetor eius qui persuadet. ceterum si quis sine dolo deteriore fecerit non notatur. ¶ & f si lusus gratia fecit non tenetur. Vnde quaeritur, si quis seruo alieno sua erit in tectum ascendere, vel in puteum descendere, & ille parens ascenderit vel descendit, & ceciderit, crusque vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur. & si quidem sine dolo malo fecerit, non tenetur. si dolo malo, tenebitur.

f fecerit (vt si lusus gratia fecerit) non tenetur.

IIII. PAVLVVS libro nono decimo ad Edictum

S^{ED} commodius est vtili lege Aquilia eum teneri.

V. VLP IANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

D^Oli verbum etiam ad eum qui recepit, referendum est: vt non alius teneatur, nisi qui dolo malo f fecerit. ceterum si quis vt domino custodiret, recepit vel humanitate vel misericordia ductus vel ad probata atque iusta ratione, non tenebitur.

f recepit

1 Si quis dolo malo persuaserit quid seruo quem liberum putabat, mihi videret teneri eum oportere: maius^h enim delinquit qui liberum putans corrumpit. & ideo si seruus fuerit, tenebitur. Haec actio etiam aduersus fatentem in duplum est: quamuis Aquilia infitiantem dumtaxat coerceat.

g vel alia probata

3 Si seruus seruauit fecisse dicitur, iudicium cum noxae datione redditur. Haec actio refertur ad tempus serui corrupti, vel recepti: non ad praesens. & ideo ¶ & si decesserit, vel alienatus sit, vel manumissus, nihilo minus locum habebit actio. nec^k extinguitur manumissione semel nata actio.

k nec enim

VI. PAVLVVS libro nono decimo ad Edictum

P^Raeterite enim utilitatis aestimatio in hoc iudicium versatur.

VII. VLP IANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

N^{AM} & mali serui forsitan consequuntur libertatem: & posterior causa interdum tribuit manumissionis iustam rationem.

VIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

Sed & heres eius cuius seruus corruptus est, habet hanc actionem non solum si manserit in hereditate seruus, sed & si exierit: fortè legatus.

VIII. VLPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Si quis seruum communem meum & suum corruerit, apud Iulianum libro nono digestorum quaeritur, an hac actione teneri possit. & ait teneri eum socio^a. praeterea poterit & communi diuidendo || & pro socio, si socij sint, || teneri, vt Iulianus ait. Sed cur deteriore facit Iulianus condicionem socij, si cum socio agat, quam si cum extraneo agit? nã qui cum extraneo egit, siue recepit siue corruerit, agere potest. qui cum socio, sine alternatione, id est si corruerit, nili fortè non putauit Iulianus hoc^b cadere in socium. nemo enim suum recipit. Sed si celandi animo recipit, potest defendi, teneri eum.

Si in seruo ego habeam vsumfructum, tu proprietatem, si quidem à me sit deterior factus, poteris mecum experiri. si tu id feceris, ego agere vtili actione possum. ad omnes enim corruptelas hæc actio pertinet: & interesse fructuarij videtur, bonæ frugis seruum esse in quo vsumfructum habet.

Quid veniat in hanc actionem.

Et si fortè alius eum receperit, vel corruerit, vtilis actio fructuario competit. Datur autem actio, quanti ea res erit eius^c dupli. Sed quaestionis est, aestimatio vtum eius dumtaxat fieri debeat quod seruus in corpore vel in animo damni fenserit, hoc est quanto vilior seruus factus sit: an verò & ceterorum. & Neratius ait, tanti condemnandum corruptorem, quanti^d seruus ob id quod subreptus sit, minoris sit.

X. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

In hoc iudicium etiam rerum aestimatio venit, quas secum seruus abstulit: quia omne damnum duplatur. neque intererit, ad^e eum perlatae fuerint res, an ad alium: siue etiam consumptae sunt^f. etenim iustius est eum teneri qui princeps fuerit delicti, quam eum quaeri ad quem res perlatae sunt.

XI. VLPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Neratius ait, postea furta facta in aestimatione non venire: quam sententiam veram puto. nam & verba edicti, **QUANTI EA RES ERIT**, omne detrimentum recipiunt.

Seruo persuasi, vt chirographa debitorum corrupat: videlicet tenebor. sed si consuetudine peccadi postea & rationes ceteraque similia instrumenta subtraxerit, vel interleuerit, deleuerit, dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri. Quamuis autem rerum subtractarum nomine serui corrupti competat actio, tamen & furti agere possumus: ope enim consilio sollicitatoris videntur res abesse. nec sufficit alterutra

^a pro socio, si socij sint.

^b hæc cadere

^c in duplum.

^d quanto seruus

^e an ad eum sint siue non

alterutra actione egisse : quia altera alteram non minuit. Idem & in eo qui seruum recepit, & celauit, & deteriorem fecit, Iulianus scribit. sunt enim diuersa^a maleficia furis, & eius qui deteriorem seruum facit. Hoc amplius & conditionis nomine tenebitur. quamuis enim conditione hominem, poenam autem furti actione consecutus sit, tamen & quod interest, debet consequi actione serui corrupti:

XII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

Quia manet reus obligatus etiam rebus redditis.

XIII. VLPIANVS libro vicensimo tertio ad Edictum

Haec actio perpetua est, non temporaria. & heredi ceterisque successoribus competit. in heredem non dabitur, quia poenalis est. Sed & si quis seruum hereditarium corruerit, hac actione tenebitur. sed & petitione hereditatis quasi praedo tenebitur.

XIIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

VT tantum veniat in hereditatis petitionem, quantum in hanc actionem.

De filio corrupto.

1 De filio filiae familiae corruptis huic edicto locus non est: quia serui corrupti constituta actio est, qui in patrimonio nostro esset. & pauperiore se factum esse dominus probare potest, dignitate & fama domus integra^b manente. sed utilis competit, officio iudicis estimanda. quoniam interest nostra animu liberorum nostrorum non corrumpi. Si seruus communis meus & tuus proprium meum seruum corruerit, Sabinus, non posse agi cum socio: perinde atque si proprius meus seruus corruerit corruerit seruum. Item si seruus communis extraneum corruerit, videndum est utrum cum duobus agi debeat, an & cum singulis, exemplo ceterarum noxarum. & magis est ut unusquisque in solidum teneatur. altero autem solvente alterum liberari. Si is in quo usum fructum habeo, seruum meum corruerit, erit mihi actio cum domino proprietatis. Pignoris^c dati nomine debitor habet hanc actionem. In hac actione non^d extra rem duplum est: id enim quod damni datum est duplatur. His consequenter & illud probatur, ut^e si seruo meo persuaseris ut Titio furtum faciat, non solum in id teneris quo deterius seruus effectus est, sed & in id quod Titio praestaturus sim. Item non solum si mihi damnum dederit^e consilio tuo, sed etiam si extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia obnoxius sim. aut si ex conducto teneor alicui, quod ei seruum locaui, & propter^f te deterius factus sit, teneberis & hoc nomine. & si qua talia sint. Aestimatio autem habetur in hac actione, quanti seruus vilior^g factus sit. quod officio iudicis expeditur. Interdum tamen &^h inutilis sit, ut non expediat

a diuisa inter se

b integra ei

c Pignori dati
d Male dicitur hic
negationem Placian-
der: nam cum damnum
duplari dicitur, non
duplum extra res de
seruo corrupto abla-
tio, est: sed alterum
tantum soluis quanti
damnum aestimabitur.
Aug. et enend. c. 2.
e dederis

f per te deterius

g inutilior
h & inutilis

talem seruum habere . vtrum ergo & pretium cogitur dare sollicitator, & seruum dominus lucrificat? an verò cogi debet dominus restituere seruum, & pretium serui accipere? & verius est, electionem domino dari: siue seruum detinere cupit, & damnum quãt^a deterior seruus factus est, in duplum accipere: vel seruo restituto, si copiam huius rei habeat, pretium consequi. quòd si non habeat, pretium quidem simili modo accipere debet. cedere^b autem sollicitatori periculo eius¹ de dominio serui actionibus^c. Quod tamen de restitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum^d homine viuo agitur. quòd autem si manumisso^e eo agatur, non facile apud iudicem audietur, dicendo ideo se manumississe, quoniam habere noluerat domi: vt & pretium habeat & libertum.

XV. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

Corrumpitur animus serui & si persuadeatur ei vt dominum contemeret.

XVI. ALFENVS // Varus // libro secundo Digestorum

Dominus seruum dispensatorem manumisit, postea rationes ab eo accepit: & cum eis^g non constaret, conperit apud quandam mulierculam pecuniam eum consumpsisse. quarebatur, possèntne agere serui corrupti cum ea muliere, cum is seruus iam liber esset. respondi, possè. sed etiam furti de pecuniis, quas seruus ad eam detulisset.

XVII. MARCIANVS libro quarto Regularum

Serui corrupti nomine & constante matrimonio marito in mulierem datur actio: sed fauore nuptiarum in simplicum.

DE FUGITIVIS TIT. IIII.

VLPIANVS libro primo ad Edictum

IS QUI^h fugitiuum celauitⁱ, fur est. Senatus censuit, ne fugitiui admittantur in saltus: neque protegantur à villicis vel procuratoribus possessorum^k: // & // multam statuit.

his autem qui intra viginti dies fugitios vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuissent, veniam in actum dedit. Sed & deinceps eodem senatusconsulto impunitas datur ei qui intra præstituta tempora quam repperit fugitios in agro suo, domino vel magistratibus tradiderit.

Hoc autem senatusconsultum^l aditum etiam dedit militi vel pagano ad inuestigandam fugitiuum in prædia senatorum vel paganorum. cui rei etiam lex Fauia prospexerat, & senatusconsultum Modesto consule factum, vt fugitios inquirere volentibus littere ad magistratus dètur. multa etiam centum solidorum in magistratus statuta, si litteris acceptis inquirentes non adiuuent. Sed & in eum qui quari apud se prohibuit, eadè poena statuta^m est etiam generalis epistula

a quanto

b cedi autem

c eiusdem à domino serui, eiusdè dominus

d actionibus debet.

e de homine

f de manumisso

g de eis non

h Ex li. i. ubi de inuestigatione, & potestate magistratum.

i celauit seruum, fur est.

k possessionum:

l senatusconsulto

m statuta est etiã generali

stula Diuorum Marci & Commodi, qua declaratur & præfides & magistratus & milites stationarios^a dominum adiuuare debere inquirendis^b fugitiuis: & vt inuentos redderent: & vt hi apud quos delitescant, puniantur, si crimine contingantur. Vnusquisque eorum qui fugitium adprehendit, in publicum deducere debet. & merito monentur magistratus eos diligenter custodire, ne eueadant. Fugitium accipere & si quis erro sit. Fugitiui autem appellati. one ex fugitiua natum non contineri Labeo libro primo ad edictum scribit. In publicum deduci intelleguntur qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis. Diligens custodia etiam vincire permittit. Tamdiu autem custodiuntur quamdiu ad præfectum vigilum vel ad præfidem^c deducantur. eorumque nomina, & notæ, & cuius se quis esse dicat, ad magistratus deferantur: vt facilius adgnosci & percipi fugitiui possint. Notæ autem verbo etiam cicatrices continentur. Idem iuris est, si hæc in scriptis publicè, vel in ædes proponas.

^a Stationarij milites, præfidiarij sunt, quos ordinarios appellam^s, qui in loca huiusmodi stationes agere solent, ad repensius hostium incursum insensu. Unde sic. ^b in inquirendis

^c præfidem prouinciae

II. CALLISTRATVS libro sexto cognitionum

Fugitiui^d simplices dominis reddendi sunt. sed si pro libero se gesserint, grauius coerceri solent.

^d Ceniunge l. 6. ad l. l. an. de plagi.

III. VLPIANVS libro septimo de Officio proconsulis

Diuus Pius rescripsit, eum qui fugitium vult requirere in prædiis alienis, posse adire præfidem litteras ei daturum: & si ita res exegerit, apparitorem quoque vt ei permittatur ingredi & inquirere. & poenam eundem præfidem in eum constituere qui inquirere^e non permisserit. Sed & Diuus Marcus oratione quam in senatu recitauit, facultatem dedit ingrediendi tam Cæsaris quam senatorum & paganorum prædia volentibus fugitiuos inquirere: scrutarique^f cubilia atque vestigia occultantium.

^e inquirere

^f scrutandique

III. PAVLVS libro primo Sententiarum

Limenarchæ^g & stationarij fugitiuos deprehensos rectè in custodiam retinent. Magistratus^h municipales ad officium præfidis prouinciæ vel proconsulis conprehensos fugitiuos rectè transmittunt.

^g Non à limine dicitur, vt placuit Accursus, sed à ληνῶν, quod Latine portæ dicitur, & ἀρχῆν. Sunt autem qui locis maximis præfunt, unde traiectionis est ad exteras nationes.

V. TRYPHONINVS libro primo Disputationum
Si in harenam fugitiuus seruus se dederit, ne isto quidem periculo discriminis vitæ tantumⁱ sibi irrogato potestatem domini euitare poterit. nam Diuus Pius rescripsit, omnimodo eos dominis suis reddere^k: siue ante pugnam ad Vestias, siue post pugnam. quoniam interdum aut pecunia interuersa, aut commisso aliquo maiore maleficio, ad fugiendā inquisitionem vel iustitiam animaduersionis, in harenam se dare mallent. reddi ergo eos oportet.

^h Nam & magistratus
ⁱ vitæ, quod sibi irrogauit,
^k reddendos:

DE ALEATORIBVS^a TIT. V.

VLPIANVS libro vicenſimo tertio ad Ediſtum

PRAETOR ait, SI QVIS EVM APVD QVEM ALEA^b LVSVM ESSE DICETVR, VERBERAVERIT, DAMNVMEI DEDERIT, SIVE QVID EO TEMPORE DOLO^c EIVS SVBTRACTVM EST, IVDICIVM NON DABO. IN EVM QVI ALEAE LV DENDAE CAUSA VIM INTVLERIT, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

Si rapinas fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio: ſuſceptorem enim dūtaxat prohibuit vindicari, non & colluſores: quamvis & hi indigni videantur. Item notandum, quōd^d ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum, vbicumque & quādo cumque non vindicat. verūm furtum factum domi, & eo tempore quo alea ludebatur, licet luſor non fuerit quiquid^e eorum fecerit, in punē fit. Domum autem pro habitatione & domicilio nos accipere debere certum eſt. Quod autem praetor negat ſe furti actionem daturum; videamus vtrum ad poenalem actionem ſolam pertineat, an & ſi ad exhibendum velit agere, vel vindicare, vel condicere. & eſt relatum apud Pomponium, ſolummodo poenalem actionem denegatam. quod non^f puto verum: praetor enim ſimpliciter ait, SI QVID SVBTRACTVM ERIT, IVDICIVM NON DABO. IN EVM, inquit, QVI ALEAE LV DENDAE CAUSA VIM INTVLERIT, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. hāc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius qui conſulit ludere. vt aut multa mul-
tetur, aut in lautumias vel in vincula publica ducatur:^g

II. PAVLVVS libro nonodecimo ad Ediſtum

Solent enim quidam & cogere ad luſum vel ab initio, vel victi, dum retinent. Senatusconſultum vetuit in pecuniam ludere: praeterquam ſi quis certet haſta^h vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luſtando, pugnando: quōd virtutis cauſa fiat.

III. MARCIANVS libro quinto Regularum

In quibus rebus ex lege Titiaⁱ & Publicia^l & Cornelia^l etiam ſponſionem facere licet. ſed ex aliis vbi pro virtute certamen non fit, non licet.

IIII. PAVLVVS libro nonodecimo ad Ediſtum

Quod in combiBio veſcendi cauſa ponitur, in eam rem familia ludere permittitur. Si ſeruus vel filius familias victus fuerit, patri vel domino competit repetitio. Item ſi ſeruus acceperit pecuniā dabitur in dominū de peculio actio. non noxalis: quia ex negotio geſto agitur. ſed non amplius

^a Sen malis veſitale-
gibus alea. Hora. lib.
^g Carm. ode. 24.

b in alea

c domo

d quōd praetor

e quidquid

^f Temere ſublata eſt
ſe hanc negationē v. i.
tio ſequens indicat.
Aug. ſi. 4. emend. c. 17

g detur:

h diſco

cogendus est præstare, quam id quod ex ea re in peculio sit.

- 2 Aduersus parentes & patronos repetitio eius quod in alea lusum est, utilis ex hoc edicto danda est.^a

SI MENSOR FALSVM MODVM DIXERIT
TITVLVS VI.

VLP IANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

ADVERSVS menforem agrorum prætor in factum actionem proposuit, à quo falli nos non oportet. nam interest nostra ne fallamur in modi^b renuntiatione: si fortè vel de finibus contentio sit, vel emptor scire velit vel venditor, cuiusmodi ager veneat. Ideo autem hanc actionem proposuit, quia non crediderunt veteres inter talem^c personam locationem || & conductionem || esse: sed magis operam beneficij loco præberi: & id quod datur, ei ad remunerandum dari: & inde honorarium appellari. si autem ex locato || conductione || fuerit actum, dicendum erit nec tenere intentionem.

- 1 Hæc actio dolum malum dumtaxat exigit. visum est enim satis abundè que coerceri menforem, si dolum malum *solus* conueniatur^d eius hominis qui ciuilitè obligatus non est. proinde si imperitè versatus est, sibi imputare debet qui eum adhibuit. sed & si negligenter, æquè mensor securus erit. lata culpa planè dolo comparabitur. Sed etsi mercedem accepit, non omnem culpam cum præstare propter verba edicti. utique enim scit prætor & mercede eos interuenire.^e Is autem tenetur hac actione qui renuntiavit. sed renuntiasse & eum accipere debemus, qui per alium renuntiavit:

II. PAVLVVS libro vicensimo quinto ad Edictum

VEL per litteras. Sed si ego tibi, cum esses mensor, mandauerim ut mensuram agri ageres, & tu id Titio delegaueris, & ille dolo || malo || quid in ea re fecerit, tu tenberis: quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti.

III. VLP IANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

- 1 **S**I duobus mandauero, & ambo dolosè fecerint, aduersus singulos in solidum agi poterit. sed altero conuento, si satisfecerit, f in alterum actionem denegari oportebit. Competit autem hæc actio ei cuius interfuit falsum modum renuntiatum non esse: hoc est vel emptori vel venditori cui renuntiato offuit. Pōponius tamē scribit, si emptor plus dederit venditori propter renuntiationē, quia condicere potest quod plus dedit, agi cū mēfore nō posse: nihil enim emptoris interesse, cū possit cōdicere. nisi soluēdo vēditor nō fuit: tunc
2 enim mēfor tenebitur. Sed si vēditor maiorē modū tradiderit frau-

a Cum his enim personis famosa actione non experimur, sed in factum, quæ et utilis dicitur. l. quoties. in fine. de præst. verb.

b Modus spatium significat, ut Iulius Paulus, et Aggenus interpretantur.
c tales personas

d puniatur

e & mercedem interuenire

f si satisfactum erit,

fraudatus à mensore, consequenter dicit Pomponius, non esse actionem aduersus mensorem: quia est ex vendito actio aduersus emptorem. nisi & hic emptor soluendo non sit.

Idem Pomponius scribit, si propter iudicium adhibitus mensor fraudauerit me in renuntiatione, teneri eum, si ob hoc de iudicio minus tuli. planè si à iudice adhibitus, cōtra me renuntiauerit dolo malo, dubitat an teneri mihi debeat. quod magis admittit. Hæc actione n heredi, similibusque personis dandam Pomponius scribit. sed in heredem, similesque personas denegandam ait. Serui autem nomine magis noxale, quàm de peculio competere ait: quamuis ciuilibus actio de peculio competat.

IIII. PAVLVS libro vicensimo quinto ad Edictum

Hæc actio perpetua est: quia initium rei non à circumscriptio-
ne, sed à suscepto negotio originem accepit.

V. VLP IANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

SI mensor non falsum modum renuntiauerit, sed traxerit renuntiationem, & ob hoc euenerit ut venditor liberetur, qui adsignaturum se modum intra certum diem promisit, hæc actio locum non habet, sed nec dari utilem debere Pomponius ait. erit ergo ad actionem de dolo decurrendum. Si cum falsus modus renuntiatus esset, emptor cum venditore ex empto egisset, agere poterit etiam cum mensore. sed si nihil eius interest, condemnari mensorem non oportet. quod si non de toto modo qui deerat, cum venditore egerit, sed de minore, consequenter scribit Pomponius de residuo cum mensore agi posse. Hoc iudicium latius prætor porrexit. nam & si cuius alterius rei mensuram falsam renuntiauisse dicetur, hæc actio competit. proinde si in ædificij mensura fefellerit, vel in frumenti, vel in vini:

VI. PAVLVS libro vicensimo quarto ad Edictum

Sive de itineris latitudine, siue de seruitute inmittendi proiciendique quaratur: siue aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit,

VII. VLP IANVS libro vicensimo quarto ad Edictum

VEL cuius alterius rei, tenebitur. & si mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. necnon illud quoque Pomponius dicit, etiam in eum qui mensor non fuit, fefellerit tamen in modo, competere hanc actionem, hoc exemplo etiam aduersus architectum actio dari debet qui fefellerit. nam & Diuus Severus aduersus architectum, & redemptorem actiones dandas decreuit. ego etiam aduersus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellerit.

DE

a noxalem.

b ad circumscriptionem.

c quia assignaturus

d cuiusvis
e siue in

f Officium mensorum non solum in eo versum habet, ut agros metiretur: sed etiam ut pronuntiareat, ut non de mensuris tantum, sed etiam de seruitutibus. Agennius Urbicus in lib. de constit. agr. lib. 3. disp. c. 15. g seruitutum h cuiusvis i Ita dicitur est agri mensor, à machinula qua vitur: eius formam copiosè describit Bul. quæ vide: ad hoc caput pertinet quod Vtr. in prefatione l. 10. scribit.

DE^a RELIGIOSIS ET SYMPTIBVS PVNERVM ET VT PVNVS DVCCERE LICEAT
TITVLVS VII.

VLPIANVS libro decimo ad Edictum

QVI^b propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum herede.

13. IDEM libro vicensimo quinto ad Edictum

LOCUM in quo servus sepultus est, religiosum esse Aristot^c ait. Qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferre curavit, tenebitur in factum actione. In locum alterius accipere debemus, siue in agro siue in ædificio. sed hic sermo domino dat actionem, nõ bonæ fidei possessori. nam cum dicat, IN LOCVM ALTERIVS, apparet de domino eum sentire, id est eo cuius locus est. sed & fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis. An & socius teneatur, si ignorante socio intulerit, tractari potest, est tamen verius, familiæ exciscundæ, vel communi diuidendo conueniri eum posse.

Actio in factum aduersus eum, qui intulit mortuum &c.

2 Prætor ait, SIVE^c HOMO MORTVVS, OSSAVE

HOMINIS MORTVI IN LOCVM PVRVNVM ALTERIVS, AVT IN **||**ID^d**||** SEPVLCVRVM, IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR: QVI HOC FECIT, IN FACTVM ACTIONE TENETVR, ET POENA^d PECVNIARIA SVBICIETVR. De ea autem illatione prætor sensit, quæ sepulturæ causa fit. Purus^e autem locus dicitur, qui neque sacer neque sanctus **||**est^e**||** neq; religiosus: sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur. Sepulchrum est, vbi corpus ossæue hominis condita sunt. Celsus^f autem ait, non totus qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit: sed quatenus corpus humatum est. Monumentum est, quod memoriæ seruandæ gratia existat.

3 Si vsumfructum quis habeat religiosum locum non facit. Sed & si alius proprietatem alius vsumfructum habuit, non faciet locum religiosum: nec proprietarius, nisi fortè ipsū qui vsumfructum. legauerit, intulerit: cum in alium locum inferri tam oportunè non posset. & ita Iulianus scribit. aliàs autè inuito fructuario locus religiosus non fiet. sed si consentiat

4 fructuarius, magis est vt locus religiosus fiat. Locum qui seruit, nemo religiosum facit: nisi consentiat is cui seruitus deberetur. Sed si non minus commode per alium locum seruitute uti potest, non videtur seruitutis impediendæ causa id fieri. & ideo religiosus fit. & sanè habet hoc rationem.

5 Is qui pignori dedit agrum, si in eum suorum^g mortuum intulerit, religiosum eum facit. sed & si ipse inferatur, idem est. ceterum alij concedere non potest.

^a Et hunc tractatum Calvus Rhodiginus, lib. 9. c. 44.

^b Ex tit. de neg. gest.

^c Si homo

^d poenæ pecuniariæ
^e Vide Macrob. lib. 3. Saturnica. 30

^f Vt ait Celsus
ait

^g suum, hæc res non
est.

III. PAVLVVS libro vicensimo septimo ad Edictum
EX consensu tamen omnium, vtilius est dicere, religiosum
 posse fieri. idque Pomponius scribit.

III. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum
Scriptus heres prius quam hereditatem adeat, patrem fa-
 milias mortuum inferendo locum facit religiosum. nec
 quis puter hoc ipso pro herede eum gerere. finge enim adhuc
 eum deliberare de adeunda hereditate. ego ^a etiam si non he-
 res eum intulerit, sed qui ius alius herede vel cessante vel ab-
 sente ^b vel verente ^c ne pro herede gerere videatur, tamen locum
 religiosum facere puto. plerumque enim defuncti ante sepeliuntur
 quam quis heres eis existeret. sed tunc locus fit religiosus, cum
 defuncti fuit: naturaliter enim videtur ad mortuum pertinere
 locus in quem inferitur: praesertim si in eum locum inferatur
 in quem ipse destinavit. vsque adeo, ut etiam si in legatum lo-
 cum fit illatus ab herede, in latione tamen testatoris fit religi-
 osus: si modò in alium locum tam opportunè inferri non potuit.

V. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale
Familiaria sepulchra dicuntur, quae quis sibi familiaeque suae
 constituit. hereditaria autem, quae quis sibi heredibusque
 suis constituit:

VI. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum ^d
Vel quod pater familias iure hereditario adquisit. Sed in
 utroque heredibus quidem ceterisque successoribus qua-
 lescumque fuerint licet sepeliri, & mortuum inferre: etiam si
 ex minima parte heredes ex testamento vel ab intestato sint:
 licet non consentiant alij. Liberis autem cuiuscumque sexus
 vel gradus, etiam ^e filiis familias & emancipatis, idem ius
 concessum est: siue extiterint heredes siue se se abstineant. ex-
 heredatis autem, nisi specialiter testator iusto odio commo-
 tus eos vetuerit, humanitatis gratia tantum sepeliri, non etiã
 alios praeter suam posteritatem inferre licet. Liberti autem
 nec sepeliri nec alios inferre poterunt, nisi heredes extiterint
 patrono: quamuis quidam inscripserint, monumentum sibi
 libertisque suis fecisse. & ita Papinianus respondit, & sapif-
 sime idem constitutum est. Si adhuc monumentum pu-
 rum est, poterit quis hoc & vendere & donare. si cenotaphium
 fit, posse hoc venire dicendum est: nec enim esse hoc religio-
 sum Diui fratres rescripserunt.

VII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale
Is qui intulit mortuum in alienum locum, aut tollere id
 quod intulit, aut loci pretium praestare cogitur per in fa-
 ctum actionem. quae tam heredi quam in heredem compe-
 tit, & perpetua est. Aduersus eum qui in alterius arcam la-
 pideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum
 intu-

^a Hoc ego etiam pu-
 to, si non
^b absente, vel igno-
 rante,
^c vel vetante: viraque
 latio ferri potest, ad-
 modo intelligas: vel
 vetante inferri &c.

^d Inscripsit monet
 hac l. & l. Sed diui.
 sup. de re. diuis. fuisse
 olim conuictas.

^e & filii familias

intulerit, vtilem actionem in factum pro consul dat: quia non propriè vel in sepuchrum vel in locum alterius intulisse dici potest.

VIII. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum

OSsa quæ ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere vel eruere sine decreto^a pontificum seu iussu principis, quæstionis est. & ait Labeo expectandum vel^b permissum pontificale seu iussionem principis. alioquin iniuriarum fore actionem aduersus eum qui eiecit.

^a Singulare ius est in fauorem religionis & mortuorum introdu-
ctum: nam quod in a-
lieno factum est, licet
domino iure suo inter-
cidere & tollere. l.
quemadmodum. in
princ. sup. ad l. Aquil.
^b seu permissum

Alia actio aduersus eum, qui religiosum locum pro puro vendidit.

- 1 Si locus religiosus pro puro venisse dicetur, prætor in factum actionem in eum dat ei ad quem ea res pertinet. quæ actio & in heredem competit, cum quasi ex empto actionem
- 2 contineat. Si in locum publicis vltibus destinatum intulerit quis mortuum, prætor in eum iudicium dat, si dolo fecerit: & erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione. sed si sine dolo, absoluendus est. In hac^c autem actione loci puri appellatio & ad ædificium producenda est. Nec solum domino hæc actio competit, verum ei quoq; qui
- 3 eiusdem loci habet vsumfructum, vel aliquam seruitutem: quia ius prohibendi etiam hi habent.

^c hanc autem actionem

Alia actio aduersus eum, qui prohibuit inferre.

Ei qui prohibitus est inferre in eum locum quod ei ius inferendi esset, in factum actio competit, & interdictum: ^d etiam si non ipse prohibitus sit, sed procurator eius: quia intellectu aliquo ipse prohibitus videtur.

^d interdum etiam si

VIII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale

Liberum est ei qui prohibetur mortuum^e ossaue mortui inferre, aut statim interdicto vti, quo prohibetur ei vis fieri: aut aliud inferre, & postea in factum agere. per quam consequitur actor quanti eius interfuerit prohibitum non esse. in quam computationem cadit loci empti pretium: aut conducti^e merces. item sui loci pretium, quem quis nisi coactus^f est^h religiosum facturus non esset. vnde miror quare constare videatur, neque heredi neque in heredem dandam hanc actionem. nam, ^f vt apparet, pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur. certè perpetuò ea inter ipsos competit.

^e aut (si conduxerit) conducti

^f nam cum

X. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum

Si venditor fundi exceperit locum sepulchri ad hoc vt ipse posterique eius illò inferentur, si via vt prohibeatur, vt mortuum suum inferret, agere potest. videtur enim etiã hoc exceptum inter eumentem & vendentem, vt ei per fundum sepulturæ causa ire liceret.

X I. PAVLV S libro vicensimo septimo ad Edictum

a Diversa est species
l. ult. C. de pass. inter
empt. & ved. et enim
vetat, ne in loco, pura
vendito monumentum
adificetur: hic vero
vidi: passu ea res esse
non dicitur, ut in locu
iam religiosum ad in-
ferantur, quos ibi in-
ferri ius est. Accurs.
b ne in eum infera-
tur, quo sibi ius est
inferendi:

QVOD^a frilocus monumenti hac lege venerit, ne in eum
infeRentur^b quos ius est inferri, pactum quidem ad
hoc non sufficit: sed stipulatione id caueri oportet.

X II. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum

SI quis sepulchrum habeat, viam autem ad sepulchrum nō
Shabeat, & à Bicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus
cum patre rescripsit, iter ad sepulchrum peti precario & con-
cedi solere: vt quotiens non debetur, impetretur ab eo qui fun-
dum adiunctum habeat. non tamen hoc rescriptum quod im-
petrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: sed
extra ordinem interpelletur. præses etiam compellere debet
iusto pretio iter ei præstari. ita tamen vt iudex etiam de oportu-
tate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detri-
mentum. Senatusconsulto^c cauetur, ne vsus sepulchrorum
permutationibus polluantur: id est ne sepulchrum aliæ^d con-
uersationis vsus accipiat.

c. Hoc magis pertinet
ad edictum de sepul-
chris violato, Baro in
Manualib.
d alienæ, alterius

Alia actio, quæ dicitur funeraria.

Prætor ait, QVOD FUNERIS CAUSA SVMP TVS
FACTVS^e ERIT, EIVS RECIPERANDI NOMINE
IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET, IVDI-
CIVM DABO. hoc edictum iusta ex causa propositum est:
vt qui funeravit, persequatur id quod impendit. sic enim fie-
ri,^f ne insepulta corpora iacerent: neue quis de alieno funere-
tur. Funus autem eum facere oportet, quem decedens elegit.
sed si non ille fecit, nullam esse huius rei pœnam,^g nisi aliquid
pro hoc emolumentum ei relictum est: tunc enim si non pa-
ruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur. si autem de hac
re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus est, scri-
ptos heredes ea res contingit. si nemo scriptus est, legitimos
vel cognatos, quosque suo ordine quo succedunt. Sumptus
funeris arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti.

efactum

f fiet,

g pœnam constat,

h Idem est finis Pl.
s. de legibus dialogo
xx. et alia multa que
ad hunc tractatū per-
tinent.
i iubetur,

Prætor vel magistratus municipalis ad funus sumptus de-
cernere debet: ^h si qui dem est pecunia in hereditate, ex pecu-
nia. si non est, distrahere debet ea quæ tempore peritura sunt,
quorum retentio onerat hereditatem. si minus, si quid auri ar-
gentique fuerit, distrahi aut pignerari iubebit, ⁱ vt pecunia
expediatur;

X III. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Pro-
uinciale

VEL à debitoribus, si facile exigi possit.

X IIII. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad
Edictum

k At si quis

ET^k si quis impedat eum qui emit, quo minus ei res tra-
dantur, prætorum interuenire oportere, tuerique huius-
modi

modi factum, si quid impediatur quo minus ei res venditæ tradantur. Si colonus^a vel inquilinus sit is qui mortuus est, nec sit unde funeretur, ex inuictis illatis eum funerandum Pomponius scribit. & si quid superfluum remaserit, hoc pro debita pensione teneri. Sed & si res legata sint à testatore de cuius funere agitur, nec sit unde funeretur, ad eas quoque manu mittere^b oportet: satius enim de suo testatorem funerari, quam aliquos legata consequi. Sed si adita fuerit postea hereditas, res emptori auferenda non est: quia bonæ fidei possessor est: & dominium habet qui auctore iudice comparauit, legatarium tamen legato carere non oportet, si potest indemnis ab herede præstari. quod si non potest, melius est legatarium non lucrari, quam emptorem damnò adfici. Si cui funeris sui curam testator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scripsit. credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum funus ducere. Funeris causa sumptus factus videtur is demum; qui ideo fuit^c ut funus ducatur, sine quo funus duci non possit. ut puta si quid impensum est in dationem mortui. sed & si quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferetur, funeris causa videri impensum La-beo scribit: quia necessariò locus paratur, in quo corpus conditur. Impensa peregrinè mortui, quæ facta est ut corpus perferretur, funeris est, licet nondum homo funeretur. Idemque & si quid corpus custodiendum vel etiam commendandum^d factum sit, et si quid in marmor, vel vestem collocandam, non^e autem oportet ornamenta cum corporibus conditi: nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Hæc actio quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur. continet autem funeris causa tantum impensam, non etiam ceterorū^f sumptuum. Aequum autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus est, ex causa, ex tempore, & ex bona fide: ut neq; plus imputeretur sumptus nomine quam factum est: neq; tantum quantum factum est, si immodicè factum est. deberet^g enim haberi ratio facultatum eius in quem factum est: & ipsius rei quæ ultra modum sine causa consumitur. quid ergo si ex voluntate testatoris impensum est? sciendum est nec voluntatem sequendam si res egrediatur iustam sumptus rationem. pro modo autem facultatum sumptum fieri. Sed interdum is qui sumptum^h in funus fecit, sumptum non recipitⁱ si pietatis gratia fecit, non hoc animo quasi recepturus sumptum quem fecit. &^k ita Imperator noster rescripsit. igitur æstimandum erit arbitro & perpendendum quo animo sumptus factus sit: utrum negotium quis vel defuncti vel heredis gerit, vel ipsius humanitatis: an verò misericordiæ vel

a Imputare sibi debet creditor, cur non iusserit ante ea inueni-
ta includi: quod si fecisset, vix creditore non potuisset ea inuito ea sumptibus funerariis imputari. l. 6. C. pen. Ex quibus causis pign. vel hypoth. b manu mittere

c sit, ut funus dationem

d Commendare, est curare alicuius committere: quod cum rebus coherere cum custodia, & maxime ubi corpus aliquod perferendum sit, ac in omnibus exemplaribus ita ligatur, non mutandum lectionem hanc esse censeo. Monuit me Duar. posse legi condendum, v. l. Lucius Titius. 88. §. à se peto. de leg. 2.

e ceteros sumptus.

f debet g enim facultatibus

h debet sumptus i veluti si

k hoc & Imperator

pietati tribuens vel affectioni. potest tamen distingui & misericordie modus: ^a vt in hoc fuerit misericors vel pius qui funerauit, vt eum sepeliret, ne insepultus iaceret: non etiam vt suo ^b sumptu fecerit. quod si iudici liqueat, nō debeat eum qui conuenitur absolueret: quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funerat? oportebit igitur testari quem ^c quoq; animo funerat: ne postea patiatur quaestionem. Plerique filij cum parentes suos funerant, vel alij qui heredes fieri possunt, licet ex hoc ipso neque pro herede geritio ^d neque aditio presumitur, tamen ne vel miscuisse ^e necessarii, vel ceteri pro herede gessisse videantur, solēt testari pietatis gratia facere se sepulturam. quid si superuacuo fuerit factum? ad illud se munire videntur, ne miscuisse se credantur: ad illud non, vt sumptum consequatur. quippe protestantur pietatis gratia id se facere. plenius igitur eos testari oportet, vt & sumptū possint seruare. Fortassis quis possit dicere interdum partem sumptus facti posse recipiari: vt quis pro parte quasi negotium gerens, pro parte pietatis gratia id faciat. quod est verius, partem igitur sumptus consequetur, quem non donandi animo fecit. Iudicē qui de ea æquitate cognoscit, interdum sumptum omnino non debere admittere modicum factum, si forte in contumeliā defuncti hominis locupletis modicus factus sit: nam non debet huius rationem habere, cum contumeliā defuncto fecisse videatur ita eum funerando. Si quis dum se heredem putat, patrem familiā funerauerit, funeraria actione vti non poterit: quia non hoc animo fecit, quali alienum negotium gerens, & ita Trebatius & Proculus putat. puto tamen & ei ex causa dandam actionem funerariam.

Labeo ait, quoties quis aliam actionem habet de funeris impensa consequenda, funeraria eum agere non posse, & ideo si familiae eriscunda agere possit, funeraria non acturum, plane si iam familiae eriscunde iudicio actū sit, posse agi. Labeo ait, si prohibente herede funeraueris testatore, ex causa competere tibi funerariam. ^b quid enim si filium testatoris heres eius prohibuit? huic contradici potest, ergo pietatis gratia funerauit, sed pone me testatum: habiturū me funerariam actionem: de suo enim expedit mortuos funerari. & quid si testator quidem sumus mihi mandauit, heres prohibet, ego tamen nihilo minus funeraui? nonne æquum est mihi funerariam competere? & generaliter puto iudicem iustum non meram negotiorum geritorū actionem imitari, sed solutius ⁱ æquitatem sequi, cum hoc ei & actionis natura indulget. Diuus autem Marcus rescripsit, cum heredem qui prohibet funerari ab eo quem testator elegit, non recte facere. poenam tamen in eum statutā non esse. Qui mandatu alterius funerauit, nō habet fune-

a motus, vt si in

b vt de suo sumptum faceret.

c quemque quo

d gestio
e miscuisse se

f non ad illud,

g iudicium

h funerariam, vel negotiorum gestorum: hoc recte absumt à Flor.

i sollicitus, solutus. i. liberius equitate impellente recedere à natura actionis negotiorum gestorum, quæ prohibita reu administratione non competit. h. vlt. C. de negot. gest.

funerariam actionem. sed^a is scilicet qui mandauit funerandum, siue^b soluit ei cui mandauit, siue debet. quod si pupillus mandauit sine tutore auctore, vtilem funerariam dandam aduersus heredem ei qui impendit: lucrari enim heredem iniquum est: si autem pupillus funus ad se pertinens sine tutoris auctoritate mandauit, dandam in eum actionem arbitror, si & heres extitit ei qui funeratus est, soluendoque hereditas est. Contra si quis mandatu heredis funerauit, non posse eum funeraria agere. Labeo scribit: quia habet mandati actionem. si tamen quasi negotium heredis gerens funerauit, licet ratum non habeat, tamen funeraria eum agere posse Labeo scribit. Datur autem haec actio aduersus eos ad quos funus pertinet: ut puta aduersus heredem bonorumque possessionem ceterosque successores.

XV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

FVneris impensam & patronus qui bonorum possessionem petit contra tabulas, praestat.

XVI. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum

IN eum ad quem dotis nomine quid^b peruenerit, dat praetor funerariam actionem: aequissimum enim visum est veteribus, mulieres quasi de patrimoniis suis, ita de dotibus funerari: & eum qui morte mulieris dotem lucratur, in funus conferre debere: siue pater mulieris est siue maritus.

XVII. PAPINIANVS libro tertio Responsorum

Sed si nondum pater dotem reciperauerit, vir solus conuenietur, reputaturus patri quod eo nomine praestiterit.

XVIII. IULIANVS libro decimo Digestorum

Impensa enim funeris aes alienum dotis est:

XVIII. VLP IANVS libro quintodecimo ad Sabinum

Ideoque etiam dos sentire hoc aes alienum debet.

XX. IDEM libro vicensimo quinto ad Edictum

Neratus quaerit, si is qui dotem^c dederat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi, tertia apud maritum remanere, pactus sit ne quid maritus in funus conferret, an funeraria maritus teneatur. & ait, si quidem ipse stipulator mulierem funerauit, locum esse pacto, & inutilem ei funerariam fore. si vero alius funerauit, posse eum maritum conuenire: quia pacto hoc publicum ius infringi non possit. quid tamen si quis dotem hac lege dederit pro muliere, ut ad ipsum rediret, si in matrimonio mortua esset, aut quoquo modo soluto matrimonio? numquid hic in funus non conferat? sed cum dos morte mulieris ad eum peruenerit, potest dici conferre eum. Si maritus lucratur dotem, conuenietur funeraria: pater autem non. Sed^d in hunc casum puto, si dos quia permotica fuit, in funus non sufficit, in^e superfluum in patrem debere, a actionem dari. Cum materfamilias decedit, nec est siue^b soluendo hereditas, funeraria

nerari eam ex dote tantum oportet. & ita Celsus scribit.

XXI. PAVLVVS libro vicensimo septimo ad Edictum
IN patrem cuius in potestate fuerit is cuius funus factum
 erit, competit funeraria actio pro dignitate & facultatibus.

XXII. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum
CELIUS scribit, quotiens mulier decedit, ex dote quæ penes
 virum remanet, & ceteris mulieris ^a bonis pro portione
 funeranda est.

XXIII. PAVLVVS libro vicensimo septimo ad Edictum
VELUTI si in dotem centum sint, in hereditate ducenta, duas
 partes heres, vnam vir conferet.

XXIII. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum
IVLIANUS scribit, non deductus legatis,

XXV. PAVLVVS libro vicensimo septimo ad Edictum
NEC pretiis manumissorum, ^b

XXVI. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum
NEC ære alieno deducto.

XXVII. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum
SIC ^c pro rata & maritum & heredem conferre in funus o-
 portet. Maritus funeraria non conuenietur, si mulieri in
 matrimonio dotem soluerit, vt Marcellus scribit. quæ senten-
 tia vera est. in his tamen casibus in quibus hoc ei facere legi-
 bus permissum est. Præterea maritum puto funeraria in id
 demum teneri quod facere potest: id enim lucrari videtur
 quod præstaret mulieri si conueniretur.

XXVIII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum
QUOD si nulla dos esset, tunc omnem impensam patrem
 præstare debere Atilicinus ait: aut heredes eius mulie-
 ris, puta emancipatæ. quod si neque heredes habeant, ^d neque
 pater soluendo sit, maritum in quantum facere potest pro hoc
 conueniri: ne iniuria eius videretur, quondam vxorem eius
 insepultam relinqui.

XXVIII. CAIVS libro nonodecimo ad Edictum
 Prouinciale

SI mulier post diuortium alij nupta decesserit, non putat Ful-
 cinius priorem maritum, licet lucrum dotem faciat, funeris
 impensam præstare. Is qui filiam familias funeravit, ante
 quam dos patri reddatur, cum marito rectè agit. reddita do-
 te patrè obligatum habet. utique autem si cum marito actum
 fuerit, is eo minus patri mulieris restitutus est.

XXX. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum

CONTRA quoque quod pater in funus filia: inpendit, aut
 alio agente secum funeraticia ^e præstitit, ipse actione de do-
 te à marito recipit. ^f Sed si emancipata in matrimonio decedat,
 collaturos heredes bonorumue possessores, & patrem ^g pro-
 por-

amuliebribus

^b manumissorum
 feruorum: *reliè a-*
best feruorum à
Flor.

^c & sic pro rata

^d habeat, neque

^e funerariam
^f recuperant.

portione^a dotis quam recipit: & virum pro portione dotis, quam lucratus est.

XXXI. VLP IANVS libro vicensimo quinto ad Edictum
SI filius familias miles sit, & habeat castrense peculium, pu-
 to successores eius ante teneri: sic deinde ad patrē venire.^b

Qui seruum alienum vel ancillam sepeliuit, habet aduer-
 sus dominum funerariam actionem. Hæc actio non est an-
 nua: sed perpetua. & heredi ceterisque successoribus, & in suc-
 cessores datur.

XXXII. PAVLVVS libro vicensimo septimo ad Edictum
SI possessor hereditatis funus fecerit, deinde victus in resti-
 tutione nō deduxerit quod impenderit, vtilem esse ei fune-
 rariam. Si eodem momento temporis vir & vxor deceffe-
 rit, Labeo ait in heredem viri pro portione dotis dandam hæc
 actionē: quoniam id ipsum dotis nomine ad eum peruenit.

XXXIII. VLP IANVS libro sexagesimo octauo ad Edictū
SI quis fuit heres, deinde hereditas ablata sit ei quasi indi-
 gno, magis est vt penes eum iura sepulchrorū remaneant.

XXXIII. PAVLVVS libro sexagesimo quarto ad Edictū
SI^c locus sub conditione legatus sit, interim heres inferen-
 do mortuum non facit locum religiosum.

De luctu.

XXXV. MARCELLVS libro quinto Digestorum
MInime maiores lugendum putauerunt eū qui ad patriā
 delendam & parentes & liberos interficiendos venerit,
 quem si filius patrem aut pater filium occidisset, sine scelere,
 etiam præmio adficiendum omnes constituerunt.

XXXVI. POMPONIVS libro vicensimo sexto ad Quintū Muciiū
CVM loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt religio-
 sa vel sacra esse, sicut^d homines liberi in seruitutem per-
 ueniunt. quōd si ab hac calamitate fuerint liberata, quasi^e quo-
 dam postliminio reuersa pristino statui restituantur.

XXXVII. MACER libro primo ad Legē vicensimā hereditatiū
FVneris sumptus accipitur quidquid corporis causa, veluti
 vnguentorum, erogatum est: & pretium loci in quo defun-
 ctus humatus est, & si qua vectigalia^e sunt, vel sarcophagi,
 & vectura: & quidquid corporis causa antequā sepeliatur cō-
 sumptū est, funeris impēsam esse existimo. Monumentū^f

autē sepulchri id esse Diuus Hadrianus rescripsit, quod mo-
 numētū, ^g id est causa muniēdi eius loci factū sit, in quo cor-
 pus impositū sit. itaq; si amplū quid ædificari testator iusserit,
 veluti int̄circū porticationes, eos sūptus funeris causa nō esse.

XXXVIII. VLP IANVS libro nono de Omnibus tribunalibus
NE corpora aut ossa mortuorū detinerētur, aut vexaren-
 tur, neue prohiberētur quo minús via publica transfeRē

^a Hæc desunt in mul-
 tis exemplaribus, sed
 male: nam pater dotē
 non dicitur lucrari,
 sed maritus. l. Nera-
 tius §. si maritus sup.
 es.

^b patrem venire.

^c Ex titul. nequid in
 l. sa. cōiuge l. ii. de
 maumif.

^d & sicut

^e vestiaria: Accur-
 sus quoque hanc ve-
 rietatem notauit.

^f Munimentum

^g munimenti, muni-
 mentū: & munimē-
 ti legendum esse de-
 clarans hæc verba, id
 est, c. c. l. 2. §. mo-
 numentum. sup.
 † circuitum

tur, aut quo minus sepeliretur, praesidis provinciae officium est.

XXXVIII. MARCIANVS libro tertio Institutionum

Dui fratres edicto admonuerunt, ne in terra sepulturae traditum, id est terra conditum corpus inquietetur. videtur autem terra conditum & si in arcula conditum hoc animo sit, ut non alibi^a transferatur. sed arculam ipsam, si res exigat, in locum commodiorem licere transferre non est denegandum.

a aliò transferatur.

XL. PAVLVS libro tertio Quaestionum

Si quis enim leo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde aliò postea transferre magisque temporis gratia de regione, quam quod ibi sepeliret mortuum, & quasi aeterna^b sede dare destinaverit, manebit locus profanus.

b aeternam sedem

XLI. CALLISTRATVS libro secundo Institutionum

Si plures sint domini eius loci ubi mortuus inferitur, omnes consentire debent, cum extranei inferantur. nam ex ipsis dominis quemlibet rectè ibi sepeliri constat etiam sine ceterorum consensu: maximè cum alius^c non sit locus in quo sepeliretur.

c aliàs non sit

XLII. FLORENTINVS libro septimo Institutionum

Monumentum generaliter res est memoriae causa in posterum prodita: in qua si corpus vel reliquae inferantur, fiet sepulchrum: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriae causa factum, quod Graeci ΚΕΝΟΤΑΦΙΟΝ appellant.

XLIII. PAPINIANVS libro octavo Quaestionum

Sunt personae, quae quamquam religiosum locum facere non possunt, interdicto tamen de mortuo inferendo utiliter agunt. ut puta dominus proprietatis si in fundum cuius fructus alienus est, mortuum inferat, aut inferre velit. nam si intulerit, non faciet iustum sepulchrum. sed si prohibeatur, utiliter interdicto qui^d de iure dominij queritur ager. eademque sunt in socio qui in fundum commune invito socio mortuum inferre vult. nam propter^e publicam utilitatem ne insepulta cadauera iacerent, strictam rationem in super habemus: f quae nonnumquam^g in ambiguis religionum quaestionibus omitti solet. nam summam esse rationem quae pro religione facit.

d quo de iure

e praeter publicam
f in super habere, negligere est & relicta-
re, ita accipitur in l.
haredem. de iis qua
vi ind. Hoc me do-
cuit. Dicitur. & ita ac-
cipi à Gellio li. 2. c.
19. Notavi quoque pos-
se in eadem signifi-
catione apud Simma-
chum epist. 338. lib. 2.
g numquam, melius
est nonnumquam
h sepultus
i vnus
k religiosum locum
esse

XLIV. PAVLVS libro tertio Quaestionum

Cum in diuersis locis sepultum^h est, uterque quidem locus religiosus non sit: quia vnaⁱ sepultura plura sepulchra efficere non potest. mihi autem videtur, illum religiosum^k esse, ubi quod est principale conditum est: id est caput, cuius imago sit, inde^l cognoscimur. cum autem impetratur ut reliquae transferantur, definit locus religiosus esse.

l unde qualis cuius-
que imago sit, cog-
noscat
m Ex tit. ad le. fal.
vide l. 30. in iud. l. 1.
et. tit.

XLV. MARCIANVS libro octavo Fideicommissorum

Impensa^m funeris semper ex hereditate deducitur, quae etiam omne creditum solet praecedere, cum bona soluendo non sint.

XLVI.

XLVI. SCAEVOLA libro secundo. Quaestionum

SIplura praedia quis habuit, & omnium usum fructum separatum legauerit, poterit in unum inferri. & electio erit heredis, & gratificationi locus. sed fructuario utile actionem in heredem dandam ad id recipiendum, quod propter eam electionem minutus est usufructus. Si heres mulieris inferat mortuam in hereditarium fundum, a marito qui debet in funus conferre, pro aestimatione loci consequatur. Ei cui vestimenta legantur, si in funus erogata sint, utilem actionem in heredem dandam placuit: & privilegium funerarium.

DE MORTVO INFERENDO ET SEPVLCHR O
AEDIFICANDO TIT. VIII.

Interdicta duo prohibitoria.

VLPIANVS libro sexagesimo octavo ad Edictum

PRAETOR^a ait, QVO QVAE ILLI MORTVVM INFERRE INVITO TE^b IVS EST, QVO MINVS ILLI EO EAVE MORTVVM INFERRE ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO. Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre. prohiberi autem inferre videtur, siue in locum inferre prohibeatur, siue itinere arceatur. Hoc^c interdictio de mortuo inferendo dominus proprietatis uti potest. quod etiam de loco puro competit. Itē si mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, & via prohibear, hoc interdictio posse me experiri placuit: quia in inferre prohibeor qui^f via uti prohibeor. idque erit probandum & si alia servitus debeatur. Hoc interdictum prohibitorium esse palam est. Praetor ait, QVO ILLI IVS EST INVITO TE MORTVVM INFERRE, QVO MINVS ILLI IN EO LOCO SEPVLCHRVM SINE DOLO MALO AEDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO. Interdictum hoc propterea propositum est, quia religionis interest monumenta extrui & exornari. Facere sepulchrum siue monumentum in loco in quo eius est, nemo prohibetur. Aedificare videtur prohibere & qui prohibet eam materiam conuehi, quae aedificio^g necessaria sit. proinde & si operi necessarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet. & si machinam alligare quis prohibeat: si tamen eo loci prohibeat, qui servitutem debeat. Ceterum si in meo solo velis machinam ponere, non tenebor interdictio, si iureⁱ te non patiar. Aedificare autem non solum qui novum opus molitur intellegendus est, verum is quoque qui vult reficere. Is qui id agit ut labatur sepulchrum, hoc interdictio tenetur.

De praegnanante.

II. MARCELLVS libro vicesimo octavo Digestorum

NEgat lex regia mulierem quae pragnas mortua sit, humani antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse videtur.^h

^a Ex tit. ne quid in la
co sacro.
^b te ei ius est

^c Hoc verò interdi-
ctio

^d prohibeatur
^e & quia
^f & quia via

^g aedificatio

^h imponere,
i si iure: Festus est in
re, ut sensus sit, si iure
prohibeam te machi-
nam imponere.

ⁱ Qui igitur veteris
eam inferri, priusquam
partus ei excidatur,
non commissis in hoc
dilectum.

III. POMPONIUS libro nono ad Sabinum

S^a propius aedes tuas quis aedificet & sepulchrū, opus no-
uū itū nuntiare poteris. sed factō opere nullam habebis a-
ctiōnem, nisi quod vi aut clam. Si propius edificiū alienū in-
tra legitimū modū mortuus illatus sit, postea eum prohibere
non poterit aedifici dōminus quominus aliū mortuū eō infe-
rat, vel monumentū aedificet, si ab initio dño sciēte hoc fecerit.

De usufruptione.

IIII. VLPIANUS libro secundo Responsorum

Longa possessiōe b ius sepulchri non tribui c ei cui iure
non competit.

V. IDEM libro primo Opiniorum

Sin eo monumēto quod imperfectū esse dicitur, reliquae d
hominis cōditae sunt, nihil impedit quo minus id perficiat
tur. Sed si religiosus locus iam factus sit, pontifices explorare c
debent quatenus salua religione desiderio reficiendi operis
medendum sit.

INTERPRETATIO GRAECORVM

EX LIBRO V. DIGESTORVM.

Tit. i. l. xix. §. ij. παραπλι. praeternauigabat. Tit. cod. l. xxxvij. τακοποι-
ων της θαλασσης, communi siue reipublicae Thessalorū. Tit. cod. l. xlvij.
της αρχαιας. Magistratus quo anno cū imperio sunt, neq; propriam,
neq. eorū quorum tutelam vel curam gerunt, causam in iudicio vel
agendo vel defendēdo sustinento. simulac verō magistratus dies exie-
rit, non ipsis tantūm aduersus reos suos, sed etiam aliis aduersus ipsos
litē intētate, ius fāsque esto. Tit. ij. l. xxv. §. viij. ανταωρα, remuneratio-
nes. Tit. iij. l. iij. το γαρ απασ, quod enim semel tantūm aut iterum ex-
titit, id praetereunt legum latores.

EX LIB. VII. Tit. viij. l. x. §. j. χρησις. vsus. EX LIB. VIII.
Tit. ij. l. xvij. κατα απαρακλησι. per repercussionem seu refractionem.
Titul. iij. l. xvj. ουκ εστι ευλογος. non est consentaneum rationi, vt
per aliena praedia inuitis dominis aucupium faciatis. Tit. cod. l.
xxxvij. Λουκιος Τίτιος. Lucius Titius Gaio Seio fratri plurimam salu-
tem. De aqua fluente in fontē, quem pater meus in isthmo instruxit,
do cōcedōq. tibi gratuitō digitum, siue ad domum quam in isthmo
tenes, siue quocumque tandem volueris.

EX LIB. IX. Tit. j. l. xij. Εαρτις ουμασιων. Si quis sepem ad alienū
praediū fixerit, infoderitq. terminū ne excedito, si maceriā, pedē re-
linquito. si verō domū, pedes duos. si sepulchrū aut scrobē foderit,
quantum profunditatis habuerint, tantū spatij relinquito. si puteum,
passus latitudinē. at verō oleā aut ficū ab alieno ad nouē pedes plan-
tato: ceteras arbores ad pedes quinq. Tit. ij. l. xx. §. v. ανωθεσιων. consti-
tuendi designandi certaminis munus. EX LIB. XI. Tit. j. l. xj. §. iij.
προς επος ad dictū, aut potius, vt ostendūt verba iuriscōsulti, ad inter-
rogatū. vnde & prouerbiū ουδεν προς επος de ineptē respondentibus. ne
que enim sonat, nihil ad versum, vt quidā reddunt. Tit. iij. l. j. §. ij.
των μεσων εσι, ex mediis, scilicet verbis est. Tit. vij. l. xlij. κινωταριον, ce nota
phium, quasi diceret inane sepulchrum, quod sine corpore sit.

06 6. 11. 3970

2
BIBLIOTECA
STANBULKI
Teruni

BIBLIOTECA
ELR